



The image shows the front cover of a book. The cover is decorated with a complex marbled paper pattern in shades of black, white, and grey, featuring swirling, organic shapes. A decorative border is visible along the edges. In the center, there is a small, octagonal label with a scalloped border. The label contains the text "LATIN" on the top line and "9324" on the bottom line.

LATIN
9324

Domus de B. l. 1741
22





Stroæmium

Philosophorum de Divinitate

sententias et opiniones undique contractas, quæ
 potui, in unum colligere constitui et quasi historiam
 de his quæ ad hanc rem pertinent componere. Quod
 Theophrastus Eresius, tunc hæretico, olim adimplevit, et iniquam
 historiam eorum quæ de Deo dicuntur, sex libris continentem
 edidit. Sed hi libri temporum et factorum iniquitatis, aut
 quorundam astutorum malignitatis, vel etiam formisse
 ignorantium incuriam cum innumeris aliis, quos prodiderunt
 antiquitas, in felicitate perierunt. Ita ut solum eorum
 memoria, fortuna iubeat, communi crepta ruina
 super fuerit. Etenim, ut scribit Cardanus, librorum, ut
 hominum conditio est; quidam enim morbis sponte perant:
 quidam invidorum aut inimicorum fraude: quidam in
 communi calamitate: Sic et librorum, alij ob incuriam,
 quod inutile, sint et inculti, negliguntur: alij quod
 quanquam elaborati essent, melioribus tamen in lo-
 genere succedentibus, grati esse desierunt, velut
 Erasistrati volumina propter Galenum, et Trogi historia
 propter Justinum: alij in communi calamitate pereunt
 velut Ciceronis quidam libri, Liuii et Sallustii major
 pars historicarum, M. Varonis fenne, tota illa congregetur
 librorum, quanquam, pars consulto ad sacrum
 veterum religionum pertinebat, et Gregorio
 Danti fide Romano deleta sit: qui et plurimos aliorum

lib. 2^o de
 Sap.

A

Proœmium

Romanae linguæ scriptores concremavit, quia aut
 lasciviores, aut christiano nomini in fensi erant. —
 consimili studio Gregorius Nazienzenus Græcorum
 libros extinxit, nihilominus plures etiam reliquerunt,
 qui aut probarentur, aut voluntati eorum non
 subjacerent, ergo hæc communes librorum calamitates
 seu ex mutatione impuiss, Orbis et linguæ, seu
 Religionis, seu ex incendio (scilicet bibliotheca Alexandrina,
 in quâ ferunt septingenta millia librorum introdisse
 et in conflagratione pacis templi Romæ) nobis etiam
 libros et historiam quam de Dijs scripterat Theophrastus,
 misere enipere non equidem hos libros rescivere, —
 nedum integrare, possibile est, quorum quippe vestigia
 præter eorum memoriam, nulla extant, sed illis similes
 alios scribere, nec difficile, nec omnino impræsum
 erit, et fatorum ratio, id forsam hodie requirit, —
 Authores namque et rerum agendarum consilia, —
 sapientissime eadem, diu, et longè temporibus, et locis
 visa sunt, nec esse fortasse mirandum, Inquit
 Plutarchus, per infinitum tempus, alibi aliter
 fortunâ influenti; res humanas in eundem casum
 sæpius de fieri; siue enim quod subjacentium rerum
 multitudo terminata non est; abundantem et facilem
 habet fortuna ad similitudines edendas malitiam:
 siue quod ex terminatis quibusdam numeris serie
 rerum connexa extitit, necessarium est ex illarum
 discursu sæpe eadem euenire. ² unde Aristotiles dixit,

¹
 Plutarchus, lib. 1.
 Sert.

²
 Demoponatus, lib. 1.
 de iuribus, cap. 12.

Stoicismum

mihî illam laedere nunquam in mentem venisse, aut sentire aliud quàm quod Patrum, concilioꝝq; Sanctorum doctrinâ Apostolicâ Statuitur, neque enim ad eò mei sum inmemor, aut ita males affectus in opinionis quam a Superioribus præscriptam, a parentibus traditam, et a præceptoribus meis — animo tam altè ab incunabulis infixam atque insitam tuli, velim tam pessime obliuisci. — memini hujus prouerbij a diuino Salomone Editi, ne moueas liminos quos potuere patres tui; Certe Religionis fides, et recte de diuinitate persuasio isti sunt apud me limini, pro quibus mori sustineam, — venim libris et præcorum virorum præctam Ingenij monumenta euoluendo, hæc Philosophorum opiniones oculis meis subiectæ sunt, quas quamuis peruersas, — seligere et coacervare placuit.

neque enim omnibus unum est

Quod placet, hic spinas colligit, ille rosas.

Has quidem quasi spinas collegi, nullomodo tam in meam penetrantis mentem, in chartam projecì, tanquam eas profecò abhorrens; sed existimans utile fore, si passim sparsas, ut totius Atheismi vires, vel potius inquinamenta quædam foris abjicienda, aggregatim, — et uno jchu con fodiendas ac destruendas, Sapientium Theologorum coctui præberem; exemplo Blotii Epicuri Philosophi, qui librum composuerat variis Epicuri dogmatibus re fertum de animæ mortalitate, aduersus

Proœmium

5

Deorum providentiam, & alius ejusmodi; quem
quasi monstrorum comprehendium atque imaginem —
sibi ad subvertendum atque profligandum, propositum
Blutavchus dicit; si hunc librum doctissimus theologus ¹lib. contra
ad Atheorum confusionem, divinis illorum argumentis, ^{Colo. cap. 30}
et validis rationibus delendum instruxi atque condidi.
non quorum sententiam, quidquam aliud sentire —
Philosophis fas non credam, ne dum Christianis,
quibus, etiam nunc, in fide permanendum penitus
esse censeo, et adversus recentissimas tantorum
Philosophorum rationes, quarum ignoramus solutionem,
unica est mihi solutio; fidei adversatur, ergo quod ab
eis dicitur esse falsum. At, quia ejusmodi scientia
sanctissima, & Christiana fides a Philosophis
omnino exploditur, qui ratione tantum Naturali
nobiscum pugnant, & continuis nos provocant —
disputationibus ac questionibus, quas nec fugere nec
solvere his qui sola fide se se defendunt, possibile
est: optimum esse duxi Christianos armis necessariis
esse instructos ad repellendas tam potentium adversariorum
impetus, et indubitatas rationes, rationibus, ut videtur,
indubitatis opponere: nam fides jure Christianorum
tantum, potius & valida ratio est, valdeq; optima
ipsi qui se se captivantes in obsequium, nihil ultra
conantur nec audent. sed in summa proferus & debilitate
videtur adversare eorum qui hos fines transiliunt,
qui que rationibus naturalibus ad pugnam non

6 Proœmium

Pecessunt et prouocant. iuque, ut dixi, hanc
 malorum omnium et venenorum congeriem
 instruxi, ut remedia et antidota unicuique malo
 apta et idonea preparari queant, et a doctissimis
 theologis nostris, quasi argumentorum aoma
 fabricari et constitui quibusde potentissimam
 aduersariorum vim, ut aque potentissimâ repellere,
 et panibus, ut dicitur, amnis, aduersus Philosophos
 Christiani fortiter pugnare possim. non ignoro id
 iam multos doctissimos viros fuisse conatos; venim
 maledictis prosequi potius quam rationibus
 Philosophorum superare, quidam mihi videntur, alij
 rationibus tantum ab Auctoritate fidei petitive
 agunt, non autem naturalibus argumentis, veluti
 Philosophi: et in cunctis religionis mysterijs
 probandis, fundamentum a Philosophiâ subvertunt
 et dirutum ponunt, nempe Deum esse; At
 Argumenta, a ratione naturali deducta, tantum
 querenda sunt, et a maledictis triumphandum.
 quo opere euoluto, spero, Cœlitum gratiâ fauenti,
 omnes Mundi Sapientis, quorum adhuc hodie ingens
 cœtas turbas, ab errore quo impliciti sunt ad rectiore
 riam redituros. multi enim, ut quinti verba ad
 propositum meum conuertunt, vanis superstitionibus
 inhaerentis obducant, se contra manifestam veritatem,
 non tam de suis religionibus, quas prave adferunt,
 bene meriti, quam de se male, qui cum habeant ihs

Lactantii
 1
 lib. 2. de fals.
 relig. cap. 1.

Stroamium

7

rectum de vias sequuntur An fractus; planum
deserunt & per precipitium labuntur; lucem
relinquunt, ut in tenebris cæci ac debiles jaceant,
his ergo consulendum est, ne contra se pugnent,
velint que se tandem ab invicem liberari.
Nos jntim jnfirmi ac debiles, omnia que
fidei christiana adjuvantur, tanquam a Spiritibus
immundis Philosphorum animis infusa
monstra horrenda delistabimur, nec unquam è
sacro Sancte Ecclesie Romanæ sine ludandum
esse existimabimus: sed tanquam fortis sub crucis
vexillo fideliter stabimus. Si que verò in hoc meo
opere sunt, que a nostræ Religionis menti abhorre
videantur; Sciant, monitosque velim omnes qui
legerint, hæc non tanquam mea, sed à Philosphorum
menti, me addidisse, ad contrivendam narratione
seriem, ne nimium jnterrupta et laceris Constructo
monumentis jnordinata nimis jntelligeretur, meq;
hic quamvis non omnino Christiane scripserim,
Christianum tamen Romanum fidelem profiteror.
Etiam à antiquorum aliorumq; Philosphorum sententiã
Deum non esse r. feram, mundumque æternum;
Animam mortalem, Inferos fabulosos, Religionem
Æternam politicam, à Astutorum commentum;
mortem jntim esse Continendam, tanquam ab
illâ nihil super futurum: vitæ jn super voluptuosa
operam dare, si caritatisque genio jndulgere solum

Proximum

esse hominis bonum. moribus tamen, meide,
ac Christiano viuendi genere, omnium a me
impietatis notam et suspicionem in perpetuum
amouere Conabor, actiones namque & cogitationes,
opinionesq. meas religiosissime semper, cum puro
sinceritatis et humilitatis affectu, sacro sancte
Romanæ Ecclesiæ decretis placitisq. submittende
voueo.

Hoc autem opus in sex tractatus quemadmodum
Theophrastus in sex libros, suum distribuit, partiri
libet. Primus erit. de Dije. secundus. de
Mundo. tertius. de Religion. quartus.
de anima & de Infide. quintus. de
continenda mori. sextus. de vitâ
Sdum naturam. quæ omnia ad Deos ipso
pertinent. si enim Deus non esse demonstratur, cætra
absque ullo negotio probabuntur. hoc autem ut sum
probatum ex Platonum tantum opinionibus atque
sententiis, quasi historice referentur, non vero
trahuntur, neque propugnabuntur. ab istâ tunc ardua
matinâ me de hinc uisset. sacri Dei numinis reuerentia,
ne quid a me nimis profanum scribatur, nisi me ad
id mouisset et impulsisset diuini uiri Job exemplum;
qui Deo fidelis, tamen aduersus ejus inobtemperantiam
providentiam dissidere uidebatur. Utis itaq. illius
exemplo et uerbis Philokophide dicere non verebor ne

Sroanium

9

Job. 13.

mentem meam in hoc opere ad suam detorqueant. disputare cum Deo cupio, ostendendæ vobis esse fabricatores mendaciorum, & cultores privorum dogmatum. atque utinam taceretis, ut videremini esse sapientis.

His promissis antequam tractatus ipsos aggrediamur, dicere, visum est, aliquid de scientiâ, an potè illa sit quæ, omnibus, quas inter homines vixere videmus, opinionibus, ortum præbuit, et per quam cuncta cognoscere mens humana præsumit, quasi alia sit rerum cognitio præter illam quæ artibus ipsæ per sensus percipitur. non libet hîc scientiam definire, sed potius illam præherere, quippe scilicet finitorum errorum sola origo. multi illam despexerunt tanquam vanam, juvenilem, tranquillitati noxiam, generi humano perniciosissimam, quæ nos tempus nugis vivere, potius quam vivere docet, quæ sola hominis scientia esse debet; multi jam difficultatibus animos nostros implicat, jta ut Salomon dixerit, qui addit scientiam addit et laborum. idè ad quietem nostram longè tutius in ignorare quam scire. quondam vixit ad eam scientiam esse veneratos scimus, in illius studio nimium concitati, vitam in illâ acquirendâ plane connumerant, qualis fuit Sclimius rerum naturalium cognitione celebrissimus, qui Vesuvij montis, ignem evoventis, miracula conspiciens

2
Psalm. 119

Stoæmum

Scyllius causas perscrutans, dum prope nimis
 accedere conatur, crassiore caligine, fumoque
 spiritu obstructo, vitam ignorantia humana sicut, et
 exundantis Scientia aviditatis conscientiam, ibi reliquit.
 Ludoxus etiam, Hoc sciendi desiderio adeo fervebat, ut
 mensuram solis cognoscere optaret, vel vitæ ipsius
 periculo; nam non adeptam ejusmodi Scientiam, ardore
 solis comburi et in cineres vultu etiam peroptabat. —
 Dythagoras jam, ille, tum mitis erga animalia, ut
 Sanguini illorum omnino superstitiosè paucet;
 non consequatam prædicationis cujusdam, quam perscrutabatur,
 demonstrationem; musis, in gratiarum actionum, bonum
 tandem immolavit, et sciendi cupiditati flagrans, ab
 instituto suo desistere ausus est, quod vita ipsa ei
 charius esse videbatur, tantus est potiusq. Scientia
 Amor in illis qui se se ab illo abripi patiuntur. —
 verum in Scientiis perquirendis durus et durusq.
 labor, hinc tandem sortitur exitum, ut nos fati-
 cogat, quod idem Salomon, quondam confessus est,
 cunctas, nimirum, res esse difficiles, nec illas posse
 hominum explicare sermones; non saturatur oculus
 visu, nec auris auditu impletur, sed quæcumque
 oculus, auris, et mens etiam confectantur; in ipsa
 præter Vanitatem et afflictionem spiritus, Nihil
 quicquam invenit Salomon. haec vero omnes, quæ in

Stoæcium

11

Scientiis reperiuntur difficultates et labores, non aliunde procedunt quam ex discordantibus et inter se dissentientibus ingeniorum opinionibus et sententiis: hæret animus ac pendet cum aliqua illarum esse eligenda: cuiusnam sese addicat, inter tot discordantes et contrarias trepidus atque incertus quærit; timens ne falsa pro veritate eligat, adeo enim vera et falsa iuncta sunt et confusa, ut deprehendi, ne dum seungi, et eligi posse videantur. varia opiniones variorum habent auctores, sed omnes rationum pondere æquales, viribus pares, et sectatorum turbamur hæret inter se inferiores, et famam, nominumque claritudine non alios alios insigniores. ad hæc accedit ipsarum rerum præcipiendarum insuperabilis difficultas, quæ fit, ut iuncta omnia indecisaque permaneant apud eos qui sese scientiis applicant, alio, quam naturam duce, id est sensibus. tumen usu venit ut illam incognoscendis rebus non sequamur; sed illos quos auctores et iuventores opinionum esse scimus, quidam Platonem, quidam Aristotem sequuntur: alii alios prout cuique vera ab alijs doceri persuasum est. et inter cætera mortalitatis mala, illud etiam esse quod nullus tantum sibi et Naturæ credit, quantum alijs: Cum interim a nobis met ipsis, potius quam a magistris cæteris et præceptoribus rerum et virtutum cognitionem accipere debemus, in nobis sola ratio naturalis perficeret quod doctrina et eruditio ab alijs

Stoæcium

tradita, efficere non potest. unus quisque illorum, quod sibi
 visum est pro vero tradit: quod si sedulo subiceretur
 examini falsissimum illud esse partim experiremus.
 Heraclitus non alio magistro, quam se ipso, edoctum
 fuisse, gloria sibi dabat. unus quisque id exemplum
 ejus modi sibi proponere deberet. hæc enim rita
 opiniones aliorum non sequentis certius veritati de
 scopum hoes attingerent (si forte ab hoc possit attingi)
 nam cum unus quisque de re eadem judicacionis
 independunt ab alio viam sectaretur, quod sibi veni
 videretur amplectina, eueniret, ut quæ suã Naturã
 veræ sunt opiniones, apud unumquemque inter se
 consentientis compararentur; verum enim semper
 unum est, et cetera sunt falsa; quæ autem falsa
 essent; omnino etiam dissident. et hoc mihi videtur
 expeditius ad veritatem perire, quam si magistro alieno
 adherentis nullam unquam aliam, præter suam
 sequeremur et a nobis cuncta quæ si dictata redderentur;
 quæ forsam magistri nostri excitantis et ludentis sunt
 allucinati: alienis autem, vestigiis semper hærentis et
 non perpendicularis quæ nobis dicuntur, perpetuis laboramus
 erroribus, et cunctis philosophorum sectis, non aliã
 ratione perire se dissident. Una quæque magistrum huius
 cæcã menti amplectitur, et scientiam, quæ tamen
 una est, philosophiamque in varias distinxere partem.
 quod Justinus martyr rectissime animaduertit dicend;

Proœmium

13

quid sit Philosophia, et quâ de causâ ad homines sit demissa, per multos latet, Si enim Scirent, non esset neq. Theoretici, neq. Pythagorici, ne Platonici, neque Socrici, neque Epicuratici, Cum una sit Scientia quam verò ob causam ea in plures abierit, factiones, dicam: qui hanc primi attigere et ob id clari fuere, accidit ut illorum Successores eos sequerentur: non, illi quidem quidquam de veritate perquirentis, sed constantiam duntaxat, et animum ipsorum; nec non novum orationis nitorem cum stupore admirantis, eaq. vix esse arbitrantis, quæ a magistro quisquis didicisset; qui deinde Successores quoque suis ejus modi omnia, atque alia istum hinc similia tradentis eo appellati sunt nomine, quo ipsius disciplina parens obtinuerat. hoc modo opiniones eadem multum hincporè regent, dum illis in disputationibus jumentur, nec quidquam nostrum producimus; Sino, illarum argumenta defendimus et axiomata tuemus, non quærentis an falsa sint (quippe de his dubitare Religio quædam. sit) auctoritatem doctorum tantum sequentis, a ratione ipsâ deviamus, nec ullam aliam probamus, quam quæ ab ipsâ magistris probata in, firmiter inanimibus alimur, et falsa vixi specie, amore quodam complectimur, qui certis quibusdam destinatisque Sententiis addicti et veluti consecrati cogimur defendere ea, quæ sæpissime ne quidem probaremus ipsi, si ratione uterentur verâ et nobis ipsâ credentis, derisus propriam ferentis Sententiam, in quo meo melifere quavisime

B

Proœmium

1.
de nat.
Dior.

peccamus et erramus, neque enim in disputando ait
 Cicero tam authoritatis quam rationis momenta —
 quaerenda sunt. quin etiam obesse plerumque ijs qui
 discere volunt, authoritas eorum qui se docere
 profitentur. desinunt enim suum iudicium adhibere,
 id habent ratum quod ab eo quem probant iudicatum
 vident. non probo quod de Pythagoricis dicitur, ipse
 dixit, respondere solitis, si quid affirmarent in
 disputando, tantum opinio præiudicata poterat, et etiam
 sine ratione, Valeret autoritas. itaque si a beatitudine
 veritatem statuere et stabiliri putamus, nihil esse
 debilius aut fragilius respiciemus. Sed concedamus
 authorum sententiis et opinionibus iustitandum esse,
 quibus authoribus fidem potius adhibendam esse
 dicemus. an ijs qui affirmant, vel ijs qui negant.
 quare vni potius quam alteri. et quis auctorem
 auctori præpollere dicet. aut præferre ausus fuerit.
 quod si alios auctores, se determinandi causa, si bi
 auxiliarios adducit, quorum opinionum sequendam
 esse existimet, in id quod fugiendum dicimus revolvatur,
 Authoritas enim auctoritati alia non erit præstabilior,
 neque majoris momenti, si vero de se ipso absque
 ullo alio auctore veritatem statuere præsumpserit, et
 in dubiis solvendis ejusmodi argumentum proferat,
 Cui respondere non possumus, non ideo putandum est
 illum veritatem esse assecutum, nam quemadmodum

Proœmium

15

res de quâ agitur nobis vera videbatur antequam
ejus modi Argumentum inuentum fuisset; Neque
tamen secundum illud vera erit; sic fieri potest. An
aliud in postrium argumentum excogitatur majoris
ponderis, quo, quæ Nunc falsa apparent, Vera
videbuntur. Sic Equidem ingenii sagacitas ludere
potest, in ijs etiam qui apud omnes, majori consensu
scripta sunt, Unde manifestum est Veritatis
argumentum, neque ab ingenii sagacitate neque ab
authoritate vllâ esse petendum. præterea difficile
est ut auctores inuidiæ, gloriæ, et ambitionis
affectibus a deo careant, et non ipsi potius quam
veritatis Amore ducantur; alii aliis contradicunt
et sese inuicem omnes oppugnant, idque gloriæ ac
Laudi ducunt, neque vllâ in doctrinâ contradicendi
studium apudius, Inquit Caudanus, quam vbi
contradicere, minime decere putant, igitur contradicere
Celebri auctori, non secus quam qui vix magnam
demoliantur, auctoritatem ac laudem præbent, itaque
non video quomodo aucthorum sententiis, languam
veris, fides adhiberi possit, Cum fraudis, inuidiæ et
Ambitionis sint potius argumenta, quam Veritatis.
Unus quisque eorum, ex discrepantiâ
Laudem quærens, in ijs potissimum quæ solâ
aucthorum opinione stant, et de quibus in scientiis
quæritur et ambigitur, eo humanas mentis adducere

lib. 29
di. 3ap.

Proœmium

deberet et saltem placere opinio eorum qui oïas
 existimauerunt esse aut veram aut falsam prout
 unusquisque ea arbitrat; nec magis esse, secundum
 opinionem Socratis, quam non esse, secundum Sententiam
 Aristotelis; uni cuique enim illorum sic esse
 apparet, nam si oës quæstiones ob discordantes
 authorum opiniones, et controuersias quæ mouentur
 aduersus quas cunque Sententias iudicabiles sunt,
 Cum præsertim oï orationi oratio equalis
 momenti aduersetur; ea saltem iudicata remanent;
 Sicq; res esse vera secundum unum, et falsa secundum
 alterum, verum id tantum intelligi debet de iis
 Controuersis quæ mouentur aduersus ea, de quibus
 in scientiis queritur et ambigitur, non vero aduersus
 ea, quibus præstantiam cogimur affici, id est quæ
 sub sensu cadunt. V. g. cum calefit aut frige fit,
 scimus nos calefieri aut frige fieri, quia hæc
 Certa sunt et non dubia, ea vero quæ opinione
 tantum constant, incerta prorsus esse necesse est,
 nec quidquam illa, nisi sensus, certa reddere possit.
 Unde recte Diogenes Cynicus, ratiocinanti quidam et
 concludenti illum habere cornua, manu frontem
 palpans, equidem inquit, illa non video. Idem et
 dicenti quodam, non ivernum, cuius ambulabat.
 et ad eum qui de Cælestibus dissebat, quando,
 inquit, de cælo venisti. Nullam equidem Scientiam

Stoicismum

17

Magni faciebat, nisi ad quam veram & naturalem
ratio animum duceret. et in eoque omnes essent
admonendi, ut tantum tibi credant, quantum vera
ista & naturalis ratio coegerit, nec sufficiat illi
dicere, Aristoteles vel Plato hoc dixit; sed circa
quoque argumentorum pensitare etiam ratione veram
non dubitum. ratione veram dico et naturali; aliam
enim ratio quaedam est, tota falsa ab opinione
precedens, quam Vulgo major hominum pars utitur;
hæc autem nihil aliud est, quam quod unicuique
bonum, verum & probabile videtur, et ejus
conditio talis est, ut sit perpetuo mobilis,
inconstans, varia et fluxu & refluxuque continuo
agitata, & tot sunt hujusce rationis species,
quot hoies; unde dicam est, quot capita tot sentus,
at vera & naturalis ratio multum ab illa diversa
est, omnibus enim in communis, una eademque
semper, certa, vera & constans, quæ nunquam modo
falsum, modo verum in eodem subjecto proponit, &
amplectitur. sed semper verum judicat, quod verum
verum est: falsumque quod vere falsum est. hæc autem
naturalis ratio, nulli fere hominum utitur; &
istam aliam falsam et degenerem solam admittunt.
Sedum ergo veram rationem omnes perpendenda sunt
opinionem quæ feruntur & dicuntur. veritatis enim
hæc sola in indagativa illis recta pervigil, & veris

Proæmium

Inanibusq; abhorret. falsa autem ratio subtilitatis
 tantum cogitat, variaru; & dissidentiu; opinionu;
 est effectrix; modo in aliam, modo in alteram,
 Cùm primùm ille placuerit, transiliens; inde nate
 sunt tùm discordantis inter se, de unâ eademq; re
 sententiæ, ex quarum dissonantiâ plurimi Philo-
 hoc adeò prodigiosa, & oem admirationem superantia
 argumenta duxere, in rebus nimirum, vere oia esse
 ut quisque illa arbitraretur, alij contra, nihil
 forum quæ in rebus esse arbitraretur omnino esse;
 unde Seneca, audi; inquit, quantum mali faciat
 nimia subtilitas, et quam infirma veritati. Pro-
 tagoras ait de omni re in utramq; partem posse
 disputari, et æquo: et de hac ipsa, an omnis res
 in utramque partem disputabilis sit. Nausiphanes
 ait, et ijs quæ videntur esse, nihil magis esse quam
 non esse. Parmenides ait, et ijs quæ videntur, nihil
 esse in uniuersum. Zeno Eleatis omnia negotia de
 negotio dejicit, ait nihil esse; circa eadem fere
 Pyrrhoni; versantur, et Megarici, et Eretrici et
 Academici, qui nouam induxerunt scientiam, nihil
 scire. his subtilitatibus officimus ut æuocare
 ingenium inter præta videamur, et disputationibus
 nihil profutura otium vivere. Dissilio certe visu,
 ait Seneca, quoties hæc disputari video, auertere
 supercilios et fronte rugosâ: Ostris ineptias, dico,

Proæmium

19

quam ridicula sunt. sed tristius nihil ego dixerim
quam quod ijs ineptis omnia nobis fecimus tenebras,
nihil videmus, nec quid verum, nec quid falsum sit
cognoscimus: vides autem quam sit furiosa res in
tnebris impetus, intus cætra quibus premimur
incommoda, et hoc est caligo mentium, nec tantum
necessitas evadendi, sed etiam errorum et tnebrarum
amor, lucesse tamen, si velimus, tandem potest.
uno autem modo potest, si quæ fuerimus quænam vera,
quænam falsa sint, et si unus quisque ad se sepe
retvactis, quæ scire putaverit, ea sedulo perpendendo
melius cognoverit. Philosophorum enim sapientiores
post scientiarum vanam & irritam indagationem,
huc devenire demum in naturali ignorantia
redderentur, et assidue illam profiterentur, quam
tantis laboribus, & vigiliis expellere, tandem posse
putaverant, fatentis, Gaud. Scus ac Salomon, et
Cicero nihil sciri posse, et præcipi, angustos hominum
sensus, imbecilles animos, brevità vite curricula.
Democriti quidam celebris et notus est, in quo veritati
profundo obscureque recessu occultatam dicebat, ad eum
ut nullus unquam eam ex hoc in lucem extraxerit
potuerit, et si prærequiritis laboribus id exequi
plurimi tantaverunt, et quamvis deipatici suis
inconsideratis dogmatibus veritatem se assecuturos
esse jactantur asseveraverunt. Sceptici nihilominus

Proœmium

huic opinioni omnino aduersantur; quin etiam illi ipsi veritatis professores Desipatici, fortasse Scepticis Assentiuntur et Veritatem quam ostendant, tanquam ludum eos nobis proposuisse existimauerim. illam enim docti fingunt, potius quam norunt. Unde ignorandi Scientiam crediderim, Certissimum esse Scientiarum humanarum principium, nec vltiorum imperitiores esse, quam qui omnia se scire arbitrantur. quidam certos limites nunquam exgressi, Cum in alia loca venerint, mirantur quæ non videntur, et longius progressi, alia iam nunquam conspecta oculis eorum subiiciuntur, quæ tamen noua contriplantis, pristinam ignorantiam attoniti stupent; alia deinde montium cacumina conscensit, Majora adhuc et latius patuita detegunt, Sicq. quo plus procedunt, plura etiam deprehendunt. Hoc certi accidit ijs qui, tota vita, in Socratis, ut iam dicam, Specu conclusi, et vultis hominibus alligati, nec illos anquam pretergressi, si semel ad alia accedere ausi fuerint, tunc ignorantiam fatiri coguntur, multa ante inaudita et sibi incognita deprehendunt. Cum ergo aliquid nos scire putauerimus, Suspensi semper habemus nobis ipsis diffidentis in quæ quæ solâ humanâ Scientiâ, id est falsâ ratione, percipiuntur; hæc enim nihil incertius, nihilq. instabilius est: nihil etiam Superbius; illa enim

Proœmium

21

est quæ audaci mente cuncta Scire, et præcipere
se confidit, Scientia sq. omnes vel etiam
jvanissimas amplexatur. quanto modestior
ratio vera, judicicia sua præmit, despicit, inquiri,
sentitur, hæret, nec audei verum dicere,
nisi receptâ verum, naturâ, esse ostenderit. non
mouetur authoritatibus, sed rebus ipsis. Verum
afficit, fide non utitur, sed certâ et
judicabatâ rerum cognitione illam ergo
amplectamur et jnducimur sequamur, omnesq.
Scientias et opinioniones quas cunque illius examini
Subjiciamus, non fallit, quæ vera sunt a falsis
Secernit, et lucem in tenebris afficit. hic Socratis
Dæmon erat, qui illi ad mortem usque fidelis comes
præstitit. Solâ ratione verâ meruit nobilis ille
vir Sapientis nomen, illusterrimum, quia se
nilil Scire de jis Scilicet, quæ humana Scientia
Subjiciuntur, hæc ei præstuaerat; in ijs enim
quibus aliqua difficultas subesse videbatur, et
rem non esse omnino compræham atque
præspectam ani maduertebat hoc solum verbo
remum illum legimus, fortassis hoc modo res se
habet, fortassis autem non jâ. quin etiam illos oēs
judebat qui alicui Scientia jnanti essent, ut poti
oēs Scientias vanas et jnceptas esse arbitrareretur.

Plato in
Coaty

Sroaximum

1
in Barchino

Memoriâ dignum equidem est illud quod eum
dicentem Plato inducit, quem admodum, inquit,
Thaleni astronomiæ intentum et sursum
Suspectantem, ac in putrum delapsum, Ancilla
derisisse dicitur, quod ea quæ in caelo sunt nosse
studeret, quæ verò ante ipsum et ad pedes sita
essent, ipsum latere: idem Caecilium Sufficiam
in omnes qui in philosophiâ versantur, reuerâ
enim illos, quod prope est latere: nec solum
ignorant quid alij faciant, sed etiam quinam
ipsi sint, an homo aut aliud quoddam Pecus.
quod Socratis non probavit, nec probandum
etiam, nobis quidem esse videtur, et Scientiâ
omniâ extremum valedicere recte possumus.
Sicque opiniones et omnes sententias quæcumque illæ
sint, è mentibus nostris episcere potuimus, in quantum
ab auctoritatibus, Scientiâ humanâ et falsâ ratione,
ingenij q? Subtilitati eas pendere viderimus. ratione
autem verâ et naturali, sensibusque bene secundum
naturam dispartite, inquirentis quid verum, quid
falsum esse possit, ab erroribus, quibus pre detinentur
omnes, reuocabimur, nulla enim est certa Scientiâ
nisi quæ sensibus percipitur, quidquid ab ipsis remotum
est, non vera Scientiâ est, sed opinio, quæ ad uniuersum
cuiusque libitum et arbitrium fingitur atque formatur.
Scientiâ vero et cognitio quæ a sensibus oritur, una
semper est, et de illâ apud omnes constat, neque in

Proœmium

23

dubium nunquam reuocatur. Igitur quæ de Dijs
et alijs ad illos pertinentibus in hisce tractatibus
dictæ sumus, non auctoritatibus, non Honoris
Scientijs, neque opinionibus metienda, et dijudicanda
sunt, sed solâ ratione verâ et naturali, at ipsius
Sensibus orta.

¹ Quo referemus enim? quid nobis Sensibus ipsius
Cœtus esse potest? quo vera et falsa notamus.

¹ Lucet.
lib. 1.^o

Omnia Scientia in intellectu est, nihil autem in
intellectu est quod non prius fuerit in sensu, inque
solo Sensuum auxilio Scientia comparatur atque
perficitur. Sensus autem ad res ipsas descendunt
Atque perueniunt, illas scrutantur et examinant;
nec sibi imponi sinunt, nec res vident alio modo
quàm sunt, dum bene secundum naturæ ordinem,
sunt dispositi, qua propter Scientia quæ ex
sensibus procedit, omnium est existima, et hæc
vera et naturalis ratio est.

² Ergo animum nobis adhibe Veram ad rationem
Nam tibi vehementer noua res molitur ad
Aures

² Lucet.
lib. 2.^o

Accedere, et noua se species ostendere renum.
Sed neque tam facilis res vlla est, quin ea
primùm

Difficilis magis ad credendum constet; inque
Nil adeo magnum, nec tam mirabile
quidquam

Proamium.

Incipio, quod non mirantur mirantur omnes.


Desine qua propter Novitatem Extrinsecam
 ipsam

Ex pueris, & animo hanc rationem, sed magis acui

Judicio perpende, et si tibi vera

Videtur

Dede manus, aut si falsa est, Accingere contra



Tractatus Primus

Tractatus Primus

qui est de Dico

Facere, fraudis per et loquar quaecumque
Mare suggestibilis

- Capitulum 1.^{um}) In quo ostenditur multos hominum
negavisse Deos. . . . p. 25. R.^o
- Capitulum 2.^{um}) In quo de primâ Deorum notione agitur et
declaratur quomodo ad hoc pervenitur. p. 41. R.^o
- Capitulum 3.^{um}) In quo declaratur quid et qualis sit Deus
sicut leges et Philosophorum, Theologorumque
sententias eadem rei hoc nomen
impositum sit. . . . p. 59. R.^o
- Capitulum 4.^{um}) In quo ponuntur modi quibus vulgo Deos
esse creditur, sicut leges videlicet et
Theologos, aliosque quibus hoc figmentum
placet, contra quos disputatur et nullos esse
Deos, quales illi ponunt, ostenditur. p. 79. R.^o
- Capitulum 5.^{um}) In quo de providentiâ discevitur, nullamque
esse in mundo aut in hisce inferioribus,
quæ probare possit Deos esse, ostenditur p. 87. R.^o
- Capitulum 6.^{um}) In quo variis argumentis arriâ et
naturali insuper ratione petitis nullos esse
Deos, quales illos leges ponunt, ostenditur,
illudque nomen corporibus tantum exlestibus
convenire declaratur. . . . p. 130. V.^o

Tractatus secundus

qui est de Mundo.

- Caput 1. ^{um}) In quo ad tractatum de Mundi aeternitate
fit ingressus. p. 189. R.^o
- Caput 2. ^{um}) In quo variae de Mundi ortu opiniones
et rerum principia referuntur. p. 198. 3.^o
- Caput 3. ^{um}) In quo contra Mundi creationem ex nihilo
et ejusdem ex materialibus principis,
constructionem disseritur. p. 216. V.^o
- Caput 4. ^{um}) In quo Mundi aeternitas probatur rationibus
ductis ab aeterno caelorum et elementorum
motu, perpetuaque rerum inferiorum
vicissitudine, quae eodem semper modo se
habent. p. 255. R.^o
- Caput 5. ^{um}) In quo variae adhuc referuntur naturae
vicissitudines et reuolutiones, Mundus enim
cluuiionibus ex exustionibus, postcerta
temporum intervalla perpetuo renouatur,
ex quo amplius illius aeternitas demonstratur.
p. 285. R.^o
- Caput 6. ^{um}) In quo declaratur non admodum antiquam
esse posse rerum in Mundo gestarum
memoriam, item de tribus temporibus, aeterno,
Mythico, et historico excogitatis agitur, deque
anno magno, quo et stupendo Annorum
numero, a Chaldaeis, Aegyptiis, et aliis,
eorum monumentis conseruato, ex quibus
Mundi antiquitas, imo aeternitas annuo
conjectitur. p. 330. V.^o

26^r

Tractatus Secundus

Caput 7^{um} In quo varia Illustrum & Honorum
de aeternitate Mundi auctoritates
adducuntur. p. 366 V^o

Tractatus Tertius qui est de Religione

Caput 1^{um} In quo unde et quid sit Religio declaratur,
p. 381 R^o

Caput 2^{um} In quo diffuse ostenditur Religionem
omnino esse artem politicam. p. 390 V^o

Caput 3^{um} In quo de oraculis, Sybillis, Prophetiis,
et miraculis in Religionibus introductis
agitur, quibus Religionem autem esse
politicam insuper ostenditur. p. 406 V^o

Caput 4^{um} In quo de quatuor praecipuis Religionibus,
Ethnicâ Videlicet, Judaicâ, Christianâ,
et Saracenicâ sive Mahumetanâ, deque
illarum universalibus causis in generalis,
originibus et auctoribus agitur. p. 447 R^o

Caput 5^{um} In quo de quatuor supra dictis Religionibus
in particulari, deque illarum auctoribus,
superstitionibus et imposturis agitur, ex
quo patet Religionem esse omnino artem
politicam. p. 464 V^o

Caput 6^{um} In quo ois Religio bona esse ostenditur, cum
nulla sit quae a dolinâ ortum non habeat

Tractatus Tertius

et ab hominibus instituta. Sic, non
vero a Deo data, ut vulgo putatum
est. -- p. 616 R.^o

Tractatus Quavtus

qui est de animâ et de
Inferis.

Caput 1. ^{um} In quo animæ immortalitas ob
utilitatem conficere declaratur, Imque
de illâ aliter alios statuisse. p. 653. R.^o

Caput 2. ^{um} In quo de Animæ Essentiâ, Substantiâ,
Sede, et origine agitur, et cujus
discordantibus opinionibus illam esse
inexplicabilem et incomprehensibilem,
affirmamus, idcirco immortalitatem
ejus esse mereamfictionem asserimus.
argumenta præcipue quibus hæc
immortalitas adstruitur, Imq. experimenta,
spectra videlicet, et mortuorum apparitiones
refelluntur, resurrectionemque tam
generalem, quam particularem, Nullam
esse ostendimus. p. 672 V.^o

Caput 3. ^{um} In quo animæ mortalitas rationibus
naturalibus penitus declaratur. p. 732. V.^o

24³

Tractatus Quartus

Caput 4.^{um} In quo Inferorum et Paradisi loca nulla esse, et nullibi existere declarantur, ex quo amplius animæ mortalitas inducitur, cum hæc loca illi post mortem, et præter ista, nulla assignata sint. p. 771 R.^o

Caput 5.^{um} In quo nullos esse Dæmones sive Angelos ostenditur. p. 791 R.^o

Tractatus Quintus qui est de continuanda Morte

Caput 1.^{um} In quo quid sit mors declaratur, et quid illam terribilem reddat. p. 837 R.^o

Caput 2.^{um} In quo ex vitæ miseris, et moriendi necessitate, ostenditur viuendi amorem estimandum, et mortem non esse timendam. -- p. 845 R.^o

Caput 3.^{um} In quo declaratur mortem nihil ad nos pertinere, et mortuos non esse miseros quia omnis, boni malique, sensus cum vitâ extinguitur. -- p. 868 V.^o

Caput 4.^{um} In quo mortem omnino esse continuandam, adeo ut etiam unusquisque illam sibi affere audeat, si res ita tulcrit, quod --

Tractatus Quintus

varius de causis multos fecisse, in hoc, plus boni quam mali, esse existimantis, idque plurimis Sapientium rationibus declaratur. p. 886. 4^o

Tractatus Sextus

qui est de vitâ sduam
naturam

Caput 1^{um} In quo quid sit, secundum Naturam, felicitate vivere declaratur. p. 913. 1^o

Caput 2^{um} In quo hominem à cæteris Animalibus non differre, nisi specie, declaratur, neque dotibus et facultatibus illis esse potiorum, nec ratione magis pollere, aut jus ullum in illa habere, sed æqualitatem et communitatem inter cuncta animantia esse. --- p. 939. 2^o

Caput 3^{um} In quo æqualitatem et communitatem à naturâ inter cuncta Animantia esse declaratur, et homines illam, legibus potissimum, autibus et Scientiis, sustulisse, his etiam, libertatem naturalem sibi ademisse constat; quæ omnia fecerunt, in se supra cætera animalia latentes, sed hæc non obstant quominus ad aliorum

2A^A

Tractatus Caelus

animalium Consortium, a quibus
nullo modo differunt, reduci debent. p. 981. R.^o

Capitulum 4^{um}

quod est, Icon Sapientis, in quo
declavatur qualis sit vita illius qui

vult secundum naturam vivere. p. 1029 R.^o

Peroratio Operis

Ad Sapientiam
Saeculi.

10

Christiansburg, Va.

1861

Dear Mother

I received your letter

of the 10th

Tractatus Primus

25

Qui Est De Diis

Taceat paulisper ut loquar quodcumque
Mens suggererit. Job 13^o

Caput primum

In quo ostenditur multos hominum
negavisse Deos

Difficile est negare Deos, si in concione
queratur, sed in familiarium sermone, et consessu,
facillimum, ait Cicero; et Stilpo Philosophus, cum Crates illum
rogasset, an Diis precationibus et divinis honoribus gaudeant,
Noli, inquit, fatue me de hisce in via rogare, sed blun ac seorsum.
Divinus etiam ille Plato, in secunda Epistola ad Dionysium,
Dicit, inquit, non satis tibi demonstratum esse, de Divini natura.
dicendum ergo tibi est per ænigmata, quo, si quid Epistole per
ponti aut terre fortunas acciderit, qui legent non intelligat. et

1^o de Nat. Deor.
2^o fact. in quer
viti

1
lib. de
vniuers.

Subjungit, illud cauebis, ne nunquam hæc ad homines
ineruditos dilabantur. Cicero iterum, atque illum quidem,
inquit, parentem vniuersitatis inuenire difficile, et cum jam
Inueneris, indicare in vulgus nefas. Et David, de insipienti
loquens, Dixit in corde suo non est Deus, inquit, quia scilicet
palam id dicere ausus non fuisset. Nam equidem verum est,

2
lib. 3^o de
sap

in hac re, plus esse timendum a populo quam ab hostibus
in bello. Ideo? sapientis, ait Cardanus, Deos colendo, etiam
si non id credant, vulgo plaudunt. Persuasum enim illis
est, omnem legem, Deos habere suos, qui colere velint. Si
quis etiam coram populo Deos negare ausus fuerit, continuo

3
Quid.
m. t. 16.

..... 3 *si unum in urbe*
Spectat cumque agitur legum rure, et cetero more dei
Sociata poena illi,

Non noua sane est aucthorum secta imo antiquissima illa est,
ex quo enim legistatores extiterunt, qui de Deis opinionem populis
traderent; alii sapientis ex aduerso fuisse, qui hanc tanquam
fabulam rejicerent, et Philosophi per omnes qui neque
Legistatores neque Imperatores, aut populorum duces fuere,
de Deis opiniones omnes a se remouerant, sed ob metum
plebis et legum, quid sentirent fari non ausi sunt. quod

lib. 4^o de
vniuers.

Josephus eximie testatur dicens, difficile sane est in philosophi
paruit, ea que sentiunt prædicare, populo enim superstitionum
opinionibus iam præoccupato, veritatem præferre velint. Et
Plato ipse confessus est, quia veram de Deo opinionem,
propter ignorantiam populi præferre securum non est. Hoc
Socrati necem intulit, illum enim accusauit, melius de hisce

Crimenibus, Inquit Suerius, Jura violat. Socratis, quos ex
 majorum instituto suscepit Civitas Deos esse negavit; et Idem
 Suerius refert, post mortem Socratis, Platonem et reliquos
 Philosophos ad Eucledem venisse, metu atrocitate tyrannorum
 compulsos; eo quod scilicet, Deos esse negarent. ³ Aristoteles quoque
 ab hoc periculo non fuit immunis, Athenas enim profectus cum
 illic tredecim annis docuisset, clam in Chalcedon Concessit quod
 ab Eurimedonte Hierophanta impietatis accusatus fuerit.
 Non ignoro multos esse, qui Absolverant Platonem Deorum
 coluisse, et Credidisse, ex eo quod Mundum gentium et a Deo
 ordinatum suspexerit, verum in suis tractatibus plurima ex
 illius Scriptis afferemus loca quibus facile argumentabimur,
 illum, nullos esse Deos existimavisse, quales eos videlicet
 Leges ponunt. fateor Equidem illum aliis fuisse modestiorem
 et sermonibus tum obscuris, cum fabulosis de Deo loquitum
 fuisse, partim ne apopulo, partim ne a philosophis omnino
 abhorreeretur; Inter utroque enim fama et gloria
 salutem inuicem consulens anxius versabatur, veritatem conseruari, falsam
 autem pro veritate affirmare non audens; unde modo aliam, modo
 alteram partem in Scriptis suis passim lueri videtur. ut vero
 majorem Cuncta quae vultet dicendi licentiam sibi concederet,
 Dialogis usus est in quibus sibi personam Socratis, et plurimum
 quem ideo Socratem Atticum Epicurus dicebat, et Diogenes Platonem
 etiam egregium fabulatorem vocabat, immanes de Diis, de Mundo,
 de Anima et de Inferis fabulas edidit, quibus nequidem unquam
 fidem ipsam habuisse satis indicavit in supra citata Epistola ad
 Dionysium de Divini naturam loquens, et his verbis Concludens,

¹
 In qua vita
 et val. max.
 lib. 1. cap. 1.
 et Suer. p.
 104.
²
 In vita
 Socratis.

³
 In vita
 Socratis.

Practatus

28

Maxima cautio est, ut non scribas, sed discas; fieri enim non potest ut scripta non exordant: qua propter ego nunquam quicquam de his scripsi, neque ullum est Platonis scriptum, neque erit. quae vero nunc dicuntur Socratis sunt. Verum,

1
Socrata docere?

nunquam probaverit, ut testatur Laertius, ait enim, cum a Porum quendam Platonis audisset recitari, in quo sub illius personâ Platonis suo more quaedam narrabat, illum dixisse, Proh. Di immortales, quam multa de me mentitur adolescens Isth.

Solus nilominus fove esse Plato a quo prodivinitat. argumenta mutuuntur in scholis. contra Atheos inducitur qui Atheum absolutissime fuit ipse (nulli enim sunt, meo quidem iudicio, Magis Athei, quam qui de Diis incredibilia et omnino fabulosa narrat) et maxime citatur, tanquam solâ et pua auctoritate, de Atheismo triumphari possit: et ab hac antiquorum Philologorum schola, omnis de Diis fides et opinio, non minus quam a Dionum auctoritate pendeat. Verum ut tanta auctoritate, vel a limine frangatur, et extingatur, videt iam

2
in 2.º de rep.

illam scribentem, quia plebs et vulgares homines ad bona opera non trahuntur, nisi ex spe praemii: et a malis non retrahuntur nisi timore poenae, fabularum ad instructionem eorum confectas esse: et in tali casu quidem licere mentiri et fingere, et iam si quod inquam, Inquit, ad Iunium utilitatem mentiri auctus fuerit legislator, non esse utilius mendacium quam quod officere possit, ut non Odaci, sed utro omnes justitiam amplectantur, quare nihil aliud eorum spectare vel cogitari oportet, quam qua persuasione res, maximum bonum civitati exhibeat. Quod hoc autem omne studium potest ut eduxerit quoniam modo remissa Civitas in

3
in 2.º Ly.

De Diis Cap. 1. ^{um} 29

Cantilenis et fabulis per omnem vitam de his unum et idem
 quam maxime loquatur et scabaturis verbis manifestum est —
 Platonis auctoritatem nullo modo valere posse in his que ab illo de
 Dijs, de mundo, de Anima et de infuis. scripta sunt, ut pot. hoc
 omnia innumeris fabulis miscuit. Omnis Theologia vetus Ro-
 tradebatur populo; et in fabulis tantum, que de Dijs sentirent,
 homines edocebantur, ut in sequentibus reforemur. ex hys modi-
 autem fabulis, omnes que de Dijs feruntur crimines, prodiges, et
 vulgus hoc ad se sibi persuadet, ut nihil certius esse existimet; Loca in-
 quibus ista ab juvenalibus dicuntur, veneratur Coliturque, carlaurea
 patans, ubi cum magna pompa hæc mendacia exhibentur; et
 unanimiter omnes homines in illis ad descendum errorem conveniunt,
 et ad fabulosa criminesque precipitandas undique conflunt, hisque
 monstri animi vulgi peritus imbuuntur, ut timore, quem de his
 conceperunt, coercantur. non mirum igitur si Socrate Vulgi
 opiniones lamias vocarent, puerorum terrore lamenula, que cuius a
 fabulis et Cantilenis ortæ sunt, quo potius nomine essent
 appellande. hæc autem omnes de Dijs false opiniones antiquitate
 a radi et indocto vulgo perceptæ ad nos usque permanerunt, ad id
 ut nos hodie eadem que olim illi, habemus fabulas & Plato
 Ceterique Antiquorum Theologorum tradiderunt; fabulas etiam
 amplius summas, nec veritatem adhib. sumas, res doctores prædicant;
 neque enim veritatem de fabulis elicere, et verum in falsis, ut
 jura dicam, fontis, haurire possumus. Deos Plato Ceterique
 Legislatores fingere volebant: at de re falsa, quid aliud dicere
 poterant, quam fabulas? verum indoctis tantum et Vulgo hæc
 traduntur nec eruditis præstant, que excogitant Legislatores: neque

Tractatus

enim verisimile est adeo deservisse Platonem ut fabulas
quas de Dijs scripsit omnibus scribere voluerit, auditis et
increditis.

Quantum ad Aristoteli scholæ fulcrum aliud insigne, de
Dijs quid senserit patet, ex ipsi quæ de mundi æternitate, —
confirmata sapientis opinione assent. non meliore quam plurimos
Theologos opinionem ejus de Divinitate, tanquam sinceram probare,
et in medium se se adducere. At quæ in sequentibus, ex ejus
scriptis referentur, ostendunt illum certissime Atheum fuisse,
et de Dijs æternorum tantum more loquutum, ne a populo sibi
periculum faceretur; quod tamen fugere non potuit, et
tandem ob impietatis Crimen, Athenis discedere compulsus
fuit, ut supra diximus. In hoc sapientis cum vulgo sentire
videri volunt, unde vafer Aristoteles, inquit Cardanus,
dixit loquendum esse ut plures conveniant, sed credendum
ut pauci (Philosophos juvenere) et hæc rationes proponunt
partim animæ immortalitatem, ambræque decantat. Cui congruit
illud quod vulgo dicitur, Fons ut licet, jntus ut libet. et Seneca
etiam hæc præclara dicta.

lib. 3^o de Sapi.

Epist. 5.^a

² Sæpius nomen Philosophiæ, etiam si modestè tractetur,
invidiosum est, quod, si nos consuetudini hominum ²conspiciamus
excipere. ³Intus omnia dissimilia sunt; fons nostra populo
conveniat. ³Illud ³jam aliud, non conturbabit sapiens publicos
mores, nec populum in se novitate viæ commoveri. Nomen etiam ille
de Divinitate et animi immortalitate populi solum authoritatis;
sicut et alii, sentire palam testatus est, dicens, ⁴Multum
dare solent præsumptioni omnium hominum, apud Nos

Epist. 19.^a

4

Epist. 107.^a

De Dijs cap. 1. ^{um} 31

veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri: tanquam
 Deos esse, inter alias sic colligimus, quod omnibus de Dijs
 opinio iusta est, cum de animorum immortalitate disserimus,
 non leve momentum quod nos habet consensus omnium
 aut timendum in feros, aut volentium: ut hoc publica
 persuasione. Nisi populo placere voluisset Seneca, Deos
 haud dubie omnino negasset. Quamvis autem hic adeo populariter
 fuerit, in Ceteris tamen Senatorum suorum locis, passim iudicat
 se a populo omnino abhorrere, Credo ut Philosophis, quid vere
 sentiret de ijs quae vulgo Credie, tandem notum a mani factum
 faceret. non tam bene, inquit, cum rebus humanis agitur, ut
 meliora pluribus placeant: argumentum pessimi turbare, et
 tristissima quoque via maxime decipit. ¹ Item, ² veritati inquit, ut
 quaecumque vulgo placeant. et hoc aliud, ³ Circumspiciendum nobis est,
 inquit, quomodo a vulgo huius esse possimus. sed ut populi moribus
 vitam suam maxime convenientem esse praeparabat; sic ut
 opiniones ab illo dissentientes omnino essent, sollicitus curabat ne
 nimis foret erroris, et praecipue in ijs quae de Dijs, de
 animorum immortalitate, et de inferis dicuntur. has enim
 opiniones se penitus exuisse, tanquam raras et falsas, passim
 in libris suis testatur, adeo ut haec sibi nunquam persuasibile,
 hoc clarius ostendat. Omissa nunc quae de animorum
 mortalitate et de inferis dixerit, ad suum locum rejecit,
 satis erit hic de Divinitate quid lenitate ⁴ disserent,
 aperire. ad Evocandos inquit ille, animos imperitorum, ⁵
 sapientissimi viri iudicaverunt inevitabilem metum, ut superanos
 aliquid timerent, vix erat in tanta audacia scelerum aliquid

¹ lib. de vita be
 cap. 1.^o

² Epist. 8.^a

³ Epist. 14.^a

⁵ lib. 2.^o nat.
 cap. 42.^o

Practatus

esse adversum quod nemo sibi satis potuit videre, ad
 controvendos itaque eos quibus innocentia nisi melius non placet,
 posuere super Caput rōndicem et quidem armatum. quid potuit
 clarius et apertius dici ut ostenderetur hęc de Dijs opinio
 conficere esse fabulas, quā melius ad officium traheretur
 populū. Valiorum dicta, suo loco referentur, quibus amplius
 manifestum erit Philosophia de Dijs nihil prorsus sentire. /
 Quod si clarissimi illi, et inter doctissimos Catuade eminentis
 viri a quibus totius doctrinæ atque scientiæ fons ad exire
 hominum reuertim fluit, recte de Dijs sentire, cum vulgo
 aliquando videri sunt, id non tanquam Philosophi, sed tanquam
 prudentes egerunt quibus convenit et sibi a populo vivere
 et Reipublicæ utilitati consulere. multi namque illius
 tantum causa, ad Deorum cultum sese contulerunt, et
 Religionis curam susceperunt, aut regnandi, veluti principes,
 aut regni amore, quales optimi quique Cives, existimantur
 optimum esse aliter, exempto suo, in religione imponi, in quā
 quidem multum expedire civitas falli. Seculari dixisse, testatur
 D. Augustinus, de suo unica in Religionis Cura, ut populi veritatem
 abscondat, et fabulis illam semper obumbrat. Nonne etiam Ecclesie
 Christiana Patres, multimodo scribere volent, variis edictis prohibere
 questionem illam moveri circa mundi Antiquitatem, Deum et Animam,
 ne inde populi fides aliquid detrimenti caperet, et tandem evalesceret.
 Memorabilis est concessio quidam delectorum Cardinalium post
 Lateranense Conciliū de Purandis Elenā hactenus, in quo
 multa ipsi Patres Eminentissimi reformatanda animadvertunt, quæ
 deinde decretis sancti Romani obtinuerunt, jubente Paulo 3.º Pont. Max.

De Dijs cap. 1.^{um}

33

hæc erant præcipue circa ea de quibus nunc agitur, et placet
eorum verba referre. Alius magnus est in gymnasiis —
publicis præsertim in Italiâ, in quibus multi Philosophia profectores
impietatem docent, idcirco præterea indicendum Episcopis ubi sunt
gymnasia publica, ut per eos admonerentur Lectores qui legunt,
ut docerent adolescentibus impietatem, id ostenderent infirmitatem
Luminis naturalis in questionibus pertinentibus ad Deum, ad
mundi naturam vel æternitatem, et similia; similiter ne
permitterent fieri publicas Dissertationes de ejusmodi questionibus,
neque etiam de rebus Theologicis, quæ casti multum existimationis
pudent apud vulgus. Vides hoc Bicaum veniatis tantum populis
occultandæ gratiâ promulgatum fuisse.

Veteres Romani fuerunt etiam Divini Cultus maxime Studiosi,
sedulo Caventis ne populus aliquo modo Religionis vinculis excedere
posset et veritatem deliquere, ita ut aliquando cultoribus quibusdam,
Et undique sibi repugnantis prodierunt opiniones. Sive autem Philosophi et Theologi qui illos excogitauerunt et introduxerunt, id consuetudinis et primarum, quae plurimum valent, notionum impressione fecerint, sive ignari et inscii ^{quasi} sic crediderint. Sive prudentia cuius populorum animis res vitales illorum exempli authoritati firmitus inhaereret: seu fama et gloriae cupiditate ducti, ut populis placerent, assentiendo ijs rebus quibus adeo delectatur vulgus; illarum considerationum quaecunque sui, quae illos mouerit, et ad introducendas atque tuendas de Dijs opiniones tam absurdas impulerit, Certum est illos ejusmodi hominum insaniae causam esse, ex qua tam absurda et ridicula fluere visa sunt quae quasi demens hominum animos reddiderant, ut de Dijs sentire et insanire, idem esse, recte dixeris. Quamuis autem ista omnia utilitatis publicae ratione obumbrantur, naturali profecto rationi omnino aduersantur, et Stulta admodum ratio illa est, quae hominum animis tanta ingenari in mendacia passa sit, et inter se de, de una atque eadem re, adeo discrepantis sententias produxerit. si enim vera esset quae de Dijs ferebatur apud Leges opinio, concordēs atque consentientis esse debuerent sententiae omnes: si falsa, rationi, tum silere, et obmutescere, comunientius videbatur, quam de ijs disserendo delirare. Verum, homines opinionibus de Diuinitate cauti Deos habere voluerunt, et illos

Tractatus

621

quærentes nec inuenientes, *Anj Anj's*, ut diximus, hoc nomen accommodauere.

lib. 1.º de
N. D.

Primus omnium, ut *Cicero* author est, qui de ejusmodi rebus quæsiuit fertur, *Thales* aquam dixit esse initium rerum; Deum autem, eam mentem quæ ex aqua cuncta fingeret. eundem interrogatum quid esset Deus: respondisse quod sine et initio caret, *Laertius* testatur.

hij. quæritur

Cicero. 3.º lib.

Anaximandri autem opinio est, natiuos esse Deos longis interuallis orientis occidentisque, eosque innumera biles esse mundos.

Son, *Anaximenes* aëra Deum statuit, eumque gigni, esseque immensum et infinitum, et semper in motu, quasi aut aër sine ulla forma Deus esse possit, cum præsertim Deum non modo aliquam, sed pulcherrimam speciem esse dicat, inquit *Cicero*; aut non omne quod ortum sit mortali vita consequatur.

Anaxagoras omnium rerum descriptionem et modum mentis in finitæ rationis designari ac confici voluit, ex *Anaximenes* disciplina; sed placere id non potuit, cum aperta simplexque mens nulla re adjuncta quæ sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim et notiorum videbitur.

Diapthagoras censuit, Animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeanum, ex quo animi nostri caperentur. Verum is non vidit distinctionem humanorum animorum discipi et dilacerari Deum, cur autem quidquam ignoraret hominis animus si esset Deus.

lib. 1.º de
glac. cap. 7.º

Idem *Diapthagoras*, ut *Plotin* refert, ex duobus principijs

De Diis cap. 3.^{um}

68

num, Deum esse dicebat, et bonum, quod unius Mens
est; Numenun vero binarium indefinitum esse Daemonem
et malum omnes; et ad eum cunctam materialium multitudinem
pertinere. Ex ejusmodi deliramento, Credo Cuiusdam de Pythagora
sic Ecceisse.

Notam. 15^o

----- Sicet coeli regione remotos
Menti Deas adiit, et quae Naturam negabat
visibilibus humanis, oculis ea pectoris hausit.
cum quae animo et vigili perspexerat omnia cura
In medium discenda dabat, coelumque silentium
Dictaque mirantum, magni primordia mundi
et rerum causas, et quid natura docebat
quid regeret mundum, quae sidera leges mearent,
Et quodcumque latet.

Delirandi sane licentia potuit exagitare quidquid libuit,
praesertim quorum cognitionem natura negavit nominibus, et
non contradicenti huic imponere, haud difficile fuit. Non miror
hunc silentii leges in schola sua introduxisse; cui enim
respondere et fari licuisset, Pythagoram haud dubie tam
pernitia loquentem perturbasset, et in angustias coarctasset.
Sed ad alios delirantis progrediamur.

² Xenophanes, mente adjuncta, omne praeterita quod esset ² cicere. ibid
In finitum, Deum voluit esse.

Sarmenides, commentitium quiddam coronae similitudine
efficit, Spheraem appellat, continentem ardore lucis orbem,
qui cingit Coelum, quem appellat Deum.

Empedocles autem multa alia peccans in Deorum opinione

Præctatus

lurpissime labitur. Quatuor enim naturas ex quibus omnia constare vult, diuinas esse censet.

Democritus tum imagines, earumque Vocatus in Deorum numero refert: tum illam naturam quæ imagines fundat ac mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram. Is etiam, ut S. Latartus author est, Deum dicit esse mentem igneam et mundi animum.

Diogenes Apolloniatis, Ierem dicit esse Deum.

Timæus Crotoniatis soli et Lunæ, reliquisque Syderibus, animoque præterea diuinitatem dedit.

Platonis inconstantia in hac re mira est. in Timæo patrem hujus mundi nominari posse negat. In legum autem libris, quid sit Deus, inquire oportere non censet. quod vero sine corpore ullo Deum esse vult; id quale esse possit intelligi non potest; careat enim sensu necesse est, careat prudentiâ, careat voluntate; quæ omnia omnia cum Deorum notione comprehendimus. Idem et in Timæo dicit et in legibus, et Mundum Deum esse, et Cælum, et Astra, et Terram, et Animos et eos quos Majorum iustitiis accepimus. quid inconstantius? quid absurdius?

Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat; facit enim in jis quæ a Socrate dicta retulit, Socratem disputantis formam Dei quæri non oportere: eundemq; et Solem et animum dicere Deum esse: et modò unum: tum autem plures Deos.

Antisthenes populares Deos multos: Naturalem autem unum esse dicit.

De Diis cap. 3^{um} 67

Speusippus vim quandam Deum esse dicit, quã oĩa
regantur, eamq. esse animalem.

Aristoteles quoque in 3.^o de Philosophia multo turbat.
a Magistro Platonis uno dissentiens: modo enim meriti
tribuit omnem diuinitatem; modo mundum Deum esse dicit:
modo quendam alium præficit mundo; ei que ea sparsim
tribuit, et replicatione mundi quãdam motum regat atq.
lucatur: tum Cæli ardorem Deum dicit esse: cum autem
sine corpore, Deum vult esse Deum, omni illum sensu
priuat et prudentia.

Democritus nullam speciem diuinam describit: Deos
enim octo esse dicit: quinque eos qui in vagis stellis
nominantur; unum qui ex omnibus Syderibus quæ infixæ
Cælo sunt. Septimum Solem adjungit, Octauamq. Lunam.

Ex Eadem Platonis Scholâ Heraclides Ponticus puerilibus
fabulis reforescens liberos, et tamen modo mundum, tum
mentem diuinam esse putat: errantibus etiam stellis
diuinitatem tribuit, sensuque Deum priuat, et ejus
formam mutabilem esse vult, rursusque terram et Cælum
refert in Deos.

Theophrastus modo menti tribuit diuinum principatum:
modo Cælo: tum autem signis Syderibusque
cælestibus.

Strato omnem vim diuinam in natura sitam esse censet,
quæ causas gignendi, augendi, minuendique habeat, sed
careat omni sensu et figurâ.

Geno autem naturalem legem diuinam esse censet eamq.

Tractatus

vim obtinere, recta operantem, prohibentemque —
 contraria. Item *Athena* Deum dicit esse, item
 rationem quandam per omnia pertinentem naturam,
 in divinam, esse affectam putat. *Astis* etiam hoc idem
 tribuit: tum annis, mensibus, annorumque mutationibus.
 Is etiam tollit omnino insitas perceptasque cognitiones —
 Deorum; neque enim *Jouem*, neque quemquam qui ita
 appellatur, in Deorum habet numero; sed rebus inanimatis
 atque multis per quandam significationem hæc docet tributa
 nomina.

Leantes tum ipsum Mundum Deum esse dicit: tum
 totius nature menti atque animo hoc nomen tribuit: tum
 ultimum et altissimum, atque undique circumfusum; et
 extremum omnia cingentem atque complexum Ardorem
 qui *Ather* nominatur, certissimum Deum judicat, Deum
 tum fingit formam quandam et speciem Deorum: —
 tum divinitatem omnem tribuit *Astis*: tum nihil ratione
 censet esse divinius.

Perseus eos dicit esse habitos Deos, a quibus magna
 utilitas ad vitæ cultum esset inuenta: ipsasque res utiles
 et salutaris Deorum esse vocabulis nuncupatas.

Chrysippus vim divinam in ratione esse positam
 et universæ nature animo atque menti: ipsumque
 mundum Deum dicit esse, et ejus animi infusionem
 universam: tum ejus, *Cosmus* principatum qui in menti
 et ratione versatur, communemque rerum naturam,
 universam atque omnia continentem: tum fatalem

De Diis cap. 3.^{um} 69

Umbram et necessitatem rerum futurarum: Ignem
procreta & Aethera: tum ea quae natura fluent atque
manarent, ut aquam, terram et aëra, Solem, Lunam,
Sydera, universitatimque rerum quae oia continerentur,
atq; hoc etiam eos qui immortalitatem essent assecuti.
Idem, ut testatur Laetius, dicebat purissimum et
liquidissimum Aethera primum esse Deum sensibilibus
veluti in fenum per ea quae sunt in aëre, per Cunctas
animantes et arbores: per terram autem ipsam secundum
habitum.

in vita 7. 110

Seneca ex Chrysippi schola, dicit Naturam nihil aliud esse
quam Deum, et divinam rationem toti Mundo et partibus ejus
inseratam: nec naturam sine Deo esse, nec Deum sine natura, sed
idem utrumque esse, nec distare quoties voles, inquit ille, tibi sicut
alibi hunc auctorem rerum nostrarum compellere, et hominem
et bonitatem recte dices: hanc eundemque et fatum si dixeris
non mentieris: quocumque voles illi nomina propriè aptabis, vim
aliquam affecumque Coelestium continetura. Tot appellationes
ejus esse possunt, quot manere, quocumque verbi flexeris
ibi illum videbis occurrentem tibi. Nam sapientis aut ille, eundem
quem nos Deum appellamus, intelligunt custodem rectoremque
animosum, Animum ac spiritum mundani hujus operis Dominum
cui omne nomen convenit, vis illum fatum vocare, non
errabis. vis illum providentiam dicere, recte dices, vis illum
naturam vocare, non peccabis. vis illum vocare mundum,
non falleris, ipse enim est totum quod vides, totus sive
partibus indulus, & se sustinet vi sua. Idem rotundam

lib. 7. d. 8. m.
cap. 7.

3
lib. 2. q. 11. r.
lib. 2. in. 1. last.

Tractatus

- Epist. 113^a
 Ep. 31^a
 in vita³ p^{mo}
- Formam Stoicas Deo deditse dicit et animum nihil esse
 quam Deum in humano corpore hospitantem affirmat.
- Item Stoici censent, ut refert Laertius, Naturam esse
 ignem artificialem, cuiã procedentem ad generationem; quod
 est spiritus ignis atque ~~omnis~~ ^{aeris} similitudinem pro se ferens.
- Lib. 4^o de ph.
 pl. cap. 7^o
- Salustianus addit illos existimare hunc ignem continere
 intra se omnes seminales rationes, juxta quas deinde
 singula facta sunt.
- Heraclitus etiam definiit Deum, ambulantem et
 circulantem ignem æthærum.
- Hippocratis aut Stoicæ opinioni plane assentitur: inò ab
 in lib. 5^o de pne.
 illo Stoici hanc acciperet. videtur mihi, inquit, id quod calidum
 siue ignem dicimus, immortale esse, et intelligere omnia
 et videre, et audire, et scire omnia.
- Exod. 2^o
- Moses etiam ignem Deum esse tacite innuit, cum illum
 sibi apparuisse in flamma ignis dicit. Israelitis præiuisse
 in Columna ignis; et alibi appellatur ignis consumens, nec non
 in Apostolos descendit et se se ostendit in linguis igneis.
- Lib. 4^o acad.
- Cicero, Mundum esse sapientiam dicit et habere mentem quæ et
 se et ipsum fabricata sit, et omnia moderetur, moueat regatq;
 hanc vero mentem esse Deum velle illum dicere maiestatem
 esse.
- Lib. 8^o de ciuit.
 cap. 6^o
- Varro ut refert Augustinus, Deum se arbitrari animam mundi,
 et hunc ipsum Mundum dicit esse Deum. et sicut hominem
 sapientiam, cum sit de animo et corpore, tamen ab animo
 dicimus sapientiam; ita Mundum Deum dici ab animo, cum sit,

De Diis cap. 3. ^{um}

71

ex animo et corpore.

Plutarchus jam ex stoicis, loco supra citato, Deum dici refert, et Mundum, et stellas, et terram, et supremam illam mentem in æthere.

Julius firmicus Deum esse dicit mentem illam divinam ^{lib. 1.º. Manz} animamque Cælestem per omnes mundi Corpus in modum Circuli collocatum, et nunc juxta secus, nunc extra secus positum, cuncta regentem atque componentem: et propria originis generatione conceptum, sed ad creanda et Conservanda omnia ignita et semper æterna agitatione perpetuantem.

Pythagoras iterum in Laertio, Solem, Lunam, cæteraque sidera Deos existimabat esse; quippe in illis Superare calorem, qui sic vitæ author.

Fuclides in Laertio etiam, bonum esse unum definiit multis nominibus celebre: Aliquando enim hoc dici prudentiam, quandoque Deum; alias mentem appellari, et ejusmodi cetera, qua bono adversa videntur sustulit, ea ne esse quidem dicens.

Magi in eodem Laertio arbitrabantur Deos genitos esse <sup>in proc. de
v. 87.</sup> et de illorum substantia et generatione disserere. Solos posse credebant; arbitrabanturque illos esse ignem, terram, aquam, signa statuasque reprehendebant, et eorum imprimis qui mares esse Deos et feminas dicunt, errores improbabant, Divinationem prædictionemque illi exercebant, sibi Deos apparere asserentes. plenum esse Daemonibus æthera, etiam dicunt, qui tenuiter ac veluti ex evaporatione cernentium oculis influant.

Xenophanes iterum, ex eodem Laertio, Dei substantiam dicit

Præctatus

72

esse rotundam et globosam: nihilque cum hominibus
habere commune, totum sentire, totumque audire; non
tamen respirare: simulque esse omnia mentem, prudentiam
et hinc alia.

¹
Diod. Sic. lib.
4^o cap. 1^o

Aethiopes¹ qui superiores accolunt regiones, de Diis dupliciter
sentiant, nam quosdam eorum arbitrantur sempiternos atque
incorruptibiles esse, veluti Solem, Lunam et Universum Mundum.
quosdam vero putant mortalis naturæ participes, sed propter
virtutem et in homines beneficia, honores immortales fuisse
sortitos, Hædem namque, Dana, Herculem, Nouum præcipue
colunt, existimantes multa ab his generi hominum beneficia
impensa.

²
Lib. 1. c. 85.
Pl. cap. 7^o

Aristoteles rursus in Platónico² supremum Deum dicit
esse formam separata, et ab omni materia segregatam,
Mundi Sphæræ iunxam; hancque Sphæram esse æthereum
et celeste corpus, quod quintum Corpus ille vocat. Totumque
illud celeste corpus in multis naturæ coherentis et indivisibilibus
tantum separatas distinctas Sphæras, unam quamque illarum
arbitratur animal esse corporeis animâ constitutum, illarumque
corpus æthereum mouensque se circulariter patet. Animam
vero rationem dicit esse immobilem causam motus secundum
actum.

³
Plat. ibid.

Anaximander³ idem etiam Deos celestes esse³ astræ dicit.

Plato et Sicratis rursus quoque in eodem Platónico Deum
dicunt unum esse, naturæ simplicem, et se ortum, solum
verumque bonum: hæcque nomina ad mentem aliquam spectant,
quæ idem Deus est et forma separata et incorporea.

Lucanus

De Diis cap. 3.^{um}

73

Epicurus existimat Deos formas humanas habere, sed
mentis et cogitationes tantum perceptibiles ob similitudinem et
subtilitatem naturae figuraeque eorum.

¹
Stat. Nid.
s. Cic. 1. 2.
D.

Idem, ait etiam Cicero, locandi causa Deos ipsos induxit
pulchros et perscrutabiles, et habitantis tanquam inter duos lucas,
sic inter duos mundos propter metum ruinarum eosque habere
patat eadem membra, qua nos, nec ullum usum habere
membrorum. Sic Epicurus circumscriptione quaedam tollit Deos.

²
lib. 9. de
Divi.

Aegyptii, solem, lunamque Deos esse dixerunt, inquit Laertius,
alterumque Osirim, alteram Isis appellatos. exprimere illos
per animalia quaedam consueverunt. utiles etiam quasque et
usui hominum accommodatas animantis diuino honore
prosecuti sunt.

³
in 1. 1. de
vi. 25.

Idem, plurimique alii, sicut et Graeci Diuina Deificauerunt,
ut testatur Diodorus Siculus, propter camparum corporis à qua
sunt omnium ortus, et causa animantium creationis.

⁴
lib. 2.
cap. 4.

Plinius solem Deum esse existimat, his verbis utitur,
Hydrium medius sol fertur, amplissimam magnitudinem ac
potestatem, nec temporum modo terrarumque, sed Hydrium etiam
ipsum, Caelique rector. hunc mundi esse totius animam,
ac planius mentem, hunc principalem naturae regimen pe-
numen credere decet, opera eius astimantis, hic lucem rebus
ministrat, auferatque tenebras: hic reliqua hydra occultat:
hic vices temporum annumque renascentium ex usu
naturae temperat: hic caeli iristinam discutit, atque etiam
animi humani nubila serenat: hic suum lumen caeteris
quoque Hydribus foenerat, praclarus, eximius, oia iuuans,

⁵
lib. 2. 2. 6.
na. cap. 6.

G

Tractatus

omnia etiam exaudiens.

lib. eod. cap. 7.º Idem affirmat naturæ potentiam id esse quod Deum vocamus.

lib. d. an
tran. cap. 11.º
2 Plutarchus etiam videtur Cælum omnes et Astra pro Dijs
approbare dicens, Templum esse hunc mundum sacratissimum
quidem et religiosissimum in quo per ætæm inducimur spectatores
non sudorum signorum et manu factorum, sed Solis, Lunæ, Hyderum,
et addit hæc veluti mysteria quædam esse tranquillo et læto
nobis animo spectanda et peragenda.

Fortunæ quoque divinos honores habitos fuisse ab hominibus
Plinius queritur; quominus etiam, inquit ille, plana de Deo
conjectatio esset: toto quippe Mundo ex locis omnibus,
omnibus que horis, omnium vocibus fortuna sola invocatur,
una nominatur, una accusatur, sola laudatur, inconstans,
incerta, indignorum fautor. hæc omnia expensa et accepta
feruntur, et in tota ratione mortalium sola utramque
Paginam facit, adeoque obnoxia sortis sum homines, et sortis
ipsa pro Deo sit, quæ Deus probatur incertus.

Atque hæc sunt, et quidem opinor, omnes, quæ de Dijs
habentur opiniones, inter se profecto adeo differentes, et non
solum illarum authorum alii ab aliis discrepant, sed etiam
unus a se ipso. Sic Cui ad hæc as difficile multa mentem
existimare, et inter tam discordantes opiniones, duobusque generis et
forma Deos, quasi impossibile existit aliquem eligere quem
adorandum tibi proponas. Quæ singula, inquit Plinius
imprudam mortalitatem juvant, solum et inter ista
Certum sit, nihil esse Cæli, nec miserius quicquam homines, aut

De Diis cap. 3. ^{um}

75

Superbius. + hæc tamen Philosophorum non tam judicia,
quam delirantium somnia, ut Cicero loquitur, adeo absurda,
et vera rationi aduersantia, summis et excellentibus viris
placuisse. nec ulla gens unquam, de Diis aliquid sentiens, extiterit,
quæ ex hoc opinione non habuerit aliquam proculus diffensionem,
vel etiam mori non sustinuerit, tanta se præoccupatorum
animorum pernicitate. Quismodi enim de Diis errores, hæc dubie,
ex istâ pernicitate nati sunt, quia, ut supra diximus, ab ineuanti
ætatē ipsi homines imbuerunt, et instituunt, et sic animi
omnino præoccupantur, ita ut vanæ et inani rei, verum aliquid
his quomodocumque tribuere velint, et quasi animal quoddam
Constituere quod cuncta quæ in mundo sunt creauerit atque
condiderit, quodque hoc opus regat et moueat, omnia rideat et
audiat, sentiat, intelligat, denique ea omnia agat quæ ad sola
animantia pertinent. hæc enim mens est conueniri Deos fingunt
et ponant, ut di præditi sint ipsi omnibus quæ beatissimo et
felicissimo animanti conueniunt: quo quod absurdius, nullo modo
enim id esse potest in iis rebus quæ pro Diis admittunt, quæ
omnes reducuntur ad hæc, Solem numpc, Cæteraque Astra
et Corpora Cælestia: Mentem, Animum, vim per omnem
naturam pertinentem, Infinitum, Ignem, Elementa, uniuersam
denique Naturam et Mundum ipsum, in quibus necesse hæc
quomodo imaginari possint ea quæ ad sola animantia pertinent,
ne dum reperiri; Nam, Videre, audire, sentire, intelligere,
regere, mouere, loqui, nullum horum quæ in Deos Cadere
dicunt, penitus posse pertinere, ut potest ea animalibus tantum
conueniant, unde plurimi Philosophorum hæc de Diis opinionum

Tractatus

ne quidem mente percipi posse affirmaverunt: et Deum qualentem illum esse quidam etiam Philosophorum et leges existimant, —
 confitentur tandem esse incomprehensibilem; Anaximander inter
 lib. 1. d. n. d. Caelicos clarum nomen obtinuit. qui, testis Cicero, olim
 Interrogatus ab Hysione Tyranno Quidnam esset Deus? —
 deliberandi sibi unum Diem postulavit. Cum idem ex eo
 posthodie quaereretur, ludum petiit. At Cum ita sepius
 duplicaret nuntium, admiratusque Hysio Tyrannus, Cur
 ita faceret offlagitavit: quia, inquit, quanto diutius
 considero, tanto mihi res videtur obscurior. Protagoras autem
 negabat omnino de Diis habere quod liqueret, sint, non sint,
 quales ut sint. Eutides vero interrogatus, quales essent Dii?
 Cetera quidem, inquit, ignoro, at curiosos illis odio esse certo
 scio. Melissus, ut refert Laertius, de Diis nihil definiendum
 dicebat, neque enim illorum certam cognitionem esse. Socrus,
 mendacii reos agebat illas, qui se Deos aliquos vidisse
 mentiebantur. Rodin³us, Nihil est proprium, inquit, in
 lib. 6. d. r. d. n. d. uniuersa naturam quod de Deo affirmari queat, sed etiam commode
 dubl. manu. negari, quia quid quid est, aut substantia aut accidens esse potest:
 Deus autem neutrum est; nec ullus est conceptus Deo et Natura
 communis quia nihil uniuoco de finito et infinito dici potest:
 nec ullum genus est finitum aut indifferens ad finitum et
 infinitum. Itaque cum de rebus omnibus quaeri soleat quid sint,
 de Deo quaeritur quid non sit. ex quo sequitur Theologos omnes
 qui de Deo substantiam et hypostasim, aut personam tribuunt
 improprie loqui; quae res impedit simpliciter primam omnium
 causam dicere nomine vacare. Proculus vero academicus Deum

De Diis cap. 3. ^{um} 77

ob id inefabilem scribit. et Sarmenides indescriptibilem
 et cum multa de Deo improprie dicantur, ipse tamen
 dici non potest; at, ne cogitari quidem. ¹ *Aristo* neque
 formam Dei intelligi posse censet; neque in Dijs sensum
 esse dicit: dubitatq; omnino Deus animans, nec ne. *Seneca*
 ipse multi, inquit, de Deo males existimant improne: nemo
 illum novit. ² et *Joannes Damascenus*, solum hoc ejus
 Comprehendi posse dicit, quod comprehendere non potest. Inde
 admirabiliter ipse negatus est, cum hujusce sententia rationem
 attulit: Cognitio, inquit, eorum est quae sunt. At Deus Super
 ipsum esse, est, ergo et supra et extra notitiam, quia supra
 essentiam. hoc sufficit ut ostendatur hunc Deum qui sub
 mentis, animi, spiritus, infiniti, virisque per totam
 naturam intentae, naturaeque ipsius nomine circum fertur,
 eundemque incomprehensibilem, merum esse signum,
 nec ullum Ins habere praeter quod Chimerae datum est. Et
 ipse fit, ut *Cicero* ³ in *Vtior* Elogio, ut Deus ille quem menti
 noscimus, atque in animi notione tanquam in vestigio volumus
 reponere, nusquam prorsus apparet. ⁴ Unde *Plinius* dixisse
 existimo officium Dei formamque quaerere, imbecillitatis humanae
 esse. et *Aegyptii* ideo Statuas et sacra fabricabant, ut
Aethrus ⁵ Scythiae, quod ignoraret officium Dei.

¹
 Cic. 1. 2. de
 N. D.

²
 ipse. 31. a

³
 Cic. 3. N. D.

⁴
 lib. 1. cap. 1. 9

⁵
 in q. 1. 1. 1. 1.

Quamvis *Plato* multa de divinitate statuerit et scripserit,
 tanquam de rebus vere existentibus, nullam tamen apud eum
 fuisse de Dijs opinionem certam, et quinam sint ignorare etiam
 con fiteri omnino videtur, dicens ne mireris si cum multi multa

⁶
 in *Seneca*

Tractatus

de Deorum et Vniuersi origine dixerint, nos certas et exactas penitus easdem de eisdem rationes afferre non possumus: sed si non minus quam quibus alius probabiles exhibeamus, boni consuleret oportet, ejus memor quod et ego qui dico, et vos Iudices, humanam naturam habemus: quare decet ut de ijs verisimilem orationem suscipiamus, et nihil ultra quaeramus.† Itaque, iugentes de Dijs Serenum nescire fateatur.† Immortales, inquit, ne ex vna quidem ratione cognitum est, sed fingitur, cum neque viderimus, neque satis intellexerimus, Deum immortale quoddam animal, quod et animam habeat et Corpus, atque hoc perpetuo conjuncta.† Breuiter plane declarat non ex verum certitudine dixisse ea quae de Dijs certa esse scripserit; sed ex utilitate quae inde percipi poterit: nec quod sibi ipsi ita viderentur, sed quod aliis aut bonum, aut verisimile, dicit enim non esse necesse Oratori ut ea quae reuera iusta sunt dicat, sed quae videntur multitudini quae iudicatura est: neque ut quae reuera bona et pulchra sunt, sed quae videntur: ex his enim contingere persuasiones non ex veritate.† et deinde dicit, quod a nobis dictum est, ut verum esse constaret, oraculi fidem requireret, non igitur tanquam verum, sed tanquam probabilius asserimus. Nunc insuper ex Platone desumpta afferemus, ultimo huius tractatus capiti, argumenta, quibus nihil quicquam de Dijs certum esse posse ostendetur; et illum de ijs fluctuante cogitatione ita locutum esse, non quod reuera quid esse Deus

Abidem,

De Diis cap. 3.^{um} 79

non cognouerit, cum hujusce vocis Etymologiam ipse
plane aperuerit, et superiori capite relulimus, sed ne
Legibus, et Vulgi opinionibus aduersaretur, et odium
Inuidiamque omnium subiret. Alii etiam qui Deos
finxerunt quales supra diximus, eodem consilio id
fecisse verisimiles est; cum nullus tam mentis ex pers
sa, et adorationes, cultus, et sacrificia constituenda esse
et tribuenda arbitretur iis rebus quas pro Diis ab illis
haberi videmus, melius sane persuaderentur ista, Deorum
ignorationis confessione, quam affirmationis veritate; Inque
Moses omnium Legislatorum, multorum iudicio,
Sapientissimus et Callidissimus existimatus, neque quid
Esset Deus nunquam aperit. Dixit, sed eum esse tantum
predicauit: nec alio modo illum describere et examinare
valuit, quam hoc pocco et faceto sermone. Esi qui Esi,
et Deum ipsum inducit dicentem, Ego sum qui sum. Sed
examinanda in super sunt argumenta, quibus Theologi,
Philosophi et Leges Deos esse demonstrari et probari
passe putant.

Capitulum quartum

In quo
Ponuntur modi quibus vulgo
Deos esse creditur, secundum.

Tractatus
 legum, videlicet et Theologorum,
 aliosque quibus hoc
 signum placet. contra
 quod disputatum a nullis
 esse Deorum qualiter illorum
 ponunt, ostenditur.

Cum multis modis homines Deos esse crediderint
 quales illos leges. Theologi, et alii fingunt non absurdum
 erit eos referre, et quæreret an ipsi etiam modis Deos esse. Quod
 dubie exopto patitur. His enim modis inuicem, necesse erit comparari
 Deos signum omnino esse, et ad nominis Etymologiam confugere,
 ut inde discamus quid per Deum intelligendum sit. Præmissus autem
 modus est consensus omnium hominum, populorum et nationum;
 nam in hac opinione omnes conuenire solent. Secundus est Legum
 auctoritas, quæ majores aetate opinionum de Dijs, quasi vniuersæ
 respublicæ bonum, et firmisimum Societatis vinculum semper
 in hominum animis fouerunt, et illam ad nos usque transmiserunt.
 Tertius est celestium et terrestrium rerum constantis et permanentis
 ordo. Quartus est providentia qua res humane regi et gubernari
 dicuntur, de quibus singulatim disserendum esse existimo ut Cæsar
 et Constantinus esse passim animas in ijs que veram de Diuinitate
 sententiam constituunt.

Ad primum inique modum, qui est omnium Consensus, dicimus hunc
 nullo modo Deum esse probare posse, quia falsus omnino est.
 Quædam enim nationes, et populi absque Religionem, et illa de Deis

De Diis cap. 4.^{um}

81

Cognitione, quondam vixerunt, et in capiti 1.^o exposuimus, quales fuerunt Atlantis, quidam Æthiopiae populi, et Callaiti in hispaniâ qui non solum Deos a legibus confectos negauisse feruntur; sed solum ipsum et cœtera astra, ab omnibus fere nationibus pro Diis recepta, execrati sunt, nullisq. Deos prorsus apud se receperunt. Quin etiam innumeri adēs olim fuerunt, et nunc etiam sunt Athæi; ejusmodi fuerunt si omnes qui in Philosophia excellere, et ceteros omnes doctrinâ superauere, tales fuerunt Plato et Aristoteles, Socrates, Protagoras, Diagoras, Critias, Lucretius, Cicero de quibus dicto capite locuti sumus, quibus addimus Theodorum et Lamerum, qui omnino negauisse Deos Philarchus author est; Euripidem item, quem ob metum Aropagitarum ejusmodi sententiam Patem facere non ausum fuisse dicit, verum tacite illam aperuisse sub Siphii nomine, quem quasi hujusce opinionis authorem inducit, Epicurum etiam in numerum Athæorum ascribimus, ille enim in respon^o Tertius Siphicus, quod ad vulgus accinet, relinquit Deum: quod autem attinet ad rerum naturam nequaquam. Sceptici vero non magis esse, quam non esse Deos, perparem vim aduersantium opinionum, dixerunt: omisso per multos alios qui Deos non negant, de illis tamen, longe a legibus, a populo sentire vixi sunt. qui enim Deos esse putat secundum reges ait³ Plato, neque factum impium nunquam ultro perpetrat, neque sermonem iniquum profert. sed qui hoc facit, uno quodam ex tribus his affectibus laborat, et aut esse Deos non putat, aut si sunt, humanas res curare non credit: aut sacrificiis placari posse, aut precibus conciliari opinatur.^x

¹
lib. 1.^o de 8.^o
p. l. cap. 7.^o

²
lib. 8.^o ad
marq. cap. 2.^o

Tractatus

At infiniti pene sunt qui cum audiant, ut jam cum
 Platone loquar, ea quae de Deis, sacerdotes et rates et
 Legislatores dicunt, non ad hoc tamen, conuertuntur ut
 iniusta non faciant, sed postquam fecere, mueri conantur,
 hi quidem Deos esse credere videntur: sed qui ad remedia
 non confugiunt, quid cense nos oportet de illorum opinione
 nonne Deos omnino recipere, negant? Si vero fieri eos videntur,
 quot homines, quotus quisque enim a vitis ad meliorem
 viuendi normam ex Deorum opinione conceptam recessu unquam,
 nullus sane est qui non labatur. Scitissime et justus ipse, ut
 dicitur apud Christianos, septies in dies cadere dicitur: quod si
 qui forte poenitentiam egerint, in vitia continuo reuoluntur et
 perpetua peccatorum et poenitentiae quasi reuolutio et vicissitudo
 quaedam fit. At valde quidem exiguum est tempus quod
 innocentiae et iustitiae per poenitentiam reddi viuunt, illud vero
 longissimum est quod in vitia reuoluti degunt, iam in ad
 mortem usque saepius in hoc permanant: tunc vero eos
 credere Deos esse dici non potest: jdeoque multo plus
 temporis est quod non credunt esse Deos, quam quod esse
 credunt. praeterea ob leuissimas adeo causas ad illos
 neganda maxima pars hominum impellitur, ut nihil
 quicquam de Deis sentire eos existimes. Ouidius ob infidele
 quoddam suae Dominae perjurium dubitat Deos esse, quia non
 puniebatur.

Eise Deos Credam? fidem jurata se felle.

loco sup. citato

simile tunc quod de Diagora scribitur. Sumpitius qui
 iniuria affectus ab aliquo qui pejerauerat et propterea nihil

De Divs cap 4. ^{um} 83

passus fuerat, eo deductus est ut diceret non esse
Deum, nihil profecto leuius in animis hominum ista
opinionis exiti, ad minimum prae impulsu subito excubatur,
negatur Deus, blasphemis accessitur, verbis omnino
injuriis impetitur, nihilque minus mentibus hominum sedit.
Dicunt Equidem se Credere; verum si ita esset, bona semper
secundum Religionem praescrupta sequerentur, mala vero
deuitarent. qua propter fatendum est paucos admodum
homines esse qui Aethi non sint; si non doctrina, moribus
saltem. Omnium igitur consensus leue argumentum est
quo ostendatur Deos esse, quemadmodum illos Reges fingunt,
et quamuis omnes de Divs recte sentirent non ideo tamen esset
cur eos esse etiam assentiremus. nam, inquit Cicero, placet ^{1^o de n. D.}
ne tanta res opinione Stultorum iudicari. ^{2^o de d. Div.} quasi vero
quidquam sit tam vulgare quam nihil Sapere. aut quasi in
iudicando plus placeat multitudo. hoc etiam de omnium Consensu
argumentum Idem Cicero improbat dicens, hoc argumentum cum ^{1^o de n. D.}
leue per se tum etiam falsum est. Primum enim unde
nobis nota sunt opiniones nationum omnium? equidem arbitror
multas esse gentes. ac immanitatefferatas, ut apud illas nulla
Deorum suspitio sit. et multos iam homines ad hanc sententiam
profundam factos esse tardiores, quippe cum poenam, ne
dubitatio quidem effugere possit, quid de sacrilegis, quid de impiis,
perjuriisque dicamus? non est igitur tam explorata ista ratio
quam videtur ad confirmandum quod dicitur.
Ad Secundum modum, qui est legum auctoritas dicimus,
neminem in dubium reuocare posse, hanc de Divs opinionem

Legislatorum et politicorum commentum omnino esse, tanquam quæ firmum Civitatis columen, validum Societatis vinculum, unicum Reip. regimen, liquidumque Civitatum anima existimata sit, sine quâ Societas omnis quasi corpus juane dissolueretur, et ob id solum religionem, quæ Cultus Deorum est, excogitata tam atque introductam fuisse ostendemus in tractatu de Religione, ex ejusmodi autem Commento, Nemo, ut ego quidem opinor, existimâris, Argumentum elici posse, quo probentur ea esse vera quæ de Diis sentiuntur secundum Leges, quæ ipsæ propter utilitatem quandam fecerunt; non possunt propter eandem utilitatem ullo modo vera fieri, nec etiam Reipub. interest utrum utilitatem percipiat ex fingentis, an ex veritatis. In Aristotele et Averroës in secundo casu jam declamavimus leges ad hanc utilitatem solum semper respicere, nec quod verum, sed quod bonum et conducibile sibi statuere. Vult quæ etiam Legislator, nos jura quæ ad Deos pertinent tantummodo uti ut boni simus; non autem scire, et nos doctos fieri, quæ propter a Legibus veritatis testimonium super hac re quaerere non debemus. Tantum enim abesse ut leges nos de Diis certos reddant, quæ potius de ijs incertas facerent, nam cum rema quæque Respublica Deos suos a Majoribus acceptos habeat, quos colit atque veneratur, Atque, ab ijs dissimiles, fictivos et fabulosos esse arbitretur; nec ulla gens sit quæ suos non potiores et superiores esse existimet, quid in tanta dissensione certi potius esse, aut qui Dii potius sunt Colendi? de quo fusius cum de Religione agitur, Unque legum authoritas recte

De Dijs cap. 4.^{um} 85

recti: sicis fouet et tuctur Deas: sed male probat eos vere
esse et existere. Dij quidem seoum felici sunt; ad illas
pdeo filiorum cura pertinet: quas autem conditas et
constitutos a Legibus fuisse. Scimus, vanum est eos verum
omnium conditores facere. Vtilitate est id omnibus
persuadui, sed non verum est quod persuadetur. Vtilitas igitur
solum ex opinione quam de Dijs habent homines ostendi
potest, nihilque procterea nisi fabulosum et commentum
legum opus.

Ad firmum modum, qui est constans et permanens
terrum ordo, Syderum cursus equabiles et æterni, et
coelura quæ hoc ordine continentur, dicimus, ista nullo
modo etiam Deos esse probare. Non enim omnia arguit¹ 3^o d. n. d.
Cicero, quæ Cursus cætos et constantis habent, sa Deo potius
quam nature tribuenda sunt. quid Chalcedico Suispo in
motu identidem reciprocando putas fieri posse constantis?
quid freta Siciliensi? quid æstus maximæ eorumque
certis temporibus vel accessus vel recessus. sine Deo
fieri nonne possunt? unde quæso si omnis motus,
omnia quæ certis temporibus ordinem suum conseruant,
diuina dicimus, ne hircianas quidem febres et quartanas
diuinas esse dicendum sit, quantum reuersiones et motu
quid potest esse constantis? sed omnium talium rerum
ratio reddenda est, quod cum fieri non possit, tanquam
in aram con fugimus ad Deum. Nature profecto ista
sunt non artificiosè ambulantis sed scientis et agitantis
motibus et mutationibus suis. Itaque placet mihi quod

Tractatus

dicitur de conuenientiâ consensuque naturæ, eamque
 quasi cognationes continuatam conspirare, nec ea uno
 diuino spiritu continetur, ut quidam voluerunt, sed coheret,
 et permanet naturæ virtus, non Deorum: Et que in ea,
 iste quasi consensus quam Sympathiam Græci vocant: Sed
 ea que sua sponte maior est, eo minus diuinâ ratione fieri
 existimanda est. * Præterea si Dei hunc constantem regerent
 ordinem putandum foret, veluti etiam vulgo putatur,
 omnia ista a Deo condita fuisse, et rectores
 administratoresque suorum operum esse. Si mundus est
 æternus, ut in tractatu sequenti declaraturus sumus: Deos
 igitur non esse existimandum est, nisi formasse per Deum
 naturam ipsam intelligere voluerimus, ut quidam arbitrati
 sunt. tunc autem confitendum erit esse quidem Deum, sed
 non qualem illum leges et Theologi fingunt. Natura
 enim, Mundus totus est, qui vniuersa continet et complectitur,
 tanquam corpus. Singula membra, nihil habet in se aut
 supra se: nihil extra se, sed in se omnia; Natura tota in illo
 est, et ille totus in ea: Vis ejus ac potestas in omnibus rebus
 etiam inferioribus elucet, hanc a se ipsa habet, nihil
 ante, nihil post ipsam est; a nullo pendet, præter a se;
 cuncta a se ea pendunt; secundum illam, quæ de Deo
 dicuntur, monstra quædam et veluti portenta sunt. Nam
 dependentem illam faciunt, quæ independens est, et creatam
 quæ æterna est, inique. Si alius Deus est quam Natura
 necesse est ut eam illos genuerit, aut saltem illum
 complectatur: hæud secus ac Cætera, si ille habet suum esse

De Diis cap 4.^{um} 87

diuersum ab aliis rebus, quem admodum singula quæ in Mundo continentur suam habent esse propriam: quod profecto Leges non probarent, itaque nullos esse Deos quales illas fingunt, prorsus fatendum est.

Ad Quartum modum qui est de Prouidentia diffusiori sermone sectum respondebimus sequenti capite.

Caput Quintum

In quo

De Prouidentia dissertur
nullamque esse in Mundo
aut hisce inferioribus quæ
probari possit Deo esse
ostruditur

Cum a Prouidentia quæ res nostræ regi ac gubernari creduntur omnis præcipue de Diis opinio pendeat, et multoties dictum sit, necesse omnino Deo credere, cum sit Prouidentia, fieri poterit res sublata opinione de Prouidentia, omnis quoque de Diis opinio concidat, quod adimplere minime difficile videtur. — quem enim locum in rerum ordine atque administratione obtinere potest Prouidentia? aut quid agere? Cuncta

Tractatus

Ly. 10.

enim, ut Plato quidem existimat partim Naturam, partim
 arti, partim fortunam fieri: maximas quidem et pulcherrimas
 res, officere Naturam et fortunam dicit: minores vero artem.
 hoc autem his rebus uniuersis praesunt, tum in esse, tum in
 conseruari. ad Naturam referuntur ea omnia quae in uniuerso
 mundo certo ordine inuariabilique lege^o procedere uidentur: quae
 ideo fato uolui et regi dicuntur, in Naturam enim fatum quoddam
 est, id est uis ordinatarum inter se causarum et effectioarum.
 Unde Stoicis in rebus tantum naturalibus fatum
 agnoscunt, quia illae necessariam habent consecutionem.
 Naturam autem tantum a se ipsa pendere. superiori Capite
 declarauimus; et a nullo regi atque gubernari, nisi a suo
 proprio et iusto motu patitur; illa enim est principium motus
 et quietis: Cum sit principium non habet ipse principium,
 ergo a se ipsa et suo proprio motu regitur atque gubernatur,
 non autem a Providentia, quae supponit dependentiam in
 natura quae omnino independens est. ad Artem referuntur
 ea omnia quae ab animalium industria et solertia procedunt:
 haec autem nulla etiam Providentia regi uari fatum est, cum
 ab ingenerata unicuique facultate tantum procedant; et in
 sola animalium uoluntate solum et positum sit, ea uel agere
 uel non agere, quae uoluntas quia libera omnino est, et actionum
 Principium, a nulla Providentia pendere aut gubernari
 certum est. ad fortunam denique referuntur ea omnia quae
 extranaturae ordinem, et absque proposito et Consilio
 illo contingunt, in quibus cum incertitudo multa, temeritasq

De Diis Cap. 5.^{um}

89

Magna, et casus omnino sint, ea, Providentiâ regi-
atque gubernari dici non possunt, ut pote in Providentiâ
consilium et prudentiam esse necessarium fit, quod cum
ita sit, nullus Providentiæ locus relictus esse videtur. et
illam tollere nullo modo dubitandum est. Multi itaque
naturam tantum, et fortunam in rerum omnium
administratione admitti volunt, et sola illarum potestate
cuncta regi existimant. Cujus Sententiæ, inquit Lactantius
Auctor est Democritus, confirmator Epicurus: Sed et antea
Protagoras, qui Deos in dubium vocavit; et postea Diagoras,
qui exclusit: et alii non nulli qui non putaverunt Deos esse;
quo quid aliud effecerunt, nisi ut nulla esse Providentiâ
putaretur. Josephus id confirmat dicens, de Deo non
solum a vulgaribus quod unicuique visum fuerit proferari;
sed etiam apud quosdam Philosophorum hoc crebro
presumitur, quando alii quidem totam Dei naturam
perimere, sermonibus tentare, alii vero ejus Providentiâ
ab hominibus abstruere. R. Epicurus a pud Arrianum, quod
ad Deos accinet inquit, sunt qui negant ullum numen esse: -
sunt qui esse donent, sed ignavum, incurium, et nulli rei
providere: sunt terti qui et esse et providere, sed non nisi
magnis et Celestibus, sed universis dumtaxat, non autem
Singularis et unicuique eorum? cui addendum est quod Vulgo
dicitur, Magna Diis curant parva negligunt. Sicut
Mirandulanus etiam inter nongentas a se Roma propositas
conclusiones hanc posuit ex Sententiâ Alumaronis Babylonii

lib. 1.º de fal
tuli cap. 2.º

lib. 2.º con. ap.

3
dissert. 1.ª
cap. 112

Tractatus

de nullâ re quæ in mundo actu sit corruptibilis, Deum habere sollicitudinem, rem rationi magis constantem videtur dicere nullis prorsus rebus provideri, siue panis, siue magnis, siue celestibus, siue terrestribus, corruptibilibus et incorruptilibus; sed hæc omnia aut Naturâ, ut dictum est, aut artu, aut fortunâ penitus moveri atque regi: Providentiamque esse vanam et inane vocem confirmandum est.

Nullam autem esse providentiam, ex ijs quæ apud Nos quotidie peraguntur, mani factum omnino est, et multi quidem illam ob hoc solum, Regauerunt quod malis bona ac prospera: bonis vero mala et infelicia in terris evenire viderentur: Re-
quis Providentiæ esse dicunt unicuique secundum operum suorum merita, bona vel mala distribuere et punire vel præmiari, quod non evenire usus quotidianus perhibet.

Pompeio enim omnia contra jus fasque permittenti, Cuncta prospera cessisse cæto dicebat, causam Nept. luentim omnia adversa expertum fuisse, et Dionysius Senior, fano Brasennæ Loris spoliato, cum per altum secundo vento Veleretur, redens amicis, Videns ne inquit, quam bona navigatio ab ijs Diis, sacilegis tribuatur. Inmens cuncta fortuito et alicujus personarum discrimine, Divinæq; Providentiæ dispositiones evenire, Diogenes Cynicus decrevit etiam solebat Sappalum qui temporibus illis prædo felix habebatur, contra Deos testimonium dare, quod in illâ fortunâ tam diu viveret. Protagoras quoque cum in iussu inferioribus bona quam plurima, mala jam in finem conspiceret Deum Deique

Blat in quar
vicia

2
Valmax. lib. 1.
cap. 1. a. 6.
30. de n. d.

De Diis cap. 5. ^{um} 91

Providentiam negare, et confidit dubitavit, quare dicere
Consueverat, si Deus non est, unde bona. Si autem est, unde
mala? Ecce vero in Cicero, providentiam omnino
Negat, Improbationem prosperitatis, inquit ille, secundumque res
redarguunt vim omnium Deorum ac potentiam, et cum bonos
scitis boni habuit eos quidem a scribis atque librisque sine
ulla ratione Diis immortalibus, at Diagoras Sam-
othraciam venisset, atque ei quidam amicus, tu qui Deos
putas, inquit, humana negligere, nonne animadvertis ex-
celso tabellis pictis, quam multi votis vim tempestati-
ffugerint, in portumque salvi pervenerint? Namque, ait
ille, illi enim nusquam periculi sunt qui naufragium fecerunt,
in marique perierunt. Idemque cum ei naviganti Vectores
adversa tempestati timidi et perterriti dicerent, non injuria
illud tibi accidere, qui illum in eandem navem recepisset:
Ostendit illis in eodem Curru multas alias nautes laborantis
quasdamque non etiam in istis navibus Diagoram veli-
Crederent. Sic enim sententia res habet ut ad prosperam
adversamque fortunam, qualis sis, aut quemadmodum vixeris,
nihil pertinet. ^x quod Salomon etiam aperte declaravit, et
inquit se in ea quoque opinione fuisse ut nulla Providentia
res humanae procurantur, sed casu et fortuna Volvantur.
Sunt justis, inquit ille, quibus mala proveniunt quasi
opera egerint impiorum, et sunt impii qui ita securi-
sunt, quasi justorum facta habeant. et Universa a que

1. d. n. d.

2
Ect. 5. 8.

Tractatus

Eueniunt iusto et impio, bono et malo, mundo et immundo —
 immolanti victimas et sacrificia contemnent: Sicut
 bonus sic et peccator, ut perjurus iura et illi qui verum
 dixerat. hoc est pessimum inter omnia quae sub sole fiunt, —
 quia eadem cunctis eueniunt. Et, ut di sub sole neque
 velocium esse Cursum, nec fortium bellum, nec sapientium
 pacem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed
 tempus casumque in omnibus. Et Seneca Tragicus ex
 eadem sententia sic Eccegit.

In sup. act. 3^o

O magna parens Natura Deum
 tuque igni feri rector Olympi
 Cur regis caetera, hominum iurium
 Securus aëris, non sollicitus
 Prodesse bonis, nocuisse malis!
 Res humanas ordine nullo
 fortuna regit, spargitque manu
 Munera Caeca, peiora fouens

Inde omnis de Diis et de Providentia opinio excutitur. Si
 enim esse Deus, ait Plotarchus, cuius prudentia et
 opera res humanae administrantur, quare malis prospera,
 bonis vero cuncta aduersa succedunt?

2
 lib. 1^o de off.
 prola. cap. 2^o

3
 in Joue tragico

Quae in hac de Providentia materia lusit olim Lucianus
 notari satis digna videntur, ut jocos juxta ac Sertii
 Deorum opinio ex animis nostris effluat, cum a rebus humanis
 illorum Providentia prorsus tollatur. Fingit igitur Jouem
 maxime contumacitatum fuisse ex quadam disputatione in

De Diis Cap. 5. ^{uno} 93

magna probatorum virorum frequentia, populis celebrati,
A Timotheo Deicola, et Damido Atheo, de Providentia habitata
Damis quidem neque Deos esse, neque omnino eorum quae fiunt
curam ullam habere, aut ea ordine gubernare, affirmare non
verebatur. Tunc autem audiens et animadvertens Damidis
verba certatim in calum ferri, etque a pluribus supra
modum probari, in conciliam Deos omnes vocari iubet,
Imminere enim periculum videbat; et in uno Timotheo Deorum
res maxime periclitari, ac in angustiam coactas esse dicebat;
magnopere timens ne a Damido victoria reportata, omnia
diuina contemptui haberentur, et inania tantum viderentur
vocalula. quod eo magis timebat, quod jam omnes Timothei
rationes et argumenta pro Diis et eorum Providentia, ad verba
atrocia et pugnos in Damidem deuenissent, injuriis obliu-
decortatis. Concilio igitur Deorum Coacto, in Concione Momo
sic locutus fingitur. Ego Tam olim expectabam in eam
difficultatem res nostras delapsuras, ac multos ejusmodi Sophistas
nobis Suppallulaturus, jam dudum prospexi animo; a nobis ipsis
audaciae suae causam suscipiens, et sane per arrogantiam
indignum facinus est, eam ob rem praeter Epicuro, aut ejus
assectis, ejusque disciplinae successoribus, si talia de nobis
suspicati sunt. Quam enim equam opinionem de nobis illis
habendam esse contendat quisquam, quando tantam omnium
rerum perturbationem in vitam vident? Bonos quidem ex
illis, ut quisque agit vitam maxime inculpata potissime
negligi paupertatis, mortis, ac jugo servituti indignissime
afflictos opprimi. Caeterum homines facinorosos ne faveas.

Momi oratio
contra
Providentiam

Tractatus

Sceleribus contaminatissimos, honore et dignitate provere
 esse, diuinis exstructissimis affluere, melioribus
 imperitare, quin etiam Sacrilegos nullis supplicis mulctari,
 verum concessa impunitate tuto latere: in Crucem vero
 subigi ac variis modis pulsari eos qui nihil mali sunt
 commeriti per iniquitiam delinquentis. hæc itaque cum
 videant, jure optimo talem de nobis opinionem obtinent,
 nihil prorsus nos esse, maxime vero quod innumeris
 rebus satis ridicule videant nos implicatos, præsertim cum
 nos beatos et immortalales esse contendamus: quid vero
 aliud perinde facerent, quam viderent ne flocci quidem
 nostram diuinitatem æstimantis nos porro indignè
 ferimus, si qui sunt homines non prorsus recordes et mentis
 inopes qui ista disserunt ac omnem providentiam nobis extorquent
 ex manibus, cum potius contentos nos esse oporteat si nobis intudum
 non nulli sacro facerent, talia flagitiose delinquentibus. At mihi
 hoc loco, o Jupiter, (Soli enim sumus, nec ullus hominum in hoc
 cætu presto est) cum veritati respondeo, quando vero intantum res
 humana tibi cura fuisse, ut habita ratione perpendisses, quinam
 illorum pravi et mali, aut justis aut boni essent. Haud quaquam
 vero in hanc curam te incubuisse dixeris. Neque nisi Theseus ex
 Trezene Athenas profectus jugulasset in jnere maleficos, sane
 quantum ad te et providentiam tuam attinet, nihil obstarè
 quominus non viverent innumeri scelerati p^{er}ficidii et
 atrocissimi vicioribus negotium valde ipsi securi facessentis
 atqui si verum proferendum est, tantum compertis manibus in
 Olympo desideremus, solum hæc inconuenienter observantis si quis

De Diis cap. 5. ^{um} 95

libri atque sacrificet, ac circa aras incenso thure vaporet. —
porro autem res ceteræ temere juxta fluxum feruntur, in-
quisque illas fortuito auerant, itaque meritis nostris juxta et
digna patimur, atque etiam amplius patimur, ubi homines post
pudillum suspicientis animaduerunt nihil se utilitatis consequi,
tam et si nobis sedula pietate sacrificarint, et oblatiis manibus
litauerint. Deinde beati vadebimus ab ipsis Epicureis nos-
tridari contemptissimos, haberi pro abjectissimis Methodoros
verò et Damidas suis Disputationibus inualescere, —
propugnatores verò nostros ab illis Jugulari.

Atque hæc in Deorum concione a Momo habita est oratio,
quæ sane nulli Deorum placuit: veritatem enim tam libere
edendam nullus est qui libenter audiat: et adulatione —
laudibusque deliniuntur animi; correctione vero peccatis irritantur:
ideoque tam apud Deos, quam habud homines hymnus quam
satyra melius auditur, et menti placationi semper —
suscipitur. Dum hæc uatem agerentur Deorum in concilio,
Damis jnterea et Timocles conuenerant in magna auditorum
frequentia, ut inceptæ Disputationi finis imponeretur, —

Tum Timocles Deorum partem sustinens, sic Damidem
Aggressus est. quid vero ais, Dami sacrilege, nullos esse Deos,
neque eosdem in rebus animarum quicquam providere? D. Non
sed tu mihi prius responde, quo sermone persuasus, illos esse —
Credisti? T. Non respondeo quin prius dixeris nullam tibi —
videantur superi ubi providentiã. D. nulla. T. quid ais? omnia
ergo fortuito contingunt, et extra Deorum providentiã. D. Sane
vero. T. neque illius Dei curã quicquam ordinatur, aut disponitur?

Timocles Damide
a Damide et Agore
Disputatio.

Præctatus

D. Non. S. cuncta vero feruntur tenere circa tu fortuito?
 D. sane. S. Audirunt ista Dei, o Dami audirunt; Cætrum
 in aliud tempus grauibus suppliciis tibi excarnificandum
 reseruant. D. et quando illi de me cogitando tantum a rebus
 suis sibi sumerent stitit eos ac tantis, ut tu mihi perhibes,
 districti occupationibus, res, quæ sunt perinundum, innumeras
 disponens. sed, dic mihi, quæso, quod audistime jam se tibi audire
 cupio, nempe qua ratione persuasus Deos prouideres existimas?
 S. Equidem ipso rerum quondam accidentium ordines, primum ad
 hoc credendum inductus sum, nampe quod sol subijde diuersi
 spatii cursu suum iter conficiat. ad eundem quoque modum
 luna perpetuo tenore eat ac redeat. tum altissima stillarum
 vicissitudo, et plantæ e terra succrescentes, et animantia
 in dies singulos nascentia: quod que eadem tanta industria
 procreata sic alantur, sic moueantur, sic cogitent, sic incedant.
 quod que ea sic ratio edificandi, ea fruendi curia, quæ oia
 aliaque id genus innumera, mihi clarissima et certissima
 videntur esse diuinæ prouidentie iudicia. D. Tu quidem
 Timocles questionum discerpis; neque enim clarum aut Cætrum
 est, num nonum quod que disponunt prouidentia conficitur.
 Cætrum quod hæc frant, nec ipse negauerim. non tamen ideo
 mox persuasus sum, ut credam ista necessariis a quodam
 coactu prouidentie fieri: Nam eam alias incepta sunt, et
 nunc pari vicissitudine, eademque via constituantur, tu vero
 harum rerum ordinem necessitatem vocas? deinde redderet
 indignavis si quis a sententia tua dissentit, cum eo quæ frant
 enumeres, ac laudibus offenas, existimans hisce demonstrasse
 etiam

De Diis cap. 5. ^{um} 97

etiam unum quodque illorum immutari posse, providentiâ.
itaque hoc profecto quod adduxisti finis est, proinde
aliud adducto. **S.** Equidem ego in eâ sum sententiâ, ut
patem aliam demonstrationem huius rei comprobanda mihi
non esse adducendam: attamen ego te interrogabo: cur
responde mihi, videtur ne tibi homerus fuisse, poetarum
præstantissimus. **D.** et valde quidem. **S.** huic ergo
ipsi fidem habui, Deorum providentiâ non dubie
asserenti. **D.** atqui, ô admirande, Soetam homerum
quamvis excellentem super hisce rebus fide dignum, aut
quenquam alium esse, non concedimus ullo modo. Neque enim
veritatis proferenda curam illis fuisse, constantiter opinor, sed ut
audientium animos verborum lenociniis atque dulcedine
demulcerent, qua propter versiculos cantant et fabularum
juolucris perstreperunt, ac tandem super sumis omnia
machinantur; blursus quicumque Jupiter Deus sit nescio,
nisi quod Iovem sermone vulgi audierim. **S.** proinde
omnes homines et gentes turpiter decipiuntur; Deos esse
existimantis, eorumque dies festos magnâ religione
celebrantis. **D.** Euge ô Timocles, quoniam mihi in
memoriam reuocasti gentium opinionem quam de Diis
obtinent; ab illa vero maxime licet intelligere quam
nihil firmum et stabile in se habeat quæ de Diis
fertur oratio: multa enim est et perturbata opinionum
confusio, ac plane alii alia opinantur. si quidem Scythæ
Acinaci sacrificant; Thracæ Zamolxedi homini fugitivo,
quem ex Samo delatum ad illos esse constat: Phryges

Practatus

autem Luna: *Ethiopes* Dicit, *Cilleni* *Bhaleti*: *Assyrii* —
Columbae. *Sevsa* *Igni*. *Egyptii* *Aqua*, ac omnibus —
quidem *Egyptiis* *Aqua* pro Deo communiter *Colitur*:
Ceterum privatim *Memphitis* quidem *Bas* Deus est:
Belusiotis vero *Coxes*. Jam alius *Ciconia* aut —
Crocodylus: Alius *Cynocephalus*, aut *felis*, aut —
Simus: *Practrea* vocatim his quidem *dexter* —
humus Deus est; *Betris* vero e regione —
habitantibus, *Sinistris*. Item alius *dimidia pars* —
capites; alius *poculum samium*; aut *catinus*. nonne haec tibi —
videntur *risu* praequenda *risu*? **T.** Vide qualia facias *O* —
Scelerati *Dami* qui *proper-modum* ipsa quoque *Deorum* —
Simulacra una *Cum* *anis* non *verearis* *subvertes*. **D.**
haud *aras* *subverti* *cupio*, *o* *Bone* *Timocles*, quid enim *mali* —
adferunt, si *Thymiamatum* *odore*, et *fragrantia* *plena* *sunt*. **T.**
Novem *ipsum* non *audis*, *o* *Deorum* *impugnator*, *Cientim* —
tonitrua. **D.** Et quoniam *pacto* *o* *Timocles*, non *audirem* —
tonitrua.? Ceterum, num *cicis* *tonitrua* *sic* *Jupiter*, *ipse* *melius* —
calles *qui* *in* *Deorum* *immortalium* *quondam* *conversans*, *jude* *huc* —
delatus *es*. **T.** *dic* *mih* *hominum* *sceleratissime*, *nunquam* *re* —
navigasti.? et *lum* *nonne* *Ventus* *illapsus* *in* *Carbasum* *ferretur*,
ac *puppim* *propulit*.? Ceterum *anus* *supreme* *astitris* *gubernaculo*,
navim *regendo* *servavit*.? *deinde*, *navis* *nullo* *modo* *nisi* —
gubernaretur *posset* *progredi*.? *tu* *vero* *uniuersum* *hoc* *omne* —
citra *gubernatoris* *opam* *lenire* *surdum* *ac* *deorsum* *ferri* —
existimas.? **D.** *Euge* *o* *Deorum* *amantissime*, *qua* *dicis* *fluminis* —
exemplo *corroboras*, *verum* *gubernatorem* *illum* *vidisti* *unquam*, *non*

De Diis cap. 5. ^{um} 99

ea quæ ex usu sunt nauigantium considerantur animo, ac-
antè tempus necessaria adornantur, neque nauis quæ facta-
sunt conducibilia imperantur, tota vero nauis nihil habet
iutile aut temere importatum, quod illorum alieni necessitati
non sit addictum. Ceterum tuus ille gubernator, cui tu magna
illius nauis regendæ curam assignas, nihil cum ratione, nihil
ex dignitate ordinans aut instituens. præterea ex ipsis nauis
conere est, hunc quidem iuocum et ab acti Nautica
alienum, et ad labores obeundos meticulosum, dimediâ aut
tertîâ parte Dragma dignum, at vero qui ad natandum sit
impiger, et ad excurrendum ad Antennas usque adpositus, -
qui quæ ad gubernandum vtilia omnia ad unquam Calleat, hunc
ex hauriendæ tantum sentinæ destinatum videmus, eadem quoque
rerum facies circa eos est, qui a renigando immunes sunt,
ubi verum quispiam cæteris honore prælatuæ juxta
gubernatorem sedere, atque coli conspicitur: mox alius
quispiam Cynædus spurcissimus, aut impiatus parricidio,
aut contaminatus sacrilegiis, præ aliis habitis honoribus
veneratur, et nauis summa apprehendit fastigia. Porro autem
non pauci spectata cum gratia lum prohibitis viri in Secesu canina
in angustum locum Coacti ab improbiorebus et detrioribus indignis
modis calcantur pedibus. Considera vero quem admodum Sobatru,
Arissides et Phocion nauigauerint, qui ne vici quidem necessaris
pro sufficiens copiâ instructi fuerint. Contra, quantâ in omnium
rerum eberrant, et affluentia Callias atque Midas et Sandanopolus
molliter et luxuriose vixerint, Super omnes homines, aduersus illos
expuatis. Huiusmodi vero in tua nauis Contingunt, o Superantissime

Tractatus

Simocles, propter quod etiam infinita sunt Naufragia. At
 enim si gubernator quispiam assistens videret, ac ordinis
 Singula facienda imperaret, primum quidem nequaquam ignoraret,
 qui boni, qui iam mali essent ex nauigantium numero. Deinde
 Cuique pro meritis dignam prouinciam obundantem traderet, et
 meliori bus bene faceret, de hinc melius autem mala, et supplicia
 praebiret. Quare, o admirande Simocles, periculum est ne
 exemplum quod de nauis adduxisti subuersum sis, quippe quod
 gubernatoreum malum et imperitum nactum sit. **S.** proinde
 quando exemplum de nauis adducium parum firmum tibi visum est,
 Audi jam nunc sacram, quod aiunt auctorum, et quam Nulla
 machina potestururus es; haud dubie enim Cognoscetis num iusta
 syllogismis probabilibus collegere, et num aliqua ratione ea
 confutare queas. Etenim si sunt arae, sunt etiam Dij: atqui sunt
 arae: sunt ergo etiam Dij. quid habes quod ad ista vel minus timeas?
D. uti mihi us ad sacrificium visum, respondebo tibi; sed quando aliud
 te negas habere firmius argumentum abeanus in praesentia: tu
 autem quemadmodum si qui ad supplicium reptantur a b aliquo ad
 aras notis confugisti.

In sacro magistro

Bene Lucianus, Deorum prouidentiam semper prodeus, tanquam
 is qui nullam esse crederet, facit etiam dasci lat modum quo
 Supra mortalium vota excipit, eorumque rebus prouidet. Dicit in
 Caelo esse fenestras ordine sitas, quibusmodi sunt ora pulcorum,
 habentis operculo; juxta unamquamque sella aurea posita est.
 Inde Deus praebet sese petentibus, iuxta vota per os fenestras
 admittit, ad dextram statuens: rursus iniqua remittit in tra,
 flatu deorum redigens, ne possint ad Caelum accedere; Cum duo

De Diis cap. 5. ^{um} 101

Sunt qui diversa petunt aequalis victimas pollicentibus. Non
 iuueniens rotari potius annuat Deus, hunc ei Academicum —
 illud accidit ut nihil possit Nature, sed Syrrhonis exemplo
 Suspensus haeret et Considerat. Uno quoque die videt quid in
 mundo faciendum est, et illud ordinat; ventis et auris —
 mandans quid facere debeant, hic pluvias, hic fulgura, hic
 nives, alibi ventos dispergit, et quae rari sunt, variis —
 etiam in partibus et locis illos mittit; uni mandans ut
 maria Concitat, alibi ut spiret leniter, et rursus ut quiescant,
 et sic facit Deum ridicule, quibuscumque rebus providentem, his
 exceptis nempe, in quibus parva hominum vota, dubium et
 Suspensum ut diximus illum reddunt, quibus ergo adderem
 illa quorum praenimia occupationum mole, et variarum
 diversarumque rerum congruae obliuisci potest. Videmus
 enim multa praeteriti scelera impunita, in quo certi —
 vehementer Providentiam peccare, supra diximus; Et in
 eo etiam quod quadam minuta sacrificia, oblationes et
 vota, Deorum iustitiam committere, et iuriam reddere
 posse dicunt, auertendo mala et penas ab ijs qui aeterna
 supplicia pro delictis laeve merentur. Sic impius in Juvenale
 impunitatem sibi pollicetur dicens ¹

Satyr. 13^o

Ut sit magna, tamen certe lecta pro Deorum est —
 Sicurant, igitur cultos punire nocentis
 quando ad me veniunt? Sed et exorabile Numen
 fortasse expiatur. Solet his ignoscere, multi
 committunt eadem diverso crimina fato,
 Ille crucem sceleris pretium tulit, hic Diadema.

Practatus

30. n. d.

Quod enim ita sit confitendum est, nullam esse In
 Dejs justitiam, neque Deo Providentiam, quæ absque —
 justitiâ nullo modo stare possit, ut potest ad hoc pervire, et
 præmiari, maxime pertineat, et suum unicuique reddere,
 malis nempe supplicia, præmia vero bonis; quod non
 fieri quotidie perspicimus. Nullam autem justitiam, nullam
 aliam virtutem in Dejs esse, Cotta in Cicero utique
 affirmat, nam justitia, inquit ille, quæ suum unicuique
 distribuit, quid pertinet ad Deos? hominum enim societas et
 communitas, justitiam præcæruit. Prudentiam ne quoque
 Deo tribuimus? quæ constat ex scientiâ rerum bonarum
 et malarum; et nec bonarum nec malarum. Cui mali
 nihil est, nec esse potest, quid huic opus est delectu bonorum
 et malorum? quid autem ratione? quid intelligentiâ?
 quibus utimur ad eam rem ut apertis obscura assequamur:
 at obscurum Deo nihil esse potest. Temperantiam autem
 constat ex præmittendis voluptatibus corporis, Cui si
 locus in Cælo est, est etiam voluptatibus. Fortis autem
 Deus, qui intelligi potest? in dolore? an in labore? an in
 periculo? quorum Deum nihil attingit; nec ratione igitur
 utentem, nec virtute ullâ præditum Deum intelligere qui
 possumus. et quod si Deus nec justitiam, nec prudentiam,
 nec rationem habet; in eo etiam nullam esse providentiam
 consequens est, quæ videlicet, his omnino constat, et ipsi
 etiam Deus penitus indiget tota providentia. Idem Cotta
 hanc tandem Providentiam expositis conceptisque negat.
 Dij inquit debebant omnes bonos efficere si quidem hominum generi

Ibidem

De Diis Cap. 5.^{um} 103

Consulebant; Sin id minus, bonis quidem certe consulere
debeant; et uno versu Telamon totum hunc Locum
conficit. nam si Curent, bene bonis Sibi, male malis; quod
nunc a best.^s Et paulo post dicit etiam Cotta, ut autem nec
domus, nec Resp. ratione quâdam et disciplina designata
videatur, si in ea nec recte factis extant vlla premia; nec
supplicia peccatis. Sic Mundi Divina in homines moderatio
perfecto nulla est, si in ea discrimen nullum est bonorum
et malorum.^s ad eos autem qui dicunt nulla Scelera
a Dijs impunita præmitti; quod si quis morte penas
fugerit, expectantur ea pœnae a liberis, a nepotibus, a
postulis. O miram, idem inquit Cotta, Dequitatim Deorum!
ferret ne vlla civitas latorem istius modi Legis, ut
condemnaretur filius au Nepos, si præter aut Cruce
deliquisset.^s Theologi ejusmodi contra Providentiam
objectioni, nempe multa Scelera impunita præmitti,
respondere solent, Dei Providentiam ad futuram vitam
cuncta dirigere, adeoque penas malis, iâmq; præmium
bonis reddidum iri pro ut quisque gesserit. Sed Vaninus
dicit Athæos Inferorum penas tanquam velularum delicta
rejecere, dicitque eas esse ex Ægyptiorum superstitione
exortas, et apud Cretenses frequentatas, qui Plutonium
Saturni filium Inferorum Deum consecravunt, quod ritus
aliquos et Ceremonias funebres excogitasset, et Ceteri;
addit ille, nullâ ratione naturali possumus demonstrare
in alterâ vitâ penarum locum proprium assignari;
multo vero minus Dæmones dari. quod si penarum

In ampl.
c. 10.

Præctatus

locus nullibi constitutus est, neque etiam proximorum
locus esse potest. Neque scelera impunita remanebunt;
bonaque opera irremunerata jacebunt, igitur nulla est
providentia, neque igitur ulli sunt Dii.

Præstantissimum et excellentissimum esse necesse est
Deum illum quem leges et Theologi fingunt. Imque
beatissimum ac felicissimum. neutrum autem in Deo
stare potest cum Providentiâ, quæ nullo modo operari potest
absque curâ et sollicitudine, rebus felicitatem omnino
turbantibus et obstantibus quominus præstantissimum
et excellentissimum illud sit, quod non est perfectè quietum
et cunctis incommodis solutum. hæc Epicuri fuit sententia,
ut Laetius refert et Deos beatos esse dicebat atque
immortales; quod autem beatum atque immortale
est; neque negotia habere, neque alius præbere, quo
fit et neque irâ, neque gratiâ tangatur. nam hujusmodi
omnia infirmitatis sunt, quod Lucretius elegantissime his
versibus expressit.

inj. quarta

lib. 2. 4. 67

Omnia enim per se Divinum natura necesse est
Immortali Otio summâ cum pace fruatur,
Sensita ab nostris rebus sejuncta atque longe
nam præviata dolore omni, præviata periculis
Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri,
Nec bene pro meritis capitur, nec laugitur ira.

lib. 2. cap. 7.

Quibus omnino consentit Plinius dicens providendum vero
agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum
Anno tam hirsiti atque multiplici muni strivo, non pollui

De Diis Cap. 5. ^{um} 105

Credamus, dubitemusue? vix prope est iudicare —
vtrum magis conducatur generi humano quando a liis nullus
est, Deorum respectus aliis pudendus? Laertius iurum, in ijs ^{In illa Epie.}
quae Sublimia et Supera dicuntur, inquit, motum ex loco ad
locum, Solis, et Luna, et Solis et Luna ortum, occasum et
his Similia, non esse existimandum quoque administratore
egere, neque subiectore, aut aliquo qui ea ordine digerat,
aut digessisset, qui idem beatitudinem cum immortalitate
obtineret, non enim Congruum molestiae, et Curae et pro
et gratiae Cum beatitudine, sed Cum imbecillitate potius
et metu, et indigentia operis alienae.*

Rursus etiam Lucretius naturae laetum ea omnia tribuit,
quae Deorum Providentia fieri dicuntur, quos omni Cura
et molestia liberos esse vult, ut absolute beati possint esse
sicut alium Eccinit

lib. 2.
v. 1089

natura videtur

libera continuo dominis praetata Superbis
Ipsa sua parte sponte omnia Dijs agere expens.
Nam pro sancta Deum tranquilla pectora pace
Quae placidum degunt Oceanum, et tamq. Serenam
Quis regere immensi Summam, quis habere profundi
Indo manus validas potius esse moderantur habenas?
quis pavit oculos omnes Convertere? et omnes
Ignibus ardentis terras suffire feraces
Omnibus inque locis esse omni tempore praesto?
Nubibus tot lentas faciat, Caerulea Serena
Concutiat. Sinit. cum fulmina mittat et ades

Tractatus

Sape suas disturbet, et in delectata recessione
 Sævial excecens Cælum, quod Sape nocente
 Præhinc, exanimat que indignos, inque merenti.

Scilicet equidem est, non minimum negotii datum esse
 Providentiæ, quam JES omnibus que quotidie in mundo
 Accidunt, præ esse, illaque regere voluit. Quod si verum
 esset, detrior sane Dei conditio foret cujusque operarij
 mercede conducti condicione, Inquit Blitavochus, Cum
 Semper laborare, et sudare in rerum administrationes illum
 oporteret. Sicut enim ipse Mundus Deus esse, ut loquitur Cicero,
 quid potest esse minus quietum, quam nullo, puncto temporis
 intermisso versari circum axem Cæli admirabili celeritate: nisi
 quietum autem, nihil beatum est. Sicut in ipso mundo Deus
 jure aliquis qui regat, qui gubernet, qui cursus astrorum,
 mutationes temporum, rerum vicissitudines, ordinesque conficiat,
 Terras et maria contemplant, hominum commoda vitæque
 tueatur: nec ille esse implicatus molestis negotiis et operosis.
 Itaque Deos providere non putandum est; verum, inquit,
 Plinius, in his Deos agere curam rerum humanarum credi,
 ex vita vitæ esse, pœnasque male factorum aliquando. hras, occupato
 Deo in tanta mole, nunquam autem irritas esse: nec ideo
 proximum illi genitum hominem, ut vilitate justa bulluor
 esset.

Utilitasque ut dicit Plinius, de ejus modi de Deorum providentiâ
 opinione percipiatur, non impugnetur: imo conceditur. Sed
 per alibi jam diximus, aliud esse esse utile, aliud verum.
 Deorum Providentiâ non tanquam utilis solum proponitur, et

lib. 2. d. 1. p. 1. c. 1.

lib. 2. d. 1. c. 2.

lib. 2. d. 1. c. 3.

De Diis Cap. 5^{um}

107

etiam tanquam vera affirmatur. igitur aduersus hanc
 affirmationem tantum dissuimus et contridimus Deorum
 Prouidentiam imaginariam et fictiuam rem penitus esse. Nam
 Si in Deo ut futuræ prouidentia est, immutabilem et
 inuariabilem operandi necessitatem in eo etiam esse oportet,
 Præuidere, esse Prouidentia potissimum munus. Vnde, ita
 re Deus nullo modo prouidere potest, nisi futura omnia
 prouideat. Præuidere autem inducit necessitatem operandi ea que
 præuisa fuerunt: et cum Deus præuidet quod aliquid futurum
 sit, id non potest malari, aut non accidere, neque Deo
 possibile ullo modo est illud non agere, alio modo præuisio
 illa fallax est et incerta. qua propheta omnes qui
 Deorum Prouidentiam admiserunt, hanc etiam necessitatem
 quam fatum vocant, in eis admitti debere confessi sunt;
 Sic Trismegistus Prouidentiam ista cognatas habere ad
 facultate dicit, necessitatem & fatum. et Sic ^{ammonem}
 Mirandulanus in his Rogatas a se propositas Roma-
 questiones hanc ex Aristotelis opinione ponit, &
 Necessarium esse primam causam mouere de necessitate;
 Nam secundum omnes Philosophos dicendum esse,
 Deum necessario agere quidquid agit. Similiter
 Seneca ille ipse, inquit, omnium rector ac conditor
 Scriptis quidem fata, sed sequitur:
 Semper pareat, simul iustit. Nam illud: Sunt Regibus
 Leui; Rex Leuius Deo est; Deus necessitati. et
 Destinatum sortem nec Deo est affugere. Non

2
 di. prou.
 Cap. 5^o

Præctatus

videtur

Solum autem in rebus naturalibus, et in Deo hanc necessitatem, hocque fatum Accipi possunt, sed etiam in rebus humanis; Unde Seneca, Eadem necessitas, inquit, et Deos alligat: irrevocabilis divina pariter atque humana Cursum ardet: itaque nec nos ipsi ejusmodi necessitatem ac fatum Eludere, autullo modo avertire possumus: adeo ut nec in Deo, neque in nobis libertas ulla remaneat, sed fatum tantum et necessitas. Verum talem Deum imaginari qui liber non sit a voluntate ea semper agere aut non agere quæ illi placuerint ridiculum omnino est, et est infra animalium omnium sortem suæ proponere, — hæc enim nullo necessitas adeo alligat, ut mox dictum sumus, quin facere aut non facere quæcumque voluerint, illis omnino liberum sit. Tamen si Deus providet, id aliter esse non potest, et necessario queritur quæstio, quæ propheta ab eo Providentia omnis ejicienda est. Si tamen non est Providentia; neque etiam Deus esse potest. alius otiosus, incurius et piger, in Mundo desideret; quod Deo, qualem illum Leges fingunt, convenire non videtur. Ergo non est Deus.

Quantum ad res humanas pertinet, absurdum prorsus est, nec minus ridiculum dicere fato et necessitati illas regi atque gubernari; nosque omnia quæ agimus eodem fato atque necessitati agere. Quam opinionem Lucianus videndo penitus impugnat et oppugnat Juvenal inducens dicentem in rebus humanis nihil esse quod Divinarum Consilio et dispensatione non ordinetur

in hoc confut.

De Diis Cap. 5^{um} 109

non ordinatur: et omnia quaecunque fiunt dum colo-
circumferuntur. Statim ab initio unum quodque illorum
certum et infallibilem sortiri effectum: nec fas esse
aliter fieri. Quod si verum est, ait ille, cuius ergo
gratia nos homines Deis sacrificamus? quam obrem
peccatombas ad aras illis adducimus, votis expetimus
bono nobis illorum largitione contingere? Nempe enim
non video quem fructum ex tanta Cura et Sacrificandi
Studio capimus, si neque malorum aeversiones ipsis
peccatis praevenire possumus; neque aliud bonum
divinitus datum consequi. Deinde neque pœnas in hæc
vita, neque supplicia in altera (si tamen est) —
formidare ullo modo debemus, constituta enim jam
et decreta nobis hæc sunt, ex prævisione eorum
quæ facturi sumus. Tum Jupiter fingitur irasci et minari
quod talia dicere auderet, Cui Lucianus, tolle minas,
inquit, ô Jupiter, persuasum enim habeo nihil me
mali passurum quod anti non sit mihi præordinatum
ac destinatum, quoniam neque illos ipsos sacrilegos
supplicio affectos per te video, sed plurimi manus vestras
indemnes effugiunt, opinor in satis non esse, ut scelesti-
scelerum pœnas expendant. Quantum ad supplicia
et Cruciatum qui scelestos et prauos homines post
hanc vitam manent, ego vero haud obscure cognoscam, si
quid talium venum est, ubi factus fueris, quantum
autem ad præsens attinet, velim tot quantum cunque hoc
temporis in vobis mihi exigendum est, ego interea omni-

Practatus

felicitati perfunctus, tandem mortuus a sedecim Vulturibus
 secur meam depascere tur. Sed si uomatus fulmine, quem tibi
 libuerit, ferire licet, ut minaris, qui fit tandem ut omnes
 hoc sacrilegis, hoc Ominosis, et perjuris hominibus
 dissimulantur post habitis, unam aliquam jlicem, aut Lapidem,
 aut natus velum nihil unquam mali per injustitiam invidia
 feratis. Et per sepe quoque hominum frugi et spectata
 sanctimonia violorem, quare Thocion vir Sanctus et justus in
 tanta rerum inopia atque Angustia diem suum obit. Num
 etiam cum Aristides? Callias autem et Meliades Nepotum
 intemperantissimi omnium affluentia exuberant. Nec non
 Medias multis secleribus Oportus? quare Socratis undecim
 annis necandus traditus est, Melissus vero non ita. Cur
 Sardanapalus mollis et effaminatus deliciasque lotus fractus
 regnavit? Denarium vero hoc ac tanti viri virtute longum
 opini atque clarissimi in Crucem subacti sunt, propterea quod
 factis illius parum delectabantur. ut lacram quoque in praesens
 fuerit, longum enim esset singulis percensendis innotari;
 quem admodum mali ac facinorosi per omnium vitam facile agant,
 et felicitate omnibus rebus affluentis: Ceterum boni ducantur
 et ferantur pauperolati, morbis et caeteris in fructis malis
 implicati arumnote conflictantis. Et tandem Concludit
 Lucianus dicens nullum qui, nolens et invito animo, aliquid
 malum aut donum admiserit, esse supplicio afficiendum, aut
 honore illo ornandum. Cuique nullus sit in ter homines, qui, si
 se Providentia et fatum, non iniustus peccet, aut bonum
 faciat; Nullus etiam panis aut praemio dignus erit. Nihil,

De Diis Cap. 5.^{um} 111

Inquit, nos homines animo voluntatis facimus sed necessitate
quâdam ineffugibili ad hoc compulsi, si tamen vera sunt illa
quæ supra dicta sunt, nempe fatum esse, et Darcæ
dispensatione cuncta euenire. Tam si quis alterum peremit
Darcæ in Culpâ est, si quis sacrilegio fana Deorum compilauerit
a Darcâ sibi iniunctum facinus admittit. Quo circa si Deus recto
est velis iudicio, multo æquius fatum pro sacrilego puniet, et Darcam
pro homicidâ, quod enim illi iniuste egerint quando decretis
illius audiens fuerint. Sed mihi videntur Darcæ iustæ, (id
est providentiæ) laboriosam et minime felicem atque
iucundam agere vitam, tantis implicitæ negotiis. Es-
quam admodum vix simile est ipsæ quoque fato parum
propitio et fauente in lucem sunt editæ. Itaque ega si mihi
daretur optio, nequaquam cum illarum vitam, meam
dominat auerim; verum eligerem potius ut adhuc
egentius uiuere, quam ut Cælo Darcæ agerem tantis
negotiis et difficultatibus repleto, obseruans singula.
Nunc satis est quod de fato et Providentiâ sermonem hos non
relaueris o Jupiter, et fortasse in fatis est, ut plura non
audiam. Ex his quæ sic Lucianus contra Providentiâ
supet, serio accipiendâ sunt, et fatandum nullam in nobis
esse operandi necessitatem, nisi etiam nos penis ac præmiis
nullis dignos esse concedatur; et pro frustra nos ad bona
hortari, et a malis prohiberi. quod Cum tanquam punitiosum
reijciatur, consequens est nos ad opera necessitate ullâ aut
fato nullomodo iuduci. Quod insuper ex libero arbitrio
ostendi potest; Aliud enim plenum, integrum et absolutum



Tractatus

112

in nobis esse quotidie experimur, et solius voluntatis potestate nos moveri, non autem fato, necessitate, providentiâque. Nam si fato regeremur ac providentiâ unde hæc libertas quam in nobis ipsa esse sentimus. ut autem Lucetius . 1 -

lib. 2.º

Libera per terras unde hæc animantibus exat
Unde hæc, inquam, fati avolsa voluntas
per quam progredimur quo dicitur quinque voluistas?
Declinamus enim motus, nec limine Certo
nec regione loci certa, sed ubi ipse tulit monere.
Nam Dubio procul his rebus sua Cuique voluntas
Principium dat, hinc motus per membra geruntur.

Ratione profecto alienum est cum in nobis tam sensibiliter liberum arbitrium emittat, imaginari nescio quid aliud quod nos ad agendum impellat. Annumeri libere voluntatis motus ostendunt in hominem fati nullam esse vim ac potestatem, sed in nostra omnino sitam esse. Velle et nolle. Si que scriptura hinc a quid Philo sophos fides est, homo ab ipso constitutus et relictus est in manu Consilii sui: Apparet illi aqua, apponitur ei ignis, ad quod voluerit manum porrigere poterit. Sibi hominem vita et morte, bonum et malum, quod placuerit ei dabitur illi, quod si fatum et Providentiâ hominis voluntatem cogere, viscerum in voluntate non repugnante deprehenderetur: at id nullo modo evenit, nec se Regi neque trahi voluntas unquam sensit. Animus quidem iudicium inter Velle et nolle adere videtur, nec scire ad quod se foveat debeat: sed hoc non procedit ex fato mouente vel cogente alia fatum in varias illum distrahens partibus, ridicule se cum ipsum pugnavit, non minus enim fatum est in unâ quam in

lib. 2.º

De Diis Cap. 5. ^{um} 113

altera parte: verum ejus modi animi suspensio oritur
ex eligendi difficultate: quæ in voluntate reperitur propter
objecta eligibilia appetitum varie mouentia: quem motum
omnes facile deprehendere possunt; non vero illum quo-
satum nos impellere dicitur. Sæpius plerumque Evenit,
ut spes aut metus voluntas nostra tam repente trahatur,
ut illam a fato moveri hæud probabile sit. Deinde
Animus interdum istis affectibus sursum deorsum jactatur,
et hinc atque illinc actus, quomodo a fato sicut Providentiâ
omnia sapienter gubernantur, et certa ratione illa regente,
In tam varios fluctare atque refluxus, et in tantam
agitationum conjici potest. Nam Equidem cum in providentiâ
Cuncta determinata et certo modo ordinata esse debeant, Non
Dubium est, si nos illa regeret atque gubernaret, quin
etiam omnia determinate et absque ulla mentis agitatione
Vellemus atque ageremus; nec spes aut metus in jectum
nos ferrent, sed primo intuitu videremus quid sperandum,
aut quid metuendum foret, quod cum non fiat, Providentiâ
sive fato nos regi factum est; Neque in nobis Liberi
arbitrium esse confidendum est. igitur neque Providentiâ
est, nec prævisio. Ergo nec Deus.

Dicere solent in Providentiâ quidem esse prævisionem,
sed hanc prævisionem non inducere in voluntate nostra
Necessitatem ullam, sed eam semper Liberam remanere,
et si motus ejus et affectus longe antequam Eveniant
prævideantur; quia, inquit, hæc prævisio est in Deo,
presens rei ipse intuitus, Deus enim videre dicitur omnia

Practatus

futura et praesentia, veluti praesentia nos videmus; —
 quare rem ipsam futuram videt, et videt quidem illam,
 ut potest ea futura sit: non autem ad futurum esse
 determinari dicitur. Neque voluntatis libertatem hanc
 Dei praevisionem, vel potius visionem, non laedi neque violari
 affirmant. ad quod respondemus, Nugas agi, Cum Deus
 Videre, non autem praevidere dicitur, Cumque futurum et
 praeteritum, illi tanquam praesens esse fabulantur. Nam si
 rem futuram videat, siue praevideat, Certum est illam
 nondum effectum suum habere, Cum, longe antequam eveniat
 Deus eam prospicit; Naque quomocumque illam ad exitum
 perducere necesse omnino est: ideoque homo antequam nascatur,
 non potest non agere quae Deus prospexit ac vidit illum
 Acturum esse, et multis oculis antequam vita fruatur,
 propria ejus libertas quae si legem illi imposuit eorum
 Omnium quae in vita facturus est. Sic quamvis liber sit
 necesse tamen illi est facere quae facturus est, quo quid
 absurdius? aut repugnantius, quae propter praevisionem
 necessitate affeiri fatendum est, aut libertatem in voluntate
 esse, absque ulla Dei praevisione, ergo absque providentia.
 Adde quod siue praevisione fiat quia res praevisa ex hominis
 libera voluntate ad exitum perductura sit; siue res illa
 ex Dei dispositione, et absoluta illius voluntate determinetur,
 necessitatem penitus semper induci, Aut in Deo cui
 necessarium omnino est praevidere quod futurum est, nec
 potest non illud praevidere: Aut in hominis voluntate, quae
 Deo jubente determinatur ad illud quod futurum est. Ad hoc ut

De Diis Cap. 5.^{um}

115

homo determinetur ad operandum, vel Deus ad providendum.
In alterutro autem ejusmodi determinationum aut
necessitatem admittere absurdum est; in Deo quidem quia
liber et semper volens æquus ac volens esse debet, in homine,
quia illum perfectè et absolutè esse liberum perspicimus.
At absque ipsâ necessitate, ac fato, prævisio huius
Providentiæ stare non potest, hæc igitur esse omnino
negandum est. Ergo non est etiam Deus
Quandoquidem ad fatum et necessitatem oratio nostra
pertinet, tanquam cognatas Providentiæ facultates; ad usus
fatum aliud disputare libet, ne liberi Arbitrii potestate
in dubium ullomodo revocari possit, jamque fortunæ
impetum et jus aliquo modo violatur, imminuaturque
hoc autem fatum aetherum potestati hinc ab astrologis
tribuitur; quæ cum in nos agere dicantur, voluntatem
nostram ab illis omnino pendere multi existimant, et
fortunas nostras regi atque cubinari. eo magis autem id
exequimur et libentius, quo ad usum Deorum Providentiæ
ejusmodi disputatio pugnare videtur. Nam Philici dicunt
Deum non posse in hæc inferiora agere, nisi medio corpore
Cæli: quod si ita sit, hæc nostra inferiora illum curare non
est verisimile, et ejus Providentiæ ipsi solum continetur
et circumscribitur hominibus qui ad nos illam ullomodo
pertinere prohibeant. Sicque sola Corporum Cælestium
potestate nos regi dicendum est, et Providentiæ a Nobis
esse penitus a legendam. Verum neque Providentiæ nos
cubinari, neque a Cælestium Corporum virtute pendere

Tractatus

Existimandum est (quamvis non negavimus Corporum
 Coelestium virtutibus et Sensibiliū influxus et
 moderationes esse certiores imaginariā illā et fictitiā
 Providentiā pendente a nescio quo, quod nusquam apparet)
 Sed quia fatum et necessitatem negatam, hoc Deus atque
 Providentiā inducunt astrologi suis predictionibus, quas
 ex Astrorum doctrinā atque scientiā percipere praesumunt,
 adversus illas, veluti adversus Providentiā, pugnandum
 esse existimo, et me hucule, quae de suis predictionibus
 predicant Astrologi, nunquam mentem Animum Sibi
 persuasere putaverunt: tam saepissime errant et fallunt,
 ut in illorum scientiā quidquam certi esse haud crediderim,
 quod si aliquando ex his quae praedixerunt quid evenire
 videtur, non tam arte quam obscurā quādam rerum arti-
 cid fieri arbitror, et veluti non arte, sed sorte ex talium
 jactu numerus certus et optatus accidit, ac ex Ludo.
 Codicillorum veritas nonnunquam rerum pronuncians
 exit, Sic etiam ex astrologica scriptatione, non arte sed
 sorte producit ratiocinia. Præter ea quis, ut ait Cicero,
 est qui totum Diem jaculante aliquando non Collinet, tam
 multa et varia simul dicunt ad vitam et fortunas
 hominum spectantia, in difficile est ex his aliquid Non
 contingere. Si certā illorum scientiā, non aliquid sed omne;
 non aliquando sed semper quae dicunt, evenirent, et
 praesentim quod ante pedes esse videre multus, patent quam
 quae futura sunt. At illos praesentia fugere idem futura
 prosequuntur quotidie experimur: et Tralitis etiam

De Diis Cap. 5^{um} 117

Exemplo confirmatur; De re referi Laertius, Cum domo in iugurta.
exiret Contemplandorum Lydenum Causa in subjectam
fossam incidit; petulantique probro ab anu domestica
exemptus, qua ratione, inquit, o Thales, quae in Caelis
sunt comprehensum tuum si observavis, qui ea quae sunt
ante oculos videre non vales? Unde Dion dicebat, ut lib. 2^o 78.
Stobaeus author. In maxime ridicula esse astrologorum,
qui cum non videant pisces iuxta senalantis in
fluvibus, illos qui in Caelo sunt se videre dicant.
Absurda equidem et ridicula hominum mentis, quae
praeteritorum et praesentium ignara, futura se praesire
profitantur, et obscurissima, quaeque supra nos, vel etiam
extra sunt a perire posse praesumunt, Cum quid in
propria domo, in thalamo suo, et intra nos ipsos fiat
dicere nullo modo possint. Vulgatum est lepidum hoc
epigramma in Astrologum quendam Constructum.

Astra si tibi aethereo pandunt se sermone vati
omnibus et quae sunt fata futura, moneant
Omnibus an vxor quod se tua publicat, id h
Astra, licet videant omnia, nulla moneant.

Non negauerim tamen cui supra iunui, corpora caelestia in
hoc inferiora agere, neque enim ignoro illos, pluuas, grandines,
fulgura, siccitates, aestus, frigora, morbos, creare posse. Hoc
inferiora mouendo. Scio accessus et recessus marini aestus, Luna
motu gubernari, et omnia plenis lunis maria, pingui, ut
affirmat Plinius, hoc esse, Lydas quod terras saturat,
accedens quae corpora implet, abcedens inaniat: ideo cum
incremulo ejus augui Conchyliis, et maxime spirituum

3
lib. 2^o
cap. 99^o

Tractatus

sentire, quibus sanguis non sit. sed et sanguine hominem
 etiam cum lumine ejus augeat et minuat: frondes quoque et
 pabula sentire, in omnia eadem penetrant. Si quis Negit
 solis ardore, siccare liquores: torreni terras. item
 concurrentibus a lionum astrorum influxibus ad maturitatem
 cuncta illum perducere: ipsaque homines producere: Sol et
 homo generant hominem, inquit, et in hominum
 animos, voluntatis, ac fortunas quidquam juvis caelestia illa
 corpora habere, nunquam concesserim, neque in ea immediati
 agere: sed fortasse corporea dispositionis ratione, nascendo
 sortita. Nam, quia librae siue caelique habitu corporea
 nostra formantur atque Constituantur, videntur aliquo modo
 animorum nostrorum mores sequi temperamentum
 corporis quod ex isto caelorum habitu sortiti sumus. Verum
 quamvis voluntas nostra naturali ista dispositione moueatur,
 non sequitur omnes ejus motus et affectus ab astris notari
 atque designari, siue et ab astrologis illi praescribi atque
 praedici possent. Accidit enim ut uno eodemque fere
 momento persaepe multa velimus, et faciamus quae mox
 mutamus et relinquimus, ac subinde idem hiscipiamus
 deseramusque: quod si ab astris ejusmodi motus tam
 variis et inconstantibus proficiscerentur, dicendum foret nihil
 minus certum esse quam quod tam caelum astrologi
 esse pronunciant, praeterca astrologis omnino impassibile esse
 praedicere eos motus, vel eas actiones quae tam volubili
 agitatione fiunt, et obscuris inconstitutiis tenebris
 continuo inuoluerentur, quin etiam si voluntatis et
 actiones nostrae ex hujusmodi determinatione scirent, si leges

De Diis Cap. 5. ^{um} 119

etiam, ut Astrologi volunt ex partu corporum Celestium
determinatione ortum haberent, Accideret ut leges esse omnino
puitiles, quando quidem jam essent determinatae actiones nostrae,
nec possunt aliter euenire: et impari bilia nobis praecipiendo,
quaeque non sumus apti recipere, absurda et ridicula leges
fierent omnes; Neque et actiones nostrae et leges diuersum
habentes horoscopus, a staris a suis contrariae pugnant, et
vnum nos disponendo ad aliquid ex nostro proprio horoscopo;
alterum vero ad aliud omnino oppositum, ex legum horoscopo.
¶ V. G. Corpora caelestia disponunt hominem et animam
ejus inclinant ad adulterium: leges vero ortum etiam
habentis a Corporum Celestium influxibus adulterium
prohibent et velant tanquam scelus ingens. Qui igitur
parebit animade? An preuentionum ne sequitur, an legum?
voluntas potest ne inter hanc et illud fluctuans atque
haerens indeterminate pendere? Hoc equidem fieri non
potest, et absolute necesse est aliquid horum sequi, quod
cum non possit exlestium corporum ratione, et impressione
fieri non potest ob param determinationis potestatem, Ceterum
est id sola liberi arbitrii potestate contingere, qua propheta
absurdum proteris est et leges et actiones nostras ac voluntatis
ad astra referre, quasi ab illis pendeant; et vani
Antiquissimi sunt Astrologi qui illas se praedicere posse
praesumunt, et actiones nostras quae procedunt a voluntate
et ab animo, cum corpore, in quod astra in fluxu dicunt,
tam strictissime coniuucto, praescire non possunt; multo
minus equidem praedicere possunt ea quae forissecus nobis de

Tractatus

adueniunt, et sunt extra nos omnino posita, qualia esse videmus, ea omnia quae a fortuna pendent, voluntatis enim et actiones nostrae ratione temperamenti ad corpora caelestia aliquo modo quidem referre possunt. Et Astrologi habent saltem subjectum in quod astra agere, affirmare queant. Sed nihil est simile in ijs quae fortuna contingunt, V. g. aut me homicidam, aut adulterum, vel etiam auum esse, habent quod praedicere se posse praesumunt ob temperamentum meum caelorum habitu sic dispositum atque constitutum. Sed vel me thesaurum esse, praeuentum, vel tigulae superno lapte casurum, vel in bello captivum facium iri, quae ratione, quae via, se praedicere posse proficiuntur, nec enim ab astris pendere insanum est affirmare, cum sint extra omne subjectum in quod astra agere et influere queant. verum concedamus ista omnia, et voluntatis et actiones et fortunas ab astris pendere (quod tamen affirmari nullo modo potest) a quibus pendeant incertum peritus erit. Nam quinquae stellas non potestatem, inquit Seneca, chaldaeorum observatio exceperit, quid tu, tot millia siderum iudicas otiosa lucere! quid est porro aliud quod errorem incutiat peritis natalium, quam quod paucis sideribus assignant, Cum omnia quae supra eos sunt partem sibi nostri vindicent, et illa quae aut imminuta sunt et propter velocitatem uniuerso mundo parem immotis similia, Non extra jus dominiumque nostri sunt, et subiungit ille, Non magis autem facile est scire quid possint, quam dubitari debet

lib. 2.º q. nat.
cap. 32.º

Diactatus

dictum Credo, sapiens dominabitur astris. Multi hominum
 etiam sunt qui dissimilem sortiti horoscopus, eadem tamen
 fortunas, eodanque habent exitus. Credibile ne est, ait Cicero, eos
 omnes qui Cannensi pugna ceciderunt, uno astris natos esse, qui etiam
 ingenio atque animo singulares, num astro quoque uno, quod enim
 tempus quo non innumerabiles nascuntur? At certe nemo similis
 formo, dissimilitudo quoque locorum, nonne dissimiles hominum
 procreations habet? et plurimi populi corporibus, et animis differunt,
 et incredibilis varietas dissimilitudoque est, ex quo intelligitur plu-
 ritarum sitis quam Astrorum motus et ortus ad nascendum valere.
 Seminum vis nonne etiam ad gignendum procreandumque plurimum
 valet? quis non videt et formas et mores, et plerumque status et motus
 offspringe a parentibus Liberos, quod non contingeret, si hoc non vis et
 natura gignentium officeret, sed Hyderum temperatio, coelique moderatio,
 et si ad rem pertinet, quomodo caelo affecto, compositisque Hyderibus
 quodque animal oriatur, valeat id necesse est etiam in rebus
 inanimis. multa in Cicero alia argumenta sunt, quae persequi
 longum est, quibus omnis Astrologorum scientia repletur, tanquam
 deliratio quaedam, quibus adderes et hoc libet, si mores et fortuna, vitay?
 status omnis a Hyderum influxu pendet, necesse est. Ceteris animalibus
 sicut et homini idem euniver: quo ad mores et affectus, multa id
 existimant, arbitranturque non alia ratione brutorum ad jam aut
 amorem disponi, quam hominum, quin etiam humanam
 Physiognomiam brutorum signis, characteribusque delineatam et
 formatam quidem ducunt, quia existimaverit simili modo omnes
 animalis esse a natura conformatos: nec inveniit, quod enim
 habet ratio juvenitulo amplius? inquit Salomon, At si illis, brutis

De Diis Cap. 5. ^{um} 123

Inquam, et hominibus corporis dispositio, moresque pares, et ipse
sunt a Syderibus dati; fortuna etiam similes esse debent illorum qui
eandem et horoscopum, et Cæli Syderumque Configurationem habent.
Ita ut Canis et homo eodem Syderis Ortu in natiuitate fuerint,
simili etiam fortune beneficio frui debeant in vita: quod si lumina
rei homo sit Episcopus, vel rex, aut in alio honoris et dignitatis gradu
Constitutus; necesse propterea est Canem quoque Episcopatum aut
Regnam aliquid adipisci, quod plane absurdum esse manifestum est,
absurdum igitur etiam est sibi persuadere actiones nostras ac fortunæ
omnes a Syderum ortu pendere.

Sed quia hic agitur de libero hominis arbitrio, contra Astrologorum
æque ac aduersus providentiæ fatum et necessitatem, lucido, necesse
mihi videtur illas præstanti præsuper auctoritate aliquâ aggredi.
Salmastium præque in iudicium adducam atque illis opponam, etatis nostræ
~~authorem~~ authorem quidem clarissimum, et doctrina præstantissimum;
Sed in suis de annis climatibicis et antiquâ Astrologiâ diatribis, et in
huius libri præfatione, hanc Syderalem auctorem infinitis adeo itaque
validissimis argumentis acriter adortus, et illam penitus hæreticam,
atque Confusam, tanquam venam, falsam, et Cui minime fides
haberi debeat. Truidet primum cælestis illas Configurationes a quibus
fatum omne pendere dicunt et dicit in gentibus non plus illas
valere, quam quæ in nubibus apparere simulachra credimus
quæ in phantasiâ solum spectantium sunt. At Cum reuera non
sint hæc, nihil possunt efficere, quod ad hominis fatum pertineat,
nihilque significare vnum salutarium. Atque etiam nullam ex
Planetis elici posse prædictionem, quæ ad hominis quoque fatum
pertineat. Nam et in Conceptione et in natiuitate, quæ sunt

Tractatus

prædictionum omnium sola fundamenta, tam multa inhibentium
 impedimenta, ut nihil certi ex istis constare posset, quamvis Ars
 astrologorum esset vera (quod tamen non Conceditur) Primum
 enim vix sciri potest hora conceptionis, ac ne vix quidem, ponamus
 et posse sciri. Cæli cognitio cum Cognita fortasse non ultra
 præderit quam usque ad tempus parturitionis quandiu fetus in Utero
 morabitur: et in puncto natiuitatis alia erunt fata iudicanda
 quæ scilicet usque ad finem vitæ perdurent. quod sine eo quidem
 usque natalis horæ inspectio possit proficere. Sunt enim varij
 quasi status flexus et articuli quibus alia hydenum facies, alius
 Status Cæli competit, et etiam dum partus in Utero est, quidam
 sunt temporis illius flexus et articuli, dum scitur, dum in
 sanguinem mutatur, dum Corporatur, dum et motum Accipit.
 a Conceptu hinc præcipuus transitus est, & characteris noui
 impulsio, quæ moueri incipit, et certior esset tunc hydenum
 contemplatio, ubi primum mater Embryonem suum moueri sentit;
 quod enim antea fuit, neque vitam habuit, quia nec motum.
 aliter ab eo transitus et articulus ipsa natiuitas est; et tunc
 deberet etiam noua astrologorum Consultatio fieri usque ad alium
 flexum; et sic deinceps; Præterea si rem recte iudicemus, An
 verisimile est Cæli constitutionem in conceptu notatam bonam et
 malam, eundem hunc tenorem seruaturam, non dico usque ad
 partum, sed usque ad vltimum vitæ diem? nonne potest fieri ut
 qui iniuriam hydenum, in parturitionem suam concurrentium, dum
 Incipitur, expectat est; dum nascitur idem fauentia ac propitia
 omnia sentiat, quæ Conceptu aduersa fuerant. quod si conceptionis
 Status, et et tempus, ambigunt hoc modo est, natiuitatis non minus

De Diis Cap. 5. ¹¹¹² 125

Incensus est ob moram quam infans in nascendo plerumque
facit. Intendum quippe capite foras jam prominente Circa
Numeros ipsos diutius laborat, et luctatur in Angustis
portæ: tandem accidit ut diuersum fatum capitis et corporis fingi
queat: Et Cum tres sint animæ facultatis quasi totidem
animæ sedibus locisque distinctæ, rationalis quæ in Cerebro
sedem habet, aliud fatum sortiretur quam duæ aliæ Instinctiva
et vegetatiua, quarum altera in iecore, altera in Cordis Locatur,
Nam profecto ob Extrahabilitatem alia ejus Constitutio futura
est capiti jam prorupto, et reliquo corpore intus a liuum
restitante: et alia ubi totum corpus liberatum est nexibus,
plerumque et toto corpore jam luoluto, secundum quibus
inuoluebatur momum trahunt, quibus quoad alligatus hincur
fetus, non bona fide vinculis nexus liber videri potest. Inter
istas moras quas vnicus partus patitur, plura fata et
diuersa experiri videtur pro diuersis animæ facultatibus, quæ
re diuersas habent sedes in Corpore, ita per partus exiunt
sub aliâ atque aliâ Syderum dispositione. Nec audiendi sunt
qui dicunt Syderis et signi ωεσοκοπιύ Τώραυ vni quæ
duarum horarum spatium eandem habere: hoc si esset Nulli
vnuquam gemini indistinctes incidereut Euentus, cum eorum sit
et Compertum vno eodemque temporis puncto gentes diuersas
habere naturas, vitas et Casus, propter Cæli distimilitudinem.
vix igitur potest hære quâ quis nascitur momentum colligi ob
nimiam Extrahabilitatem: et tum hac ratione, cum supradictis,
nullam fieri prædictionem posse ab Astrologis, Contradictat
doctissimus Palmafius, quæ fatum hominis afficeret: et hanc autem

Tractatus

omnino esse vanam demonstrabat.

Non mirum ergo si olim periti rerum ^{vin} hanc Astrologiae
 Artem non solum a se remouerint, sed etiam a Rebus publicis
 eieciant; et diuersis temporibus diuersa aduersus Astrologorum
 Senatus consulta apud Romanos facta fuerint, nam illa
 quasi ignauos et languentis homines, in vanâ futi expectatione
 detinet; vel illos secundum prae-dictiones Astrologorum mouere
 tantum, et seipsum aliâ quam seip. commodo, propriâque
 ipsorum utilitati conueniat, agere suadet; ac superstitiones
 perpetuâ laborant; Unde omnium superstitionum vanitatis ex
 astrologiâ fluxisse Varro testatus est. et in Alexandria
 et refert Agrippa, adeo Astrologos parui ducebant, ut illos
 perfoluere cogereent certum vectigal, quod a Stultitiâ
 balcanoxim non erat nuncupatum, quia ex ingeniosa Stultitiâ
 quæstum facerent; nec nisi Stulti et temerarii homines illos
 consulere soleant, multi etiam contra illos. scribere lum
 in recentioribus quam in superioribus temporibus. Ex illis Sicut
 Mirandulanus cum magno successu, ex his verba Empiricorum.
 Omitto innumeros alios ut hujus-ce rationibus et argumentis,
 huc de Astrologorum fato discrepationi, extremam manum
 imponam. Et Chaldaeorum autem illam adeo argumentis
 scepticis subruit, ut nec quidquam illa non solum ceteri, sed
 etiam cuncta falsa esse ostendat. ex his quæ sunt, inquit,
 alia quidem sunt necessario; alia vero sunt fortunâ: alia autem
 sunt in nostra potestate: omnino Chaldaei si præ-dictionem sibi
 Constituunt quæ potest esse: aut in ii. quæ sunt necessario facient
 præ-dictiones; aut in ij. quæ sunt fortunâ eueniant. aut in j.

lib. de Van.
 sen. cap. 81

2
 lib. 5. ad marq.

De Diis Cap. 5^{um}

127

quæ sunt in nostra potestate. Et si in his quidem quæ sunt
necessario, vitæ sunt inutiles; quod enim necessario accidit,
non licet declinare, sed velimus, nolimus, hoc eveniet: hinc
autem utilis est prædictio, si conferatur ut id videtur. Si
autem in rebus fortuitis, præferuntur quæ non possunt fieri;
nam quæ fortuito fiunt, sunt instabilia; instabilia autem,
et quæ aliâ et aliâ accidunt, non potest esse firmis-
sima prædictio, restat ergo ut illorum prædictiones sint
in his quæ sunt in nostra potestate, quod quidem recte fieri
non potest: Nam quod in meâ situm est potestate ut libenter, aut
non, et quod non prius factum ab ipso habet causam non potest
quicquam prædicere. Non ergo sibi proponunt Chaldaei prædictionem
quæ potest fieri. ^{per se ipsa} Multis aliis validissimis Argumentis omnem
Chaldaeorum aviam refellit et cavet. Cæteris Empiricis, quibus et Diis
et eorum Providentiis impugnari, imo penitus profligari potest, ex ipsa
Physicorum sententiâ; qui ut supra diximus affirmant Deum non posse
agere nisi medio Cæli corpore. Nam cum in Nos, in actiones, inquam,
et fortunas nostras nullo modo agere Corpora Cælestia, ex his quæ
diximus manifestum sit, constat etiam nullam illis à Deo habitam
fuisse vim aut potestatem quæ ad nos pertinet, et quæ nos regi atque
gubernari dicere possimus; quod si neque mediantibus cælestibus
Corporibus, neque immediatè ab ipsâ Providentiâ gubernamur,
confundendum sane est nullam esse Providentiâ, nullum esse factum,
nullamque necessitatem in humanis videlicet, non vobis, ut diximus
in naturalibus; igitur et nullum esse Deum, concedendum est. Unde
sequitur ut in homine liberum arbitrium sit omnino plenum, integrum
et incorruptum: quod nec Providentiâ factum, nec Astrologorum

Præctatus

prædictiones, fatum etiam inducentis, volares aut ledere
 nunquam possunt: hæc namque omnia ex solâ Superstitionum
 hominum fallaci conjecturâ procedunt absque ulla Certitudinis
 (verisimilitudine), ideoque vana, prorsus sunt et inanis, quod si
 omnium bonum verum esset; Alium quidem verum etiam esse
 constaret. Secundum Stoicos enim est quædam Connexitas inter Deorum
 Providentiam, et divinitatem quam prædictionibus suis Astrologi
 prædicantur. Ita ut hoc pro Dijs augmentum quasi validissimum
 sumerem, si est divinatio, sunt Di, atqui est divinatio, igitur Di
 sunt, et vicissim, si Di sunt est divinatio, et Di sunt; ergo est
 Divinatio. sed Cicero hoc pro Diis debile augmentum esse dicit,
 Cui respondens multo probabilior existimat dicere, non est
 divinatio; non sunt ergo Di, et vicissim, non sunt Di, Non est
 ergo divinatio.

2^o de Divi?

sed ut extremis et ultimis argumentorum jectibus, Providentiam
 istam Confiriam, dicam ex oratio. Empirico, Aut Deus jjs que sunt
 in Mundo providet, aut non providet, si providet aut omnibus,
 aut aliquibus providet; sed si quidem omnibus provideret, non
 esset neque malum ullum, neque vitiositas ullus, neque ulla
 vitiositas. Atqui vitiositas omnia esse plena clamant; Non ergo
 omnibus providere dicitur Deus, si aliquibus providet; quare
 his quidem providet, illis vero non jhm? Parum aut vult, et potest
 parum cum similitudine aliqua veri dicantur. *
 et me hercule tam multa de his mendacia ~
 confecta fuere, ut nihil omnino eorum, nisi admodum
 ignavis, persuaderi posse fatendum est.

1.
 1.º in rapto.
 cap. 7.º

2.
 in artant

De Diis Cap. 6. ¹⁶³

Cum vero legislatores omnes hanc de Diis opinionem quomodocunque introducere velint, et animadvertant id verâ ratione fieri non posse, ad fabulas hominum mentis traducunt, ut primo cap. — jam declaravimus de Platone, qui fabulosa tantum testimonia de Diis, maximeque puerilia adducit, quæ tamen omnibus hominibus persuadentur, — minasque etiam si crediderint, acriter intental, etia Athronum contubernio, Deos negant, avcon jubet, Vinimirum animos adigens, ad credendum ea, quæ nullâ ratione nisi ab infantis, credi possunt, mira sunt illius de hisce verba. Necessè est, inquit, — ¹ ^{Lyum 10º} graviter ferre et odio habere illos qui horum sermonum authores nobis fuerunt et sunt. nunc sane fidem non habentis narrationibus quas a teneris pueris dum adhuc lacte aluntur, a nutricibus ac matribus audierunt dum velut incantationes, et cum lusu et serio ab illis referuntur; ita et etiam cum sacrificiis in precationibus illas audirent, et visiones ad illas sequentes viderent, quas pueri jucundissime peragi et vident et audiunt: dum iidem parentis summo studio proseriptis et illis sacrificarent, et ipsos Deos, velut qui maxime sint, precibus ac supplicationibus alloquerentur; et humorienta sole et Luna tum ad occasus ipsdem vergentibus, prouolutiones simulque adorationes et audirent et viderent: Græcorum omnium et barbarorum, et in Variis —

Tractatus

Calamitatibus et in prospero successu constitutorum, qui non velut non sint, sed velut qui maxime sint, Dijs hoc tribuerunt, et nullam penitus de se suspicionem præbuerunt quod Diji non sint. et tandem his verbis concludit, proinde donec clara, quoad fieri poterit, tibi de ipsis sententia fiat, expectabis considerando, an ita, aut aliter, res habeat; et percunctando cum ex alijs, cum ex Legislatore maxime. * Præclara equidem hæc est, Deos esse, persuadendi ratio, in quâ hoc absurda et ridicula reperies, quot verba. Nam ab ijs quæ nutrices et matres in juncunabulis joculariter et nuganter docuere, de re tam magnâ et serâ, testimonia esse petitur. Plato præcipit, cum matres jtas et nutrices de ijs tanquam fabulis nos erudire velit a teneris annis, ut supra Cap. 2.º retulimus, quid aliud en quam omnino delirare, et deliramentis homines repleere? præterea a Superstitiosis quibusdam Cæremoniis et vanis Religionum mysteriis nos de Dijs persuaderi debere dicit; et Visionibus, id est, Laris acphantasmatis fidem nos adhibere vult, quod sane, nihil absurdius excogitari poterit; et tantum abest ut ista, de Dijs Cæsar passim esse Argumenta, quæ etiam omnino falsa et fabulosa esse ostendunt ea quibus vulgo illos esse affirmatur, et ipse quidem id satis declarat dicens expectandum esse Considerando an ita, aut aliter, res habeat, donec clara de Dijs sententia fiat; et jam super monens a bipro Legislatore de illis accipiendum esse rationem; quasi legislator

De Diis Cap. 6.^{um} 185

aliud doceat quam fabulas quibus nos a pueris
erudiri præcepit. Tandem omnes istas de Diis fabulosas
opiniones ad homines in officio continendos plane esse
confictas idem Plato inuicit sic dicens, Maxima res
est quam tu nullam putas, ut quis de Diis recte
sentiens bene aut secus uiuat. Hæc equidem menti de
Diis opiniones utilissima sunt, et si parum verisimiles,
de utilitate igitur solum agendum esset, quod ad
veritatem attinet, nec Religionis fides, nec Legislatoris
authoritas quidquam de ijs Cæti menti sanis possunt
peruadere. Quod si probabilitatem quandam in hac
re ingenti sagacitate unquam excogitauerit, ita ut
mentem dubiam et sui ipsius male certam reddat,
Saltem eo con fugiimus ut fateamur potius nos
ignorare pulchrum hoc Commentum, quid et quale
sit, quam esse et uere existere. Stulte confidamus,
quæremus que a Theologis et Philosophis haud secus
ac Athenæus in Platone ut antiquam graues minas
intinent nobis, conentur primum peruadere et docere nos,
quod Dijs sint, iuxta argumenta producentis, post quæ
fortasse Continget ut illis fidem habeamus, deinde
quæremus etiam ut nobis dicant, qui, qualesque sint,
qui enim primum menti concipit, et secundum etiam
eodem modo percipere poterit. Verum, quid hæc nugamur?
quare aliorum testimonium exquisimus in ijs in
quibus ex tam contrariis et inter se pugnantibus
sententiis veritas nulla potest elici, quæ si ulla subesset,

Non dicitur

Stidius

Intractatus

nonne Unusquisque ex se testis ipse esse potest, nullis aliis adhibitis. quod enim verum est, omnibus ~~etiam~~ verum esse videtur: nec sacerdotis, nec Legislatores, nec Theologi, nec Philosophi aliis hominibus acutiores aut subtiliores habent sensus, quibus rerum aut factum dijudicare possint. Eadem facultate ad veritatem dignoscendam a natura præditus sumus omnes, quæ magni illi viri, qui tam subtiliter argumentantur, quæ cum ipsi sint, mirum mihi equidem videtur, plus nos aliis credere quam nobis ipsis. Scimus nihil verum, nihil certum esse posse quam quod a sensibus ad intellectum manat: et qui Deum esse, sequi illum cognoscere nobis prædicant, hæc sane illos vti cognoscendi facultate oportere non dubitamus, quasi instrumento sine quo nihil quicquam potest cognosci: et tamen cum nos ipsi sensus æque bene affectos atque dispositos ac illi habeamus, ab eis veritatis testimonium petimus, potius quam a nobis: dicunt quidam se Deum viderisse, se illum menti et cogitatione noscere, jactanter prædicant, de quo credimus illis: nec fide dignos nos ipsos putamus, cum haud dubie, prospicimus illos mentiri, fingere et notis imponere, ut potè non videamus, quod se viderisse assueverant. nullum profecto imbecillitatis humanæ majus argumentum existit quam sibi derogare fidem, aliis vero illam dare, itaque nobis meli ipsorum tandem credamus, et fatemur nullos esse deos, quales illos legis ponunt; neque ullam esse fidem adhibendam eis qui de illis aliquid assueverant, cum præsertim ex Slatonis supra allatâ sententiâ parum veri similia

De Diis Cap. 6. ^{um} 167

Sunt ea omnia quae de illis dicuntur. Nihil ergo sunt
Dij, praeter merum legislatorum commentum, et
politiconum figmentum: nisi per Deos intelligamus
corpora caelestia, cui enim nomen Conuenit, conuenit
etiam res ipsas, ut supra cap. 2.º explicuimus.

Igitur ex vi et significatione nominis perspectum
compositumque habemus Qui, qualesque sint Dij,
Sol nempe, Luna, Astra et caelum omne. haec cuncto
DEO appellata fuisse, id est Dij, ut eodem capite
declarauimus. hoc quoque nomen impositum illis fuit
et currendi et vagandi per omne caeli spatium
facultati, a natura illis ab aeterno praestita. haud
secus ac iudex a iudicando dictus fuit, quo circa qui
Dij nomine, quod deriuatur ab isto graeco vocabulo DEOS,
id est cursor uti voluerit secundum veram illius
significationem dicitur cursorum non Deum. Deus enim
nomen deriuatum est, nihil per se significans, nisi ex
primitiui nominis, quod est DEOS, significatione. Cum
autem DEOS significet cursorum, recte dicitur
adorandus est cursor, pro, adorandus est Deus. et illud
omnes quod currit, conuenientissime Deus appellari
potest. sed quia hoc nomen primum Soli, Lunae, caeterisque
corporibus caelestibus iudicium est, ideo haec tantum pro
Dijs habenda sunt.

Quod si maioribus et antiquis, omniumque nationum
et populorum fere conuersis, in hoc, praestanda fides
aliqua est, ut quidam existimant, nulli profecto praeter caelestia

Tractatus

Corpora, Dij sunt. Omnes enim antiqui, Cunctae
 etiam fere nationes et populi in hoc conveniunt
 antiquitus, et plurimi adhuc hodie consentiant; Solenq.
 et reliqua corpora caelestia venerantur, libant, adorant,
 haud secus ac Christiani, Iudaei et Mahometani,
 faciunt circa rem illam ignotam, imperceptibilem,
 atque incomprehensibilem quam Deum nominant.
 Aristoteles maxime testatur nullos alios ab antiquis
 Deos acceptos fuisse, tradita sunt, inquit, quaedam a
 Majoribus nostris et admodum antiquis, ac in fabula
 figurâ posterioribus relicta, quod hi Dij sunt, caelestia
 videlicet corpora, uniuersamque Naturam Diuinam
 contineant. Reliqua vero fabulosa ad multitudinis
 persuasionem, et ad Legum ac ejus quod Confusae
 oportunitatem, iam illata sunt. Romani formae namque,
 ac aliorum animalium similes eos dicunt, ac alia
 consequentia, et similia eis quae dicta sunt: quorum
 si quis ipsum solum primum Separando accipiat,
 quod Deos arbitrabantur primas Substantias esse,
 diuinae profecto dictum putabit: et, ut verisimile est Saepius
 quaque ante et Philosophia, quod possibile fuit inuentas
 corruptaque ritus, has illorum opiniones quasi quaedam
 reliquias, nunc usque salutas esse. Satirica itaque ac
 priorum opinio, in tantum nobis manifesta sit.
 Lucretius hunc locum exponens, idem testatur, Cum
 Aristoteles, inquit ille, fuerit primus qui scivit suo
 tempore hoc principium, vult dare testimonium de
 Sermone suo

Metaph. 12.
 cap. 8.

De Diis Cap. 6.^{um} 169

Sermonibus antiquis, acceptis a Chaldeis, in quibus
fuit Scientia perfecta, secundum illud quod remanet
de Sermonibus eorum, et est hodie, quasi apologus et
fabula, nempe quod corpora caelestia sunt Dij, et quod
Dij continent omnia naturalia, alij autem sermones
et apologi in corporibus praeter illos qui accepti
sunt a Chaldeis, vera sunt fabulae, sine aliqua
veritate, et non fuerunt scriptae nisi ad corrigendum
Mores hominum ad illud quod est bonum eis. * Nihil
certe dilucidius dici potest ad omnes de Diis errores
aperiendas eosque rejiciendas: quid quid igitur de illis
dictum fuit unquam, Apologus est ad plebem in
officio continendam, et corpora caelestia soli Dij sunt
ab antiquis habiti atque suscepti, primi q. Deorum
excitatores atque inventores nihil aliud per Deum
intelligere quam illa. Aegyptii antiquitus non alios
adorabant Deos quam Solem et Lunam, ut cap. 2.
Supra retulimus, Etque sub Meridis et Meridii nomine
venerabantur. verum in insaniam ac Stultam
Idolatriam lapsi, et Deorum antiquorum quasi obli-
nomina illorum aliis rebus, bonis maxime atque
utilibus ab ipsis existimatis, imponere; et hac
laudem quibus ista nomina indita fuerunt, pro Diis
haberi caperunt. Nam Regem quendam de illis
optimes meritum, Solis nomine, Meridius videlicet.

Tractatus

Donauerunt; quo ritu functo, ut transmigrationis opinio apud eos valeret plurimum, illius animam, ^{lib. 2. cap. 4.º} veluti Diodorus Siculus testatur, in bouem transmigrationis existimauerunt; quæ ad pastores per generationem transfusa creditur, Bouis reuerentiæ & adorationi, sub Apis nomine, apud eos locum præbuit, sic a Sole ipso, nominis abusu, ad Bouem superstitiosa ejusmodi reuerentiæ conuersi sunt. Sic alii alias res summo honore coluerunt et adorauerunt, ac pro Diis habuerunt: cum tamen veri Dei sint corpora Cælestia diffuse Salmasius ostendit nullos alios olim Deos creditos fuisse, et quia Certum est omnem de Dijs opinionem ab antiquis illis ad nos fluxisse, quæ deijs referat ille, notatu maxime digna sunt et omnino conuenientia et apposita ad probandum, per Deos Nihil aliud intelligi debere quam corpora Cælestia.

In præf. ad an
climact

Tres fuere, inquit, antiquissima et celeberrima Sideralis Scientiæ Sectæ, Chaldaica, Ægyptica, Græca; Rarum nulla est quæ non crediderit, tradiderit quæ Sydera Deos esse. Rabios etiam vel Rabios, qui fuere populi Mesopotamiæ cum Chaldæis junctim nominat Maimonides in more Neuchim, quasi ejusdem de Dijs et Deorum cultu, deque Astris, eique eorum observationibus facta Scientia, Sententiæ. in eorum fide et doctrinâ educatum fuisse Abrahamum pro certo aie constare part. 2.º cap. 19.º hos dicit statuisse nullum esse Deum præter Illas; plurimos illorum libros in Linguam arabicam vertor

De Diis Cap. 6.^{um} 171

ex quibus probari expresse eos affirmare Nillas esse
diuinas, hinc est Deos minorum gentium, et Solem esse
Deum magnam: Reliquos quinque Planetas esse
Deos, sed duo Lumina maiores esse, Solem quippe regere
mundum Superiorem et inferiorem, Nillis Satuas et
Simulachra Construebant, et soli quidem aurea, Luna
argentea: aliis planetis et aliis metallis quae ipsis
dicata sunt. Imaginibus autem illis quas Planetis
erigebant, vim ex Nilla diuinam influere pro certo
habebant, et virtutem iis intelligendi infundere, et
hominibus prophetia donum largiri, quaeque ipsis
salutaria essent ac utilia, significare. Graeci quoque
errores iudeo mutato Natis quae Diis collocabantur
per consecrationem vim caelitus illabi diuinam censebant,
atque pro Diis ipsis ac veris ritibus coli posse et adorari,
quod de Zabitis Maimonides dicit, ostendit eandem illorum
esse et Chaldaeorum doctrinam de Astris quod Dij Sines,
Item de Aegyptiis sic scribitur iudeo Salinasus. Constat
Aegyptios Mundum esse Deum Credidisse, et partem e iudeo
Deos, nempe omnia Mundi Sidera, et hanc eorum
Theologiam sequutus esse Orpheus dicitur. Nullos alios
Deos Aegyptios agnosuisse praeter septem Planetas et
signa Zodiaci, et eam his orientia et occidentia Sidera
Pamblicus in Epistola ad Porphyrium tradidit. haec
eadem antiquissima fuit Graecorum Theologia. Item,
omnia, inquit ille, Siderum affecta, Nillarumque in
questiliaca disciplina cum ea doctrina quam primi Ethnici

Tractatus

De Diis promulgarunt plane conveniunt, paremque potestatem stellis adscribere. Astrologi qui postea exorti sunt, quam priores Philosophi, phisici eisdem Syderibus quæ pro Diis habuerant, tribuerunt. Pphisici illi apud grecos, antiquiores astrologis cedere, ut nulla phisica Theologia quæ Astra pro Diis recepit ac Coluit aut Astrologiam cognita sit. Cum Supervenisset Astrologia, receptam de illis opinionum et jam quibus Superstitiones admittam, sicut a primis Philosophis introducta fuerat, sequi coacta est; quæ ex plota statim fuisset si contra Communem religionis sensum brachia quasi contra torrentem direxisset, dium certi populorum hæc antiquissima philoſophandi, atque vetustissima dicam, Theologandi ratio fuit, quæ Sydera, stellas quæ populis pro Diis Colendas præscripsit, Chaldeorum, Egyptianum, Phœnicum, Grecorum primi ergo sapientis ut et rerum humanarum divinarumque prudentis, Astrologorum qui post eos exorti sunt astrum instruxerunt, et eisdem eis Deos insinuarunt quos populis Colide Rebus publicis a se constitutis jam tradiderant: Nam cum observatio Syderum fieri cepta sit ad prædicendum de motu eorum et proſitu quid cuique quæto tota vitæ esset eventuum, jam dudum illa ipsa, Sydera Deos esse imbiberat, communium Philosophorum et populorum sententia, tanto igitur facilius fuit hoc genus divinationis quasi certissimum vulgo persuadere, quia ab illis qui Diis Summo omnium

De Diis Cap. 6. um 173

Consensu pretaerentur, proficisci crederentur,, atque
eorum decretis perfici. ² *Item* Stolobaneus, inquit, *idem*
Salmasius, solos *φιδαστρολογος* esse pronuntiauit
populos, qui essent *φιδαστρολογος* qui que *Astra* et *Solem*
Colerent, *ve* *Βαβυλωνios*, *Chaldaeos*, *et* *Αθηναίους*, pro
Athens autem habet qui unum Deum Colabant, et
Astrologia studio dediti non erant, *ve* erant *Μαντις*, et
Ιουδαίος. *Item* in ipso de annis climatidicis Libro,
Epuleum haec dixisse refert, nam neque de Luna,
neque de Sole quisquam *graecus* aut *barbarus* contulit
Deos esse, nec modo istos, *ve* dixi, verum etiam quinque
illas, quae vulgo vagae ab *improbitis* nuncupantur,
hinc inquit *Salmasius* ipse, *ve* inscriptiones, **Soli**
Inuicto Deo, Domino Inuanti, et **luno.**
partim leguntur in antiquis monumentis. *Item* **Soli et**
Lunae. et *separatim* **Lunae augustae, Lunae**
et **lunae.** et tandem haec addit *idem* author. *Caeterum* ne
dubitemus amplius an Deos esse *illas* crediderint
antiqui *astrologi*, adponam hic *iusjurandi* formulam qua
Magistri hujus *disciplinae* adigebant *discipulos* suos et
et *lectores* ad *artis* *arcana* *calanda* et *profanis* non
communicanda, eam posuit *Valens* in *libro* *Septimi*
initio, quo *libro* *opus* *suum* de *Genethliaca* posuit, his
igitur *verbis* ab *eo* *concepta* *est*, *sicut*, ab *antiquioribus*
praecipitur accepit. *Adjuro* *coe* qui *haec*
ligam *per* *solis* *sacrum* *circulum*, et *lunae*

Tractatus

inæqualia eorum suorum & reliquarum
 stellarum, pondantia, & circulum
 duodecim signorum, v. l. sta. habent in
 avcanide, ne judoetide & profanide ea
 communicare velint, honoribus & gratiam
 memoriam doctovi suo iuribianu. b. h.
 si hoc iuramentum sanctum & ratum
 habuerint, & Dij qui hic nominati sunt
 propitii, fallentibus omnia contraria
 curant.

1^o elio.

Herodotus hanc iuramenti formulam refert, iur.
 inquit, per Solem Massagetarum Dominum &c.
 et in fine, ex Diis, inquit, unum Solem venerantur,
 qui equos immolant, nec autem est eis mos sacrificandi
 re Deorum perniciosissimo è quadrypedibus omnibus
 perniciosissimum macant.

2^o
 Liguus 10^o

Et Platonem insuper accipimus nullo Deo Antiquos
 habuisse præter sidera, et per illud nomen nihil aliud
 intelligi voluisse, aperte declarat. Cum ego et tu, inquit,
 argumenta producamus quod Dij sunt, hæc eadem
 proponentes Solem et Lunam, et Astra et Terram, quod
 Dij et Divina sint hæc: tunc illi qui a Sapiantibus
 persuasum sunt Terram et Lapidas hæc ipsa esse dicunt, et
 nihil humanarum rerum curare posse, sed Spenosis hæc
 quodammodo verbis obducta esse, ut verisimilia videantur.

3^o
 Liguus 7^o

Itaque, inquit, nunc, inquit, o boni de magnis Dijs celestibus,
 Pueri et juvenes nostros eo usque de omnibus his discere

De Diis Cap. 6.^{um} 175

oportere Curio, non maledicta de ipis profertur,
sed semper et sacrificantis et precantis ipsos in-
precationibus collaudent.

Diodorus Siculus scribit etiam Chaldaeos Astra pro
Diis habuisse et maximam vim habere Planetarum
dixisse, clarissimum vero et cuius maxima sit virtus
Solem: Martem vero, Mercurium, Venerem, Iovem
esse tanquam Deorum voluntatis interpretes. sub
horum cursu esse astra triginta quae Deos consultores
appellant, quinque Deorum duodecim numero praecipuos
esse asserunt, quorum cuiuslibet mensuram et unum ex
singulis Zodiaci tribuunt.

Lib. 3.^o
cap. 8.^o

Zoroastrius in eum de Beasis scribens, motus id habent,
inquit editissimis quibusque conscensis montibus, Iovi
hostias immolare, omnium Caeli ambitum Iovem
appellantes. Soli, Lunaeque sacrificant, et Telluri, Igni,
atque Ventis, hisque Solis Sacra faciunt jam inde ab
initio, sic nimirum ab Assyriis, Arabisque edocti.

2
Thyeticus

Idem de Lybicis scribens, Solis omnium Deorum, inquit,
immolant soli et Lunae; et nris quidem Uniuersi Lybics
sacrificant. Tam de Scythis, atque in hunc modum
inquit, res sunt eis iustitiae Deorum, hos solos
propitiantur, Vestam ante omnes, deinde Iovem ac
Tellurem, existimantes hanc illius esse conjugem. Post
hos Apollinem, et caelestem Venerem, et Martem hos
sancti Deos arbitrantur.

3
Thy. Melpom.

Sic per Apollinem, Iovem, Martem, et alios Solem intelligi

Tractatus

1
lib. 1.º Saturn.
cap. 17.º

manifestum est ex ijs quæ Macrobius scripsit;
Solem nempe, modo Appollinem, modo Liberum,
modo. sub aliarum appellationum varietate venerari,
et omnes pene Deos ad Solem referri. Nam ex
eius effectibus Deos fingebant antiqui, nominaque
effectuum Solis imponebant, et hinc nata sunt
appellationes Deorum, qui ad Solem certâ et arcana
ratione referuntur. Scribit etiam Hieropolitanos,
qui sunt gentis Aegyptiorum, omnes Solis effectus
atque virtutes ad unius Simulachri barbati
virtutes redigisse, eundemque Appollinem appellavisse,
hujus facies, proluxa in acutum barbâ, figurata erat,
dextra erectam tenebat hastam, superstanti
Victoria parvulo signo; sinistra floris porrigebat
speciem, summi que ab humeris gorgoneum
velamentum redimitum anguis tergebat. Rupulas;
Aquila propter exprimebant iustas volatus: Anti-
pedes imago faminea erat, cujus dextra (quaque)
erant signa femininum: ea cingebat flexuato
volumine Draco. radios in terram jaci, barba
demissa signat. calatus aureus surgens in altum,
Monstrat arboris summum, unde solis creditur
esse substantia: haste atque lorice Argumento
imago adjungitur Martis, qui idem ac sol est:
Victoria hâretur cuncta summi hujus sydenis
potestati: floris species florem rerum protulit

De Diis Cap. 6^{um} 177

quas hic Deus inseminat; progenerat, nutrit, —
fovet, maturatque: species faminea terra imago —
est, quam sol desuper illustrat: Signa duo aque
faminea, quibus ambitur, Pylens, naturamque —
significant consamulantis: et, draconis affigies —
flexuosum per sideris monstrat: Aquila propter
altissimam velocitatem volatus, altitudinem solis
ostendunt: addita est gorgonia vestis, quod Minerva,
quam hujus praesidem accipimus, solis sui virtute,
huic simulacro Felipolitani divinos reddebant
honores.* Omnes item non Graecorum solum, sed
etiam Romanorum Dij ad solem quoque referebantur,
Mars, Mercurius, Esculapius, Salus, Hercules,
Isis, Serapis, Adonis, Aeneas, Divus, Nemesis, Pan,
Planus, Saturnus, nihil aliud erant quam Sol, ut
idem probat Macrobius libro citato, His ductis
a solis effectibus, nec ipse Jupiter, inquit ille, Rex
Deorum, solis naturam videtur excedere; sed eundem
esse Jovem ac solem clavis docetur iudicis. Hinc Jovi
id est soli, veteres sacra faciebant, illumque colebant
tanquam summum Deorum Regem, et Assyrii illi
Adad nomen dederunt: ejus nominis interpretatio
significat annus. Hunc ergo ut potissimum adorant
Deum: sed subjungunt eidem Deam nomine Mergatim;
omnemque potestatem cunctarum rerum his duobus
attribuunt, solem harramque intelligentis, nec
multitudine nominum enuntiantis divitiam eorum

cap. 18. 19,
20, 21, 22 &
23.

Tractatus

per omnes Species potentiam: Sed argumentis quibus ornantur significantis multiplicem prestantiam duplicis numinis: ipsa autem argumenta solis rationem loquuntur: namque Simulacrum Adad, iusigne cernitur radiis inclinatis, quibus monstratur vim cali in radiis esse solis qui demittuntur in terram. Astragalicum Simulacrum sursum versus reclinatis radiis inigne est; monstrando radiorum vi superiore demissionem enasci quaecunque terra progenerat. Postremo potentiam solis ad omnium potentiam summamque referri, iudicant Theologi, qui in sacris hoc brevissima precatioe demonstrant, dicentis, **O sol** — **omnipotens, Mundi anima, Mundi** — **vis, Mundi Lux.** cui addendum est locus ex Plinio desumptus, et supra cap. 3^o citatus, qui Solem Deum esse declarat, et affirmat nullum alium, praeter illum esse, appellans illum Mundi totius animam, ac planitias mentem; quem principale naturae regimen, ac Numen credere decet; opera ejus aestimantis. Quisiam alii, non solum nationes et populi consuetudine, sed etiam singulares homines, doctrinâ, Solem et reliqua Sydera pro Diis habuerunt, ut citato 3^o cap. exposuimus, ad vim nempe et significationem nomini respicientes. Quae opinio per totum humanum orbem, haud dubie diffusa fuit; et hodie adhuc viget apud plurimos, praesertim

De Diis Cap. 6. um 179

Quid eos qui Judaicam religionem ignorant, a quâ
Mahometana et christiana profecta sunt, quæ
ignotum et inuisibile Numen adorant. quæ de ijs jam
retulimus in præcedentibus, et hoc capite pertinent
ad eos omnes populos, nationes et homines qui
Ægypto, Babylonia quæ adjacent, Ægyptiorum et
Chaldaeorum moribus et disciplinis instituti fuerunt
nam verisimile est hos omnes populos qui regiones
illas incolabant, qui quæ versus totum fere orientem
degebant, ab Ægyptiis et Chaldæis hanc omnem de
Diis institutionem accepisse, et ex eodem fonte
divinas artes ac disciplinas hausisse, ubi 2.º cap.
hujus tractatus declaravimus, Verum has de Diis
opinionem ad Cæteras nostri hemisphæri nationes
etiam pervenisse certum est, quippe Martem,
Apollinem, Mercurium, Jovem, Venerem, et alios
Deos colerent, quos omnes solum esse declaravimus
de Germanis ultimis fere nostri hemisphæri vestros
occidentem populos, hoc Cæsar testatur, lib. 6.º de bel.
gal. de quorum numero, inquit ille, eos solum ducunt
quos Cœnant, et quorum opibus a pesti juvantur, solum
videlicet et lunam; reliquos, ne famâ quidem acceperunt,
nec tantum hujusce hemisphæri populorum hæc fuit de
Diis opinio, sed etiam aliorum hemisphæri, quod orbem
novum appellamus, sive Americam. hinc etiam populi
omnibus in locis ac regionibus Deum esse solum existimant,

Tractatus

Astra et cælum omne, Lunam autem esse Solis
 conjugem, hosque Deos esse immortales prædicant. Terram
 etiam pro Deo plurimi eorum habent, sibi persuadentis illam
 esse rerum omnium parentem; Solem et Lunam Universi
 Creatores et conditores esse existimant; cumq. Juramento sese
 obstringunt, Terram manu tangunt, et ad Cælum Oculor
 tollunt. Cum tonat aut fulgurat, maximo sunt terrore
 perciti, arbitrantis Solem illis iratum esse. Cum fit Eclipsis
 Solis, dolent et lamentantur, præsertim mulieres, aliaque
 religiose vel superstitiose perpetrant, quæ in tractatu de
 Religione referemus. hoc tandem adeo persuasum habent, Solem
 Videlicet et Lunam Deos esse, ut nullos alios unquam admittere
 voluerint, nisi armorum rei coacti atque subacti: hoc enim modo
 tantum Religio Christiana introducta fuit in eos in
 in quibus hodie regit. Cum autem de hac loquantur, dicere
 solent, ut refer ² Summus, dicunt senolle pro illa Deos
 antiquos et Religionem suam deesse, neque enim Christianam
 illis sed tantum Hispanicam comperere atque convenire. Notata
 maxime dignum est, quod olim in his Captivitatibus eorum
 euenit in Regione Tombe, nuncupata, ut refer ² id
 Summus, frater Vincentius de Valurda Dominicanus, Crucem
 et Bibliorum volumina manu gestans accessit ad Regem
 illius Regionis, se de illi cum multa veneratione humiliter,
 illuq. Crucis signo benedicens, et exposuit summam cuncta
 Christianæ Religionis mysteria, Creationem videlicet mundi,
 primique hominis; ejusque peccatum quod originale dicitur
 ad omnes.

¹
 Fundus in
 hist. ind.
 collection.

²
 Cap. 27^o

³
 Cap. 113^o

De Diis Cap. 6.^{um} 181

ad omnes posteros transmissum; cujus gratia Christus
Dei filius hominem seculo fecerit, qui ex virgine natus,
passus deinde, mortuus et resurrectus, in caelum tandem
ascenderit. Sapatam autem, vicarium suum in terris
fecerit, qui Hispanos per totum terrarum orbem ad
praedicandam Evangelii fidem, Christiq. religionem
annuntiandam miserit. Rex vero hos Dominicanos
sermones audiens attentissime, tandem respondi, se a
Religionis suae ritu nolite discedere, de qua etiam disputare
iudicans esse arbitraretur, quippe quae optima illi videretur,
perutilissima etiam, et omnium Majorum suorum consensu
ac longo temporum usu comprobata atque confirmata,
apud populos suos permaneret, addit et haec, Christum
Hispanorum Deum mortuum esse; Solem vero et Lunam
suorum populorum Deos, nunquam interire, Quarebat
etiam ab isto Dominicano unde et a quo accepisset Deum
Christianorum Mundum Creavisset. Tum Dominicanus
Biblionum librum illi praebens, hunc ista referre et
asseruere dixit, quem Rex accipiens, et oculos in
eum conijcens, evolvit et revolvit, dixitque hunc
librum de hisce rebus nihil loqui: in terram itaque
illum projecit, et a se indignans avertit, soli tantum
et lunae, tanquam veri Diis, servire et sacrificare,
pium ac religiosum existimans, istae de Diis opinionibus
deliramenta etiam, sicuti alii, immiscuit, et absurdas
perpuationes habuit, credunt enim, ut diximus, Lunam
esse solis conjugem, ita ut illam in plenitudo credant ab

Tractatus

In toto sole fuisse percussam, quia tunc luna rubicunda et inflammata videtur. aliasque absurdas de ipsi opiniones habent, quarum quaedam supra jam dictae sunt. A ejusmodi fabulosas persuasiones omittimus. Sufficit ostendere illas de sole et luna tanquam Divis habitas fuisse. et horum Deorum opinionem per universum orbem humanum fuisse diffusam. Quomodo autem id factum fuerit, et tam longis marium et humanum intervalis distanti populi, in eadem opinionibus et religionibus fuerint imbuti, in tractatu de Mundo luculentius declaravimus.

Ex his tandem omnibus quae recensuimus facile colligi potest solem, lunam, et aethrae corpora Caelestia Solis esse Deos ab omnibus acceptos; et per hoc nomen nihil aliud intelligi posse. Namque si Dii sunt accipiendi quidam, hi soli admittendi esse videntur, aut prorsus nulli. Cum enim haec de Divis opinio excogitata fuerit ea solummodo ratione ut humani generis societate religione tanquam vinculo constringeretur; et ad principatus utilitatem, ut melius in officio homines continerentur Deorum metu, sicque Principes tranquillus regnarent, et beator felicioque saret Res publica, nihil referre videtur quos Deos populus credat; omnes enim qualescunque sint, cuilibet Reipublicae utiles esse possunt, ut ostendemus in tractatu de Religionis. Sol igitur, Luna et aethra Caethra, aequa boni et propitii erunt Divi, ac alij qui fingi et imaginari possunt; imo verisimilius est, et rationi convenientius hos Deos statuere, qui sunt visibiles, et quorum maximas virtutes, salutaresque effectus quotidie experimur, quam alios incomprehensibiles, et omnino

De Diis Cap. 6^{um} 187

Commentitios ac penitus ignotos. Plebs tamen
indocta omnes admittit, mens docta nullos, ut prohi-
figmentum esse sciat. neque ob id, indoctis docti
detiores sunt; imo saepius aduertitur Leges peccant qui
de Diis recte secundum illas sentiunt; quam qui nihil
unde manifestum fit ea omnia quae de Diis conficta
fuisse, non solum populorum et humanae societatis gratia,
verum etiam Sordidum et Ambitosum, privata utilitati
excogitata fuisse. Deinde plebis ignorantia admitta atque
introducitur eo usque Crevisse, ut iuuenta timoris
diuturnitati, et longo annorum lenio veritatem attenuata
esse videantur, et indubitata ab oibus fere existimentur,
profecto, qui primi eiusmodi de Diis opinionum excogitatores
fuisse, et seruis et arbitror, ardentis plebem Stultam adeo
esse, et fidem tam pernicacem his mendaciis adhiberet; haud
ac pector ille celestium qui cum fructus quosdam ad-
verum adeo bene expressisset et aves undique ad illos edendos
aduolarent, risisse fertur, et exultans dixisse, Le nimium, sed
innocua in fallendi artem inuenisse, sic primus Deorum auctor
innocuis quidem, sed decipientibus tamen mendaciis, homines
apud delusit: et fabula veritatis vim apud eos prostrata
obtinuit. Haec autem falsae persuasiones, et mens humanae
deceptiones non aliunde procedunt quam a stultitia, inervatione,
credulitate, et ab opinione quae absque sensuum testimonio,
homines de rebus istis Concipiunt, legum iam auctoritates in his
plurimum valent, et maximi esse ponderis. Multi enim sunt
qui veritatem agnoscunt, et in praecedentibus, jam diximus,

Tractatus

Illam palam profiteri, metu legum non audentis, —
 istis figmentis fidem adhibere simulauerunt. et cum
 quidam veritatem illam aperire plus a quo sibi permisissent,
 statim supplicii legum auctoritate, affecti, coerciti fuerunt.
 Temporibus paulo superioribus in hunc omnes ferme doctores
 vigeat opinio quod Theologia esse fallax et contraria
 Philosophiæ naturali circa mundi æditatem, animorum
 mortalitatem, de Religionis varietate, Inferorum, —
 Superiorum, Angelorum, Dæmonum, insanis superstitionibus,
 sicut Rogerius Baconius, et alii iurauerunt; et contra
 istas Theologiæ falsas doctrinæ, temporibus D. Thomæ et
 Alberti, adeo inualuerat doctrina Aristotelis et Averrois,
 ut stultum putaretur qui illis contradiceret. sed concilio
 et Religionis auctoritate hæc palam profiteri desierunt, ut
 supra cap. 1.º retulimus. ex consensu Cardinalium
 electorum. in Concilio præsertim Lateranensi sub Leone X.
 id expresse inhibuitur hæc hæc verbis. Insuper omnibus
 Philosophis publice legentibus præcipiendo mandamus,
 ut cum Philosophorum principia aut conclusiones, in
 quibus a rectâ fide deuiare noscuntur, auditoribus
 legentibus, aut explanauerint, quale hoc est, de Anima
 Mortalitate, aut vinitate, Mundi æditate, et alia
 ejusmodi, liceantur eidem pro posse docere veritatem
 Religionis Christianæ, atq; omni studio hujusmodi ypphorum
 argumenta excludere. nisi verbis patet non tam veritatis
 rei, quam Religionis auctoritate hoc hodie per suaderi.
 Quæ cum ita sint, fatendum profecto esse opiniones, quæ de


De Diis Cap. 6. ^{lib. 1.} 185

Dijs feruntur, prorsus esse falsae: nullamque hanc
veram esse posse, nisi, quae illos nullos esse, affirmat,
quales leges illos fingunt, alia omnes vel somniantia
deliramenta sunt, vel Philosophorum et theologorum
fama Consulentium portenta, vel Legislatorum et
Principum signata, vel denique Credulorum
imperitorum stultae persuasiones. Si quidem qui bona
fide de Dijs quae dicerentur crediderunt, et sincerâ
persuasione eas esse affirmauerunt, in hunc errorem
inciderunt eo quod menti percipere non possent
quomodo haec omnia quae in mundo conuidentur, et
Mundus ipse ortus et constitutus fuerit.

1 Ergo per fugium Dijs habebant omnia Dijs
Tradere, et illorum nutu facere omnia flecti:
In Caetque Deum Sedes et templa locarunt,
Tentat enim dubiam mentem rationis egestas,
Et quantum fuerit Mundi genitalis origo.

Cum omnia nasci et decedere viderent in terris, in hanc
opinionem adducti sunt, Caetam etiam orta et instituta esse, et
Caetum, Terramque ortum habuisse, finemque aliquando et
initium habitura arbitrati sunt. Neque censuere rerum aliquid
fuisse principium; nec id potuisse, nisi a aliquo aeterno Opifice
proficisci: eundemque, Deum esse existimauerunt, quem
legislatorem, et ejusmodi commentis inuentorem primi finxerunt
omnipotentem, et rerum omnium auctorem; quae opinio,
feminum imperitorum ignorantia profusa inualuit. Verum
Cognita nunc et perspicua Deorum natura, facile

Lucr.
lib. 5.



Tractatus

esse standere, nullum rerum fuisse initium, sed omnia
 æterno motu Constare, et immutabili nature lege et
 potestate permanere. Hanc in Mundo et in rebus quæ in eo
 immortaliter Continentur æternitatem manifesta docet ratio.
 Cum enim Æternitatem quocumque modo Statuere necessarium
 sit, siue in Mundo, siue in Mundi origine, quod est, seu volum
 Leges, Deo, probabilius multo et verisimilius esse illam in
 Mundo, quam in Deo credere et ponere. Nam Mundus Ens
 est visibile, sensibile, de Cuius existentiâ nullus dubitat,
 ab omnibus per infinita infinitorum seculorum tempora
 visum eodem semper modo, manifestum et notum. Deus
 vero, qualem illum leges ponunt, Nullum est Ens, aut
 si est, nihil esse potest quam Ens rationis, et mentis.
 Nostræ figmentum, quod suum esse in intellectu tantum
 habet, veluti Gyro cornus et Chimæra. imo minus
 quam Chimæra: hæc enim ex naturis differentiibus, sed
 tamen cognitis, habet suum esse in intellectu
 constitutum. At Deus, qualem nempe illum leges
 fingunt, nullum suppositum habet, nullam naturam,
 nullam accidentiam, ex quibus suum esse in intellectu
 constitui possit: sed est tantum Ens ex nihilo constitutum,
 Chimæra in intellectu possibilis est, et est figmentum
 admodum Entis. Deus vero omnino caret Enti, nec etiam
 tanquam Ens quoddam fingi potest, quia nullus est.
 Neque nullus unquam illum vidit, aut audiuit, nec
 menti precepit, neque enim audiri, videri, aut
 Comprehendi potest id quod nihil est. At æternitatem

De Diis Cap. 6.^{um} 187

Eusmodi Enti attribuire quod realitatem et
existentiam ullam nequidem habeat, a ratione
alienissimum est, et illud omnium rerum Auctorem
facere, menti Sani haud ferendum; Itaque Certissime
Mundus existimandus est; et nulli Consenti Dij.
Quod quidem ex his quod in hoc tractatu vetulimus
manifeste colligi potest, et magis etiam manifestum
erit ex his quae in sequenti tractatu de Aeternitate
Mundi declaraturi sumus.

De Buis Copied

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Tractatus Secundus

qui Est
De Mundo.

Caput Primum

In quo

Ad Tractatum de
Mundi Unitate
fit Ingressus

Si In His, qua de Diis tanquam Mundi
Conditoribus atque rectoribus dicuntur, innumerae prope
confictae fuerint a diuersis ingenium fabulae; in illorum
opere non minus mendaciorum, et erronearum opinionum
cocogitatum est, et veluti nulla gens fuit unquam quae
privatas de Diis sententias non habuerit, sic unaquaeque etiam
de Mundo quae sibi placuisse opiniones habuit diuersas a b aliis,
apud plebem de eorum omni sententia perculgata est, quae de Diis
imperialium animis per sua se maxime iurata est; consequens enim

R

Tractatus

videtur conditum Mundum arbitrari, cum Deum esse concessum et credendum est. Neque enim quod summum et omnipotens existimatur imaginari potest. Vulgus absque rugosis: proque oportuit illi, non Deos aërios in aërio Mundo otiosos fingere, sed Conuenientibus existimatum est illos et laboriosos, Arti ficos, opificos, vigilantes, rebusque omnibus providentes; quam desiderat et ab omni negotio vacuos facere; id Circo Mundi conditores et rerum gubernatores rectoresque affecti sunt. Verum huiusmodi fabula plebi tantum indocte persuadentur, quae facile ijs rebus fidem adhibet, quibus vulgo delectatur. Nulla autem res magis valitur quam ijs quae ad diuina pertinent; nec animi magis in rebus illis creduli sum, quam in ijs. Deos esse sibi persuadentis, illos etiam esse rerum omnium conditores existimant, quidquid enim, vel absurdissimum etiam, ab hoc fonte proficisci dicitur, possibile arbitrantur; cum nihil esse Deo impossibile persuasum habeant. Verum cum ejusmodi de Deo persuasio ab anticipata de Diis opinione procedat, non difficile erit Mundi aëritatem persuadere ijs qui de Diis, quales illos leges fingunt, nihil sentiant; ideoque omnes fere ex antiqui Philosophi aërium Mundum crediderunt, quia Deos istos nihil prostrae esse perspectum habebant. Si ea quae superioribus tractata dicta sunt, non sufficiunt ad id intelligatur nihil omnino Deos esse, quales inquam leges ponunt, praeter id quod ipsa credulorum persuasio sibi finit; et cum ij nulli sint, Mundum necessario esse aërium, quae in hoc tractatu de Mundi aëritate dicuntur fortasse satis enuntiare

De Mundo Cap. 1.^{um} 191

Mundum esse aeternum constat, et Deos significatum esse ostendatur. Nam ex Mundi ortu tot absurda et impossibilia sequuntur, ut inde facile conicias aeternum illum necessario esse, ingenerabilemque et incorruptibilem: non quod dixerim ea quae in Mundo sunt, esse aeterna, et illi enim quae generantur, corrumpantur etiam necesse est, plantas V. g. et animalia corruptibilia videmus, quae generabilia: sed tamen illorum species ab aeterno fluxisse certum est; Aer in futurum permanens non affirmaverim, ut potest corruptioni et interitui obnoxias, quod si iuris aeterna quaedam futura esse duratio hanc respicietur profecto magis in ijs quae perfecta, quam quae perfecta vocamus; Cum illas ex materia permanenti et aeterna, Solentemper et terra generentur: hanc vero, ex semine, unumquodque videlicet secundum speciem suam; quae et si nunc vix permanentes videntur, ea tamen penitus interire possibile est, in quo sane audax hominis superbia in humilitate profundum ruat necesse est: Lepus animal istud omnium stultissimum, supra caetera nimis surgens fastu extollit, cum infra alia quae vilissima putat, se se deprimere omnino debeat. Homo enim ille perfectum et animal esse jactans, de aeternitate ac duratione sua speciei non tam certus est, quam ea animalia quae vocantur infecta. Nam ut homo generetur, homine necessario opus est qui innumeris modis periret ad interuersionem usque deleri posse, et nunquam in rerum naturam reuocari: Cum enim nulli homines superestent qui alios procreare possent,

Tractatus

necesses profecto esset. Speciem istam penitus consumptam
 extinctamque remanere. Intecta vero, ut quærentur,
 Sole tantum opus habent, et terrâ et limo terræ, aut
 putredine, aut aliâ indelebili materiâ: quæ cum æ-
 thera, animalium etiam ex illâ nascentium, Species
 ætheras esse necesse est: et quamvis casus aliquis cunctos
 serpentes, et mures ex putredine ortos, vel lincas, aut
 aliud infectum omnino extinxerit: alia confestim, eodem
 modo quo extincta nata erant, renasci videremus: illorum
 namque materia æthera est, nec unquam cessare potest. Dum
 Sol calorem suo terras fouebit. hæc engoratione homo
 omnium Animalium superbissimæ, abjectissimæ etiam
 existimatæ vilior. Ceteris debet; imo, et plantis etiam
 vilioribus: illarum etiam semina in terræ sine continentur,
 et summo nature studio fouentur, adeo ut illas passim
 absque Cultore villo profundat; hominum vero semen
 non nisi cum vigili et laboriosa industria perpetuari
 potest: neque natura majori sunt cura omnia quæ minus
 homines curant: et quasi neglecta ab illa sunt, ea quæ
 magis illi astimant.

Cum autem cuncta hæc ab æthero in æthero Mundo
 nunc usque Successione perpetua progressa et continuata
 videantur, illorum origines scrutari inane protheses, imo
 ridiculum: in Mundo enim cum Mundo sunt; quin
 etiam pars quædam cuiusce totius sunt; et cum Mundus
 sit ætherus, hæc omnia ab æthero etiam esse necesse est,
 et in ætherum duratura verisimile est: neque enim

De Mundo Cap. 1.^{um} 193

facile esse existimaui in adeo genere hominum, aut aliorum perfectiorum animalium, illis Natura vicibus intereat, quin aliquid bonum semper remaneat, ex quo generentur alii, veluti infinites jam dicit, et in in sequenti huc declarabimus. Nunquam autem Concessum hominem, aut aliud ex his animalibus quae perfecta vocantur, ex putredine et limo terra posse oriri, aut inquam ortum esse, quamvis haec opinio apud multos plurimum valuerit; in quibus est Pictus Mirandulanus qui inter Argumenta suas Conclusiones Roma propositae, ponit ex Zicconae opinione hominem posse ex putrefactione generari. Cuius etiam Sententia Cardanus est, et per multos quoque veterum, et in didoro sculo colligi potest. Hancque fabulam pro vera historia, non detum qui crediderim, inquit Varro, huiusmodi enim conuenit athenum fieri aliquando posse formas, quae ita in materia imponantur, ut homines ad hunc modum nascerentur, sed ad Conuincenda & refellenda ejusmodi Mendacia. Olla quotidiana opus est experientia. quae enim animalia ex putredine et limo terra sic oriri statum et, ea quotidie generari et oriri videmus, ut Serpentes, Murres, et alia infecta. At nullum ex perfectis siue homo sit, siue aliud quoddam pecus, per ejusmodi generationem ortum inquam fabuisse, Nullum adhuc vidit; si olim factum esset, aut fieri potuisset, Postquam per tantam saeculorum anti-

Lib. 1.^o
cap. 1.

2.
dial.
37.

Tractatus

Actorumque temporum seriem, id aliquando euenisset:
 Nec Hodie vires naturæ adeo defecere, ut tam
 egregium opus ab illâ prodire nunc etiam non possit.
 Sed quia id fieri nulla probat experientia; nec unquam
 factum esse; neque etiam unquam fieri posse fatendum
 est; ideoque tanquam fabulam et ridiculum iugatorum
 Commentum, omittendum est: et confutandum nulla esse
 rerum initia, sed illarum origines profundis æternæ
 naturæ abditis esse sepultas: quam æternitatem menti
 et cogitatione quemquam persequi posse nullus est qui
 affirmaverit, unde Cicero cum Blatone, nihil sine
 causis generari dixerit, sed illum quidem quasi parentem
 huius universitatis inuenire difficile, et cum jam
 inuenire indicare in vulgus nefas. * Nam cum populariter
 a Diis ista orta esse et pendere existimet; si de Mundi
 æternitate opinionem haberet, illam quam de Diis
 fabulæ prorsus tolleret: quasi Diij non fuerint alia
 ratione excogitati, quam ut essent qui Mundum
 condidissent et regerent: itaque recte dici posse solitatur,
 Deus est, ergo Mundus factus est: et vicissim
 Mundus ab æterno est, Deus igitur nihil est. Dum
 omnino nihil esse, qualem videlicet illum leges ponunt,
 ex iam dictæ superiori tractate manifestum hæc est;
 et ideo Mundum non factum fuisse; Mundum enim
 æternum esse ostendendum vicissim est, et ideo nihil
 esse Deum.
 Per Mundum vero intelligimur hunc sensibilem

De Mundo Cap. 1. ^{um} 195

tanquam unum numero, non admittentis nau-
innumera bilem Mundorum infinitudinem veluti
fungos nascentium, et singulis diebus interuentium,
ex opinione Democriti. neque etiam illorum similitudinem
sed plurimum ex Manichaeorum opinione, a qui etiamnum
vixit Thalimudistarum. tales enim Mundos fingere,
nulla experientia probatos, non modo somnio proximum,
sed omnino etiam temerarium est. nisi itaque vanae
ficti omnia reieceris, ad veram Mundi definitionem
accedendum est. hoc itaque sensu, Mundus est
Compages o Caelo terraque Coagmentata, atque ex
his naturis quae intra ea continentur: et haec
definitio est ex auctore Libri de Mundo qui
Aristoteli tribuitur. figurae autem Mundi media
pars, inquit idem auctor, cum immota et fixa
quiescat, terra ritae dabitur possessio facta est; quae
quidem hospitium et Cuiusque animalium generis
matrem se praebet. in fine pars uniuersa, et
utque quaque finita circum scribitur. Summa Caelum
est appellatum, quod quidem diuinorum Corporum
habetur plenum, quae sidera appellare consueuimus;
idem quoque. impiterno iucitatum motu una in orbem
circumjectione cum his omni bus absque interjectione
replicatur. Varro autem sic illum diuidit, ut refert
D. Augustinus, In Caelum et terram; et Caelum
bisariam in Ethera et aera: terram vero in aquam

lib. 7. de
ciuit. cap. 6.

Tractatus

et summum; ex quibus summum dicit esse *Aethera*;
 secundum aëra; Tertium aëra: infimum Aquam;
 et hæc ex diffinitione diuisioque hujus Mundi de
 quo locuturi sumus tanquam aëreus, et a nullo
 extra generato.

Circa hanc aëritatem plurima et diuersa
 opiniones sunt: aliqui negant illam, alij
 affirmant simpliciter, alij denique affirmant
 quo ad res permanentes; negant quo ad
 successiuas, vel omnes vel aliquas. per res
 autem permanentes intelligitur motus tum
 rectus, tum circularis. per successiuas
 intelliguntur generationes a b aëre, quales posuit
 Aristoteles, ita ut quicui homo ab alio procedenti ortus fuerit
 vel ejus modi ut omnes homines ab uno aliquo pari, mare
 scilicet et femina ab aëre existitibus geniti fuerint. Qui
 maxime conuenit quod Constantinus scribit. Multa sunt, inquit,
 quæ ad hominum pertinentem originem: et hæc quæstio inter
 antiquos sapientia iudicibus versata est; quod cum Constantinus
 homines singulos ex parentum seminibus procreatos, Successione
 proles multa sæcula propagare, alij semper homines fuisse,
 nec unquam nisi ex hominibus natos, atque unum generi-
 caput, exordiumque nullum arbitrari arbitratum sunt. alij vero
 fuisse semper cum homines non essent et hinc ortum aliquando
 principumque naturæ habitum, sed prior illa sententia quæ
 semper humanum genus fuisse prædicit, auctores habet

De Mundo Cap. 1.^{um} 197

Pythagoram Samium, Ocellum Lucanum, Archytan,
Tarentinum, omnesque adeo Pythagoricos. Ita et Plato
Atheniensis, Xenocrates, et Dicaearchus Messenius; inique
Antiquae Academiae Philosophi non aliud videntur opinati;—
Aristoteles quoque Stagyrus, et Theophrastus, multique
praeterea non ignobiles Peripatetici idem scriptorunt, —
ejusque rei exempla dicunt. quod neque omnino posse requiri
Aves ne anti, an ova generata sint, Cum et ovum —
Ane aue, et Auis sine ovo gigni non possit. Itaque
et omnium quae in sempiterno isto mundo semper fuerunt,
futuraeque sunt, aium principium fuisse nullum, sed —
orbem quemdam esse generantium nascentiumque in quo
terris cujusque gentis initium simul et finis esse
videatur. qui autem homines primigenios divinitus naturam
factos crederent, multi fuerunt, sed aliter atque aliter in hac
estimatione versati, nec posteriori sententia, quia fabulam
punitivam redderet, omnia eadem videretur, illa enim est quae
homines à Libratoribus, contraque animalia, limo
caelefactos esse dicit, aut ex pulveribus, ut supra dictum est,
aut alia ejusmodi fabulosa ratione, quae non difficile dicitur,
aut idem Censorinus, rudis antiquorum credulitas recepit.
et Cum talia sine contra rerum sciam, naturaque ipsius
excogitata Commenta, ab iis animus est Quae sententia;
No, ea sequenda sunt quorum veritas certa ratione
et natura ipsa constituta est. quam ut melius
atsequamur, non incongruum erit varias hic afferre
fabulosa de Mundo narrationes, quae veritati opposita

Tractatus
 non Dubium est quia Magis falsa appareant et
 veritati ipsæ multo splendidiorem lucem afferant.

Caput Secundum

In quo
 Variæ de Mundi ortu
 opinionum et rerum
 Principiorum referuntur

Non solum Philosophia sed et Theologia
 etiam pariter suæ in hac questione tenet, et
 sententiam suam, quamvis ab alterâ diuersam, et
 unaquæque constantiter asseruat, utque hinc: nec minus
 quæ effrenos compescit, Delirio in hoc effrena est, quam
 Philosophia quæ de omnibus rebus libere sententiam et
 iudicium suum profert. Unde nulla gens unquam religione
 imbuta fuit quæ suam de Mundo peculiarem quandam
 opinionem non habuerit: neque etiam ullud Philosophia
 cui aliqua non placuerit ab aliâ diuersa. Sic opiniones certatur
 reliquæ, Dei autem veritas semper ignoratur: unaquæque secta,
 siue Theologorum illa sit, siue Philosophorum sua amplectitur
 dogmata et axiomata, quæ omnibus ingenii viribus et

De Mundo Cap. 2.^{um} 199

opinionum munimentis diffidunt atque truentur, verã
ratione posse haberi, Cui nihil ponderis nihil auctoritatis
concedunt. ex quo tot tantaque fabulosa oriuntur
narrationes, quæ tamen apud Vulgum pro veris constare
videntur, et multitudine Credulorum veritatem ipsam longe
etiam superare. Nulla quæ circa Mundi ortum sunt
ejusmodi omnino sunt, nisi potius a Theologis secundum
Religionum decreta differentiatur excogitata, et a Philosophis
ob metum legum falsa fingentibus, vera autem nunquam
dicentibus. Quæ autem de isto Mundi ortu per vulgum fieri
opiniones; nullis rationibus, sed profundis firmisque
radicibus hominum animis infedere, quippe a Religione
precepta. hæc vero Duæ sunt. una apud Christianos potissimum
celebratissima, Mundum creatum, id est, ex nihilo constitutum
fieri; altera apud Antiquos Philosophos per vulgatißima, quæ
genitum et productum ex materialibus principiis in unum
confusis, quod Chaos primo dictum est. Casu, fortunâ ve
deinde, aut mentis Divinæ in ordinem digestum. utraque illum
inhærentium fingit et dissolutum quia factum, mortalemque
quia genitum. Ægyptii hæc opinionem tuebantur, et re fen-
dentius, a Ceterisque Plato, Ceterisque opinionibus consecrati
sapienter, illam ad aliam deduxerunt. Solus Moses quamvis
ab Ægyptiis edoctus, a Magistris Sura et præceptoribus
desciscens, quasi melius ipse fabulatus primam opinionem
introduxit, dixitque Mundum fuisse a Deo ex nihilo
Creatum; quam opinionem amplectuntur adhuc hodie
et omnes qui a Mose Religionem suam acceperunt. In hoc

Prolem di-
cit. psil.

O

Tractatus

200

6. n. 1.º

6. n. 2.º

3
ibidem

4
ibidem

5
lib. 1.º cap. 11.º

tamen cum Aegyptiis convenit, quod hominem ex limo
 terrae a Deo formatum sentiant; et de humo Cuncta
 animantia terrae, et universa Caeli volatilia; quamvis antea
 haec omnia, cum caelo et terra iuxta creata fuisset dixerit.
 Vtriusque autem opinionis de ejusmodi ortu Mundi, verba hic
 apponenda esse existimo, ut Cui auctorum magis fidei
 adhibenda sit in hisce narrationibus a omnibus mentibus
 expendatur. Moses igitur qui Creatorem ex nihilo finxit,
 de illa sic scripsit. In 3.º principio Creavit Deus Caelum
 et terram. terra autem erat inanis et vacua. tenebrae erant
 super faciem abyssi, et Spiritus Dei ferebatur super
 aquas, dixitque res fierent omnia, quae sex diebus intervallo
 facta sunt. et Creavit hominem ad imaginem suam, ad
 imaginem Dei Creavit illum, masculum et feminam
 Creavit eos. et deinde. formavit igitur Dominus Deus
 hominem de limo terrae, et inspiravit in facies ejus
 spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem.
 formati igitur Dominus Deus de humo Cunctarum
 animantium terrae, et universae volatilibus Caeli, addidit
 ea ad Adam. Non inveniebatur Adae adiutor similis
 ejus, immisit ergo Dominus Deus sporem in Adam,
 cumque obdormisset, tulit unam de Costis ejus, et
 edificavit illam in mulierem, et addidit illam ad Adam.
 haec sunt prima opinionis verba, quae in sequentibus
 discutiemur et examinabimur. Alterius opinionis
 ejusmodi sunt, et haec ex Didoro 5.º titulo de Sumpta Sumis
 Quidam, inquit ille, Mundum genitum corruptibilem arbitrati
 sunt

De Mundo Cap. 2. ^{un} 201

Sunt, et homines dixerunt generationis initium
tempore esse sortitorum. Nam aërum primordio et cælum
et terram univocam habuisse idæam immixtâ eorum naturâ.
Exinde distinctis inuicem Corporibus, Capisse Mundum hunc
ordinem quem videmus. Aërem quidem motum hunc continuum
sortitum; et igneam ejus partem superiora loca propter leuitatem
ajum appetisse. Eadem Causâ Solem et Alia corpus suos sortita,
quod vero humori mixtum, eodem sortisse in loco propter
gravitatem. quæ Commixta erant, ex humidis quidem mare
effectum: ex durioribus vero terram liquidam euasisse, et omnino
mollem. hæc primum cum solis ardore densior euasisset, ejus
postmodum superficie vi Caloris tumefacta, multis in locis
humores quosdam esse Concreatos, in quibus putredines hinc
contorta pellicula sine Excitate. quemadmodum in paludibus
et stagnis Aegypti videmus accidere Cum frigidam terram
sibito Alia Aëris calefacit.
Cum vero in humidis Calores adhibito generatio fiat, et
nocturno quidem Circum fupere aër, humorem præstat, qui die solis
virtuti conso lidetur, tandem putredinis illa ad summum perducta,
adueniunt veluti parturiente tempore, duntis Contractisque pelliculæ
omnium generum, ^{animantium} educunt, formæ: quorum ea quæ majorem
calorem sortita sunt, in superiorum regionum volatilia effecta
alienant: quæ vero plura terra continebant, sequentia aliisque
hæretica animalia euasunt. Naturam aquosam nacta in
his generis elementum delata sunt; et appellati pisces.
Terra deinceps cum solis ardore, tum ventis in dies Magis
arefacta, a signandis majoribus animalibus defuit. Sed qua
S

Intractatus

generata erant mixta Commixtione alios Animantia
 procreauerunt. hoc et Euripides Anaxagoræ Physici discipulus
 sentire videtur, Cum in Menalippo Calum & terram mixta
 olim fuisse tradat; separata paruum generat singula,
 arbores, volatilia, feras ac omnes mortalium genus, de prima
 terræ generatione quamvis præter opinionem nonnullis esse
 videatur, tamen ea quæ nunc quoque sunt his hinc motum
 afferre videntur, nam juxta Thebaidem Ægypti cum Nilus
 cessante inundatio, calefacienti sole limum ab aquâ relictum,
 multo in locis ex terra hinc multitudo murium oritur, quod
 augmentum ex ab ipso orbis primordiis animantia similitur
 generata est. Item scribit idem Diodorus, Ægyptios prima
 animantia apud se esse orta, eâ Alti conieciunt, quod idem
 eueniat apud eos in terra Ægypti quod in Thebide euenire
 proxime supra narrauimus, et ex hoc percipiunt fieri ab ipso
 Orbis orbe primoræ homines Ægyptum protulisse, Cum in
 nullâ parte orbis accidat eo modo animalia creari, Nam,
 inquit ille, siue diluuium Deucalionide tempore plura animalia
 absumpti, Ægyptum, aiunt, ut poti ad mori em positum,
 Cum in ea plura rara sint, ex pestem ejus calamitatis
 fuisse: siue ut quidam sentiant, singula interuenit; æquum
 est, si terra rursum animalia genuit, apud Ægyptum principium
 generis omnium animantium obtinere: temperiem quippe ære
 æquum est præbuisse generationi principium, et causam generandi.
 Etiam et nunc quoque possumi Uudationem conspicitur
 diuortorum animalium fetus: abscidendi enim aquâ limoque
 terræ a sole arefacto, ferunt, quædam animalia perfecta,

De Mundo Cap 2. ^{um} 203

Semi perfecta alia videri in terra gleba.

Nec solum Aegyptii, Iudaei, Graeci de Mundi hominumque
Ortu suas habuere opiniones, quales illas supra retulimus,
verum etiam alii populi alias diuinae ab his habuere
sententias: et praesertim illi qui Americam incolunt, apud
quos quamuis ab Aegyptiorum, Iudaeorum, Graecorum ve
Ciuilibus moribus alienor, et eorum doctrinam et
disciplinam priuatoe, tamen peculiarem de ortu Mundi
opinionem praedicant ac docent, refert quae fuimus, in
insula illa quae hodie Sancti Dominici nuncupatur, religiosissime
conuictam quandam asseruari, in qua affirmant mare omne cum
piscibus omnibus ortum suum duxisse, ratum etiam
Comperitumque habere oleum et linam in quadaam spelunca
in Mundum prodituro: et a quadaam alia primum hominem
primamque omnium feminam oriundos esse asseruere.
Iam in Benuianis Regionibus a populis proceris haberi
quendam, Cori nomine, a Septentrione in regiones illas olim
venisse: Is aliquo assibus erat, admodum celer, et cum ingenti
velocitate procedens; solo verbo montis vallibus Aquabat,
et vallis montibus, et hoc modo iter suum contorqueret,
et errare illud quasi Compendio conficeret. Oleum natum se
praedica bat, et terram hominibus masculis et feminis,
quos creauerat, repleuit, illisque abundanter panis, fructuum,
aliamque rerum vitae humanae necessarium Copiam
tribuit. verum quia aliqui iram illius concitauerant, offensis
eum laedentibus, fertile solum quod illis tribuatur in sterile
conuertit, pluuiaque ademit, adeo ut in illo tempore, per

¹
his. Ind.
lib. 1. cap. 7.º

²
lib. 9.º cap.
122.º

Tractatus

Longum temporis et annorum intervallum ibi nullo modo pluerit, illorum lamen miseratur reliquit eis quosdam fluvios variados, sed magno cum labore. Aliter postea solis et lunæ filius, nomine Saciacama, hoc est Creator, advenit, qui Con ejecit, et omnes homines ab illo Creator in fela transformavit, aliosque novos ipse Creavit nominem, a quibus illi qui ibi hodie sunt, ortum duxerunt et res quasunque necessarias illis præstitit, memoriâ tanti benefici illati, tanquam Deum illum Colere, eique summos honores et sacrificia tribuere. Mundi etiam exitum aliquando futurum esse credunt, quem vehementer peccatorum processuram dicunt tuncque Solem et Lunam periturore. et istâ persuasione iuncti, Cum fit solis Eclipsis Exultant, lamentantur, flentque amarissime, tunc enim se Cum universo Mundo periturore arbitrantur.

Sabotius Sabotii non ignobilis juris consulti filius, Variarum peregrinationum hunc clavis, referebat quosdam populos sub æquatore positos tradere Regeneratos esse à quâdam Nymphâ ortâ ex arbore, soli aqua, et hanc olim editâ ex ipso tempore quo sol lucere capit. Nymphâ autem illa in fonte juxta mare Lauatum ire consuevit, accidit aliquando rei nuda in istâ aquâ demersa, fluctus maris tempestati aliqua acti spumam in eam impulserunt, quâ vulvam ejus ingressa, et hanc concepit Nymphâ peperitque filium, Qui deinde matrimonio junctus fuit et ex hujusmodi conjugio ortos et generatos se esse extiterunt. Sic cuncta longâ vetustate oblita, et ignota, fabulis Locum

De Mundo Cap. 2. ^{um} 205

praebent: quae ut unusquisque populorum quales libere
confictae narrationes pro veris habiturus sit, ubi
historia egestas erit. Verum hanc veniam Antiquitati
Luius dicit, ut miscendo humana diuinis
primordia rerum angustiora faciant; et si quid populo-
licere oportet, consecrare origines suas, et ad Deum
referre Authores.

Haec autem sunt quae de Mundi ortu et hominum
origine adeo celebrata et probata referuntur Commentis,
tam in Theologia quam in Philosophia, in quibus quid sit
non dico verum, sed verisimile, patet ex Exemplis supra
adductis, et id videntur, si qui ea examinare et perpendere
voluerint. Ego quidem existimo ex infinitis de fabulis nullam
posse excipere et eligi quae veritatis pondus atsequi debeat,
imo ne umbram quidem veritatis ex illis oriri posse
arbitror, quamuis historia fidem apud omnes nationes
vna quaque earum obtineat: Neque Creationem ex nihilo,
et generationem vel productionem ex materialibus
principiis inter se, quantum ad rei veritatem, differre non
potes; et quid quid a duabus istis opinionibus proficisci
posse origini simillimum puto; cum utraque fabula sit,
vel potius deliramentum quoddam; Altera mihi nihil veriora
aut saniora esse posse nisi per suadeo.

Ad principia nunc, quibus, ut illi videlicet affirmant,
omnia constant, veniendum est, id est materiam quae
Mundus exiit, et omnia quae in illo continentur,
constructa et coagmentata sunt: in quibus profecto

Proem.
lib. 1^o

Tractatus

non minus erratum et deliratum esse quam in opere,
 ex illis aedificato atque Constructo. Secundum creationis
 opinionem, Mundi principium, est nihil, quod quidem si quis
 tanquam intelligere, aut menti percipere poterit, concedam
 ex illo naturam rerum esse Constitutum: Moses Soluoc
 inter antiquos reperitur qui ejusmodi principium finavit.
 Secundum vero opinionem eorum qui Mundum genitum
 vel ex materia libris principii factum existimaverunt, alii
 alii Centuere, Vetus Philosophorum Schola inter
 Sectae diuisa est super hac questione. Prima Unitatem
 Principii. Secunda infinitudinem. Tertia Multitudinem admittere.
 Ex prima Schola aliqui Conventur Deum intelligisse, per Unicum
 Principium; verum quia hic interna, quae vocantur Principia apertae
 volumus, non externa qualis esse Deus, sijs admitteretur, a liud
 accipimus pro unitate principii. Aliqui ergo voluerunt ejusmodi
 Principium, internum inquam, esse aquam, cunctaque in aquam
 resolu, ut Thales Milesius, Alii lignum, ut Pyppasus. alii terram,
 ut Pitodius Therecydas. Alii Aërem ut Anaximenes. Alii
 aliquid medium inter ignem et Aquam, Alii inter Aërem et aquam.
 Ex secunda Schola Anaxagorae in unâ quâque re, latere volebat
 Infinitas rerum omnium particulae minuti concipias et permixtas,
 ideoque insensibiles. In generatione vero puta ignis, volebant
 omnes homogeneas in unum Coire, et tunc tandem apparere,
 quae confusa rerum congeries, vocata est homoeomeria Anaxagorae.
 Ex eadem Schola Democritus, ex quo Epicurus, admittit infinitas
 atomos solidas, qualitatum diversae, diuersae figurae, in infinito
 vacuo, innata gravitati perpetuo agitatae, multoque ac fortuito

De Mundo Cap. 2.^{um} 207

concurse Cohærentis iuicem, et conflantis aliquam molim, Unde
et infinitos Mundos volebas quotidie, ut fortuita illa atomorum
Separatione dissolui, ita excitari unione, quæ Soporibus
Democriti appellata est. Et Tertiâ Scholâ Zareta Chaldeus lucem
et tenebras voluit esse rerum Principia, Impedentes quatuor
Elementa, Ignem, Aerem, Terram, et Aquam, amicitiamque quâ
copulentur, discordiamque quâ dividant. Aliæ sunt aliorum Philosophorum
de Principiis rerum opiniones, quæ ad aliquam ex tribus supra dictis
Scholâ referri possunt, illasque hic adducemus, ut in hac re opinionum
diversitas et ingeniorum varietas, scientiæ varietatem, opinionumque
vanitatem manifestam reddat: et ex illarum absurditate, Mundi
absurditas concludi et inferri possit. Et primum.

Musæus, inquit Laërtius, primus, uti asserunt, Deorum generationem
tradidit, dixitque ex uno omnia fieri, in idemque resolui. In præf. de vita
Philoso.

Ægyptii materiam Principium rerum fuisse dixerunt, et hæc
vincens elementa quatuor discreta, perfectasque complures
animantis, Hæden,

Magi, id est Chaldei, Ægyptiis antiquiores, duo rerum Principia
admittunt bonum Dæmonem inquit et malum. Hæden,

Anaximander, ut refert Laërtius Elementum immensum hoc et
infinitum esse, non tamen definitum aëre et aquam, aut aliud
quippiam, partes quidem ejus immutari, totum vero immutabile, In præf. de vita
Philoso. lib. 1.º d.
ph. pg. cap. 3.º

Anaximenes primum infinitum et aëra, Principium esse dicebat, quia
omnia in aërem resoluebantur, et ex aëre vitam habebant. Vg.
anima nostra quæ aëre constat, vitam nobis tribuit, et aer quidem
et spiritus, omnibus rebus quæ in Mundo sunt, vitam conferunt
esse, spiritus autem et aer unum idemque sunt. Hæden,

Tractatus

Laert. in. i. par
vita ¹ Democritus, calidum et frigidum pro Principiis admisit, his
enim omnia Constat, dixit.

Plot. ² ibidem ² Avicenna laus dixit Principium esse Aerem infinitum, illiusque
rarefactionem et Condensationem, ex quibus una ignis est, altera
est aqua.

Laert. in. i. par
vita ³ Xenocrates Naturam omnium rerum ex Calido et frigido,
aridoque et Humido, fuisse profectam dixit, Cum ista in alterutrum
commutentur.

Plot. ⁴ ibidem ⁴ Pythagoras Numen statui rerum Principium quem sequitur
Materia Protomatae.

Sext. Emp. ⁵ de
hyp. lib. 3.
cap. 4.
⁵ Democritus Elementa Chius Ignem et Aerem, Pyrron et Hegesius Ignem et
aquam. Onomazetur vero, Ignem, Aquam, et terram.

Plot. ⁶ ibidem ⁶ Plato tria admisit Principia, Deum, Materiam et Formam.

Sext. Emp. ⁸ in
Plot. ⁸ ibidem ⁸ Aristoteles, Ignem, aerem, Aquam, & terram Principium esse
dicebat, ipsum cyclophoreticum, quod est in orbem versatile Corpus
practica Materiam, Formam et Situationem; Laertius etiam
refere illum dixisse praeter quatuor elementa, esse quintum aliud
Elementum ex quo Caelestia Consistant. eorum pro primis et
praecipuis Principiis ex quibus cuncta constaret existimavit,
Materiam, Formam, et privationem admisit, Materiam autem
definiit, substantiam corpoream, incompletam, formam omnium
capacem. Formam vero substantiam incompletam essentialiter
in formationem naturae. Situationem autem absentiam rei in
subiecto apto ad illam habendam dixit.

Plot. ⁹ in
paol. aui. ⁹ Quis modi ergo Principiis tota Mundi moles constare dicitur, le
viter illi primaeque Naturae interpretis, ut ait Aristoteles
hoc materialis principium atque ejusmodi causam quoniam

De Mundo Cap 2. ^{um} 209

qualis ve esse indagaverit et quoniam pacto hinc Cuncta
oriuntur, et quo morientur, ut, discordiâ et Concordiâ,
aut menti, aut Cæci, hinc utique spontinâ docuerunt, Cùm
Subjecta materia talem quandam præ se fere naturam
videretur, ut feridam Ignis, gelidam, hira; aliter leuam,
altira grauium, sic enim generant etiam Mundum, Verum
quomodi principia, vel mundi generationem, figmenta esse
quis non existimauerit? et talia ab auctoritate hinc
agitata fuisse, non quod ea esse vera arbitrati fuerint,
sed solum excitationis et subtilitatis causa in disserendo,
et potissimum apud ipsum Aristotilem, qui verum esse
Mundum omnino crediderit, et demonstrauerit, videritiam
ipse dixerit, Principium rerum naturam potius esse quam hinc
Materia, qui enim fieri potest, ut ea que æterna sunt
Principium vllum habeant ex quo Constituantur? qui ex
principio constitutionem affirmat, supponit aut constitutionem
partium, et illarum ordinem; inordinationem earum fuisse
aliquam; et aliquando ipsarum etiam dissolutionem posse
fieri. At Mundus ex iisque partibus, nunquam talis fuit,
neque esse potuit, ut sequenti capite docebitur; igitur
nulla habere principia dici potest, et quamuis
principium aliquod Mundus haberet, doctrina tamen
Aristotelis de supra dictis rerum Principiis, Materia
nempe, forma et priuatione propterea expleretur: et ex
illarum quidem definitionibus, illa esse rerum Principia
nulla sanè affirmauerit. de Materia prima sic loquitur
sexus Empiricus, de Materia prima qualitatis experti, lib. 3.º Dy.
cap. 9.º

Tractatus

quae a non nullis prodigioso quodam modo fingitur, quam
 ne ipsi quidem comprehendere se inquam, quid adinet
 verba facere. Ergo cum Principium naturale sit id vnde
 cuncta naturalia, certum est Matriciam quae nullibi est, nec
 Comprehendi potest, non posse principium esse. Forma
 vero substantialiter quae est actus materiae, unum per se
 cum ipsa Constituitur, non magis Principium esse potest
 quam materia, nec potest ab illa separabiliter, et absque illa,
 ut ita dicam imaginabiliter: hanc certe negauerunt ex
 antiquitate illi qui omnia unum esse voluerunt quorum
 sententiae patrocinatur Creditur Alexander Aphrodisiaeus;
 nec defuisse qui viuentibus tantum, sub mixtis aliis,
 non autem elementis formas substantiales concederent,
 quod Philopono tribuitur, et quibusdam aliis. hi enim
 quemadmodum pulchritudo temperis colorum est; ita formam
 in materia voluerunt esse aptam qualitatum temperis,
 non autem substantiale quid. sed ponamus hanc esse:
 Cum non possit separata et absque extraneo Subiecto
 Consistere, neque mente quidem concipi, V. g. in terra
 gravitate, aut in aere leuitate imaginari nec etiam per se
 consistere possunt; neque igitur rerum Principium forma
 ejus modi per se esse potest. Situatio autem cum sit non
 ens, quomodo tantum principium possit esse non video; hoc
 quidem modo admittitur Creatio ex nihilo, contra quam
 capitulum sequenti differemus; rationi profecto conuenientius
 non mihi videtur pro rerum Principio eductum fuisse
 constituta, quae sunt tantum corpora simplicia, in qua cuncta

De Mundo Cap. 2^{um} 211

generabilia et corruptibilia resolui videmus; et illa nullam habent materiam, sed potius rerum omnium generabilem et corruptibilem materiam, igitur Mundi Principia eterneque passunt: non enim dixerit Caelum principium ejusmodi Constare, neque Solem, Lunam, Ceteraque astra, ex quatuor Elementis, aut ex uno illorum, pluribusve esse constituta, alia quoque imaginari principia, ut quidam fecerit, dementis profecto est. Nam, unum, immensum, infinitum, — numerum, Deum, Ideas, et materiam primam principis admittere a ratione profunde alienum est, ut pote hæc nihil sunt, neque ideo ex ijs quidquam constitui possit. Lucianus faceti jocatur in illis omnes Philosophos superciliosos, ejusmodi rerum principia excogitantibus, ceteraque nobis incognita indagantibus. Existimabam, inquit, illos veritatem omnium docere posse: quare cum ex illis præstantissimos de legissem, quantum mihi conjectare licebat, à vultus austeritate, è que coloris pallore, ac barba profunditate. Mirum enim ut mihi protinuse ex ipso aspectu sublimi loquos quosdam et caelestium rerum peritorum viros pro se ferebant. His ubi memet docendum tradidisset magnam pecuniam non grauebar erectur ad rugam doceri, et inquieti dispositionum dicere, at illi tantum abest ut me pristina liberarem justitia, ut in majores etiam dubitationes conjecerint, principia nescio qua ac finem, tum inseparabilia, inania, hylia, Ideas, atque alia

Tractatus

id genus mihi quotidie offendentis. verum illud mihi
 videbatur omnium grauiſſimum quod cum mihi inter
 illas conueniret, sed pugnantia diuerſaque inter se
 omnia loquerentur, tamen postulabam ut illi fidem
 haberem, et ad suam quiſque rationem conabatur
 adducere, videres proſecto si audires illorum
 arrogantiam et in diſſerendo prodigiſtam confidentiam;
 qui cum humi ingrederentur nihil loque praeſtantiores
 eſſent nobis qui ſuper terram ambulamus, ne comentis
 quidem acutiore quam quibus alius adſtante; nonnulli
 caecutiens etiam lenis atque iuſtia, tam ^{en} cali-
 t. d. minor perſpicere ſe ſe proſiſtuntur ſolem quoque
 ipſum dimetiuntur, et ea quae ſupra lunam ſunt
 aggreſſiuntur: ac perinde quaſi exiſtis de laſſi ſtillae,
 ita et magnitudinem illarum et figuram explicabant:
 et ſpatium quod eſt inter ſolem et lunam quod eſt
 cubitorum audebam pronuntiare; tum ſolis
 altitudinem; maris profunditatem, terrae ambitum
 demetiuntur. Ad haec circuloſe de pingebant ac figurae
 trianguloſum ſuper quadranguloſe inducentur, neque non
 ſphaeras quadam picturatur, et Caelum ipſum metiuntur.
 tam vero illud an non inſultum et iuſtius arrogantia,
 quod cum de rebus adeo incertis loquantur, nihil tamen illa
 proponunt, quaſi coniecturis ducantur, verum ſupra modum
 contidunt, neque ullam vincendi locum alii relinquant,
 tantum non iure iurando confirmantur. ſolem eſſe
 Maſſam candefactam, incolam lunam, ſtillas aquam potare,
 ſi que ſole,

De Mundo Cap. 2. ^{liber} 213

Idque olei, veluti stibula quadam per funem demissa, —
vaporem attenuare e mari, atque illis omnibus —
potum ordine distribuenti, at quanta ~~fictio~~ ^{her} —
pugnantia id haud difficile fuerit cognoscere. Nam videri
nam illorum decreta consentiant, ac non magis longissimi sint
distantia intervallo, quando quidem primum de ipso Mundo
varia essententia, cum aliis et ingenti hinc et nunquam
interventibus esse videatur, rursus alii et opificem
illorum et fabricandi modum eloqui sint ausi: quod
equidem cum primis admirabar, propterea quod —
Deum quendam rerum omnium opificem praeposuisse,
non illud, etiam adderent, vel unde is profectus esset,
aut ubi loci consisteret, cum omnia fabricaretur.
Nam autem universi exortum non possis vel tempus vel
locum imaginari. Sed cum magna prodigia hinc sint
majora tamen, perspicies si jam audias, quae de serena
et de jadis et de incorporeis, cum quae desinito et
infinito pugnantur: nam illi de rebus acriter inter se
digladiantur, dum alii fines circum scribunt universi finem;
alii contra finem illud nescire existimant, quin etiam
ex istis quidam Mundos plures esse demonstrabant,
damnantque eos qui de hoc veluti uno quopiam illorum
disputarent. Rursum alius nescio quis vir, haud
quaquam amicus pacis bellum rerum omnium
parentem esse censebat. * Non immerito sane
Lucianus ejusmodi vaniloquae virum sic irridet,
Cum de rebus vel confectis, vel penitus ignotis

Tractatus

Langquam reris, disserere audeant, et nihil quidem
 ridiculitate, nihil absurditate potius unquam excogitari
 quam ea quae de Mundi Principio, et eisdem
 constructione, aut generatione declarata sunt; unde
 patet, illum aeternum affirmari, rationi esse
 convenientissimum. ipsa hominum ignorantia, et
 Vulgi inscitia has de Mundi constructione opiniones
 facillime recipit, quia Cum aeternitatis illius arcana
 penitus esse humanis mentibus impudua, et
 incomprehensibilia viderent, perque illud profundum
 immensi aui abyssum vagarentur, ejusmodi erro-
 rissimum constituent, Deum Langquam Mundi opificem,
 ex legislatorum et doctorum suorum sententia, sibi
 proposuerunt; et tanti aedificii molem materialibus
 principio extructam esse existimauerunt; et more
 prorsus humano de his rebus locuti sunt, Mundum
 quasi arte humana fabricatum opus conspexerunt
 et quia materia aliqua nobis opus est ut aedificemus,
 ad Mundi constructionem hanc etiam necessariam
 fuisse existimauerunt: cum autem aedificia nostra ^{nisi}
 ab opifice quodam non perficerentur; Mundum huilibus
 ab aliquo confectum arbitrati sunt. quia etiam
 aedificia et opera ab hominibus constructa tandem
 destruantur, et tempore, vetustateque, vel aliunde ruinis
 conficiuntur, Mundum quoque aliquando vultum
 fabulati sunt. Cumque aedificia alicujus causa sunt
 fabricata; Mundum isti volvere propter hominum factum

De Mundo Cap. 2. ^{um} 215

fuisse. Verum hæc omnia ex humanae mentis errore,
et ignorantia profecta fuisse Lucretiude his verbis
declamans.

lib. 2. 167

..... quidam ignari materiai
Naturam non posse Deum sine lumine ventur
-tantopere humanis rationibus ac moderatis
Tempora mutare annorum, frugesque creare:
Nec jam caetera, mortalesque suadet adire
Ipsaque deducit dux vitæ Diva voluptas
vel res per Venereis blanditiis sæcla propagem
ne genuer occidat humanum: quoniam omnia causa
Constituisse Deos fingunt, sed in omnibus rebus
Magnopere a verâ lapsi ratione videntur,
Nam quamvis rerum ignorem primordia quæ sunt
hoc tamen ex ipsius cæli rationibus Causam
confirmare, aliisque ex rebus reddere multis,
Nequaquam nobis divinitus esse Creatam
Naturam Mundi.

Sed de his plura capite sequenti, hic sufficiat de
Mundi formamque Ortu et rerum principia & his
opinionibus excogitatur, a periville; vel inde manifestum
fit non tam a ratione alienum esse. Absurditatem
Mundi credere et affirmare, quam ejusdem ex supra dictis
ejusmodi materialibus principis Constructionem,
quam omnino esse impossibilem et absurdam, nedum veram,
nunc declamatum sumus.

Caput Tertium

In quo
 contra Mundi creationem
 ex nihilo Et ejusdem ex
 materialibus Principiis
 constructionem Dissertur.

Duas esse de Mundi ortu opiniones apud
 omnes constat, ut superiori capite exposuimus, illum
 aut genitum veteres dixisse: aut factum, genitum,
 casu fortunamve, factum a summo quodam Opifice.
 hocque rursus, factum vel ex nihilo, vel ex
 materialibus principiis, casum fortunamve
 Mundum generasse dicere adeo absurdum videtur,
 et a ratione alienum, ut nullis adductis argumentis
 audeam id simpliciter negare, factum autem illum
 existimare non minus absurdum videtur, sed quia haec
 opinio tum in scholis antiquorum, tum in nostris adhuc hodie
 regit, argumentis omnino impugnanda est, et rationibus refellenda,
 et primam, Contra opinionem qua ex nihilo creatum illum
 affirmat differemus, quod ut melius fiat examinanda sum ea

De Mundo Cap. 3. ^{um} 217

quæ de ejus modi Creatione Moses hujusce opinionis Author,
Scripserit. illa enim præcipua illius fundamenta; iniquæ scilicet
celeberrimarum Sectarum basis, quæ majorem prope terrarum
orbis partem hodie complectuntur; Judæicam dico, Mahumetanam,
et Christianam, quarum principium qui destruxerit, Cætra
etiam quæ Moses docuerit divini necesse est. In principio, inquit ^{Gen. 1.º}
ille, Deus creavit Cælum et terram. * Sic animadvertendum
est, Creare, apud omnes esse aliquid ex nihilo facere, idque
docet Averroes his verbis, Dicentis creationem, dicunt quod Agens
creat totum ens de novo ex nihilo, quod non habeat necesse
ad hoc ut sit materia in quam agat, sed creat totum. Creare
igitur est aliquid ex nihilo facere quod profecto neque mentem
concipi, neque verbis ullomodo exprimi posse manifestum est,
Cum sit non ens. Neque ex nihilo quidquam fuisse
Constitutum, ridiculum videtur affirmare. Et quidem si Deus
esset, qualem illum leges fingunt, illi possibile id nullo modo esset,
Nam si Deus fuit qui ea omnia quæ in universis continentur,
Creaverit, certi Cum creavit alicubi eum fuisse necesse est,
et in loco ubi crearet; neque enim vacuo jure debeat; et quamvis
vacuo, si fuit passus, condescendit, illud vacuum non poterat esse
in alio vacuo usque in infinitum. Quia in loco erat, Deus
cum Creavit Mundum; et saltem ille locus erat in quo
Mundus Constructus, - Deum autem fuisse, etiam affirmat
Plato, dicens, Sane etiam locum hoc alia aliam habuisse, ⁱⁿ Timæo
priusquam universum ex ipsis Constructum fieret, necesse
fuit. Num necessarium dicimus, inquit, ut omne quod est, sit
in quodam loco et regionem aliquam occupet. Atque Cum Deus

Tractatus

Ubi, et locus etiam in quo ipse Constituitur, et Mundum
 quem conditurus erat constitueret, necesse omnino est ut fuerit
 aliquod corpus: locus enim absque ulla terminatio-
 ne imaginari non potest, neque enim infinitus est: hoc vero terminatio
 non potuit esse nisi Corpora; et Cum haud dubie uultu Uniuersi
 Constitutionem locus erat, et Corpus etiam; Aliquid tunc fuisse
 antiquam quidquam fuerit Consequens est. Tigitur vanum
 est dicere nihil fuisse, hoc enim pugnatum omnino est, et in finem
 aliquid quod non est. Sed quod Nullus locus Aristoteli esse
 possit Aristoteles declarat, Locus inquit ille, et quod primum
 unum quodque Corporum continet et finis quidam est; ipse
 perfectus. quare Locus cuiusque forma esse uidebitur, quae
 magnitudo, materiaque magnitudinis terminatur: haec enim rei cuiusque
 est finis. Sic, nihil, nullo modo posse esse manifestum est, aut
 affirmari illud aliquando fuisse: neque ergo quidquam ex illo creatum
 esse, impossibile illud omnino esse. Aristoteles arbitrat, et ex
 nihilo quidquam fieri posse negat. Et non Enti, inquit ille, nihil
 generatur, indiget enim in generatione alio quo sit Subiectum. quae
 uerba sic commentatus est Averroes, qui ponit, inquit, aliquid
 generari ex non enti; dici aliquid habere dispositionem quam nunquam
 habebat, neque simpliciter neque in Subiecto: quoniam quando non ens
 sit generatum, et est in actu, habet hanc dispositionem, et antiquam
 generaretur non habere illam: qui igitur dicit quod generatum est ex
 non enti, continget ei Concedere aliquid duorum, aut quod est hic
 transmutatum sine transmutatione: aut quod transmutatio est in
 priuatione: et totum hoc est impossibile, sunt que frivola Theologis.
 Sed moderni recipiunt tale impossibile propter hoc quod aucti sunt

De Mundo Cap. 3. ^{um} 219

a pueritiâ audire ipsum: consuetudo enim est altera natura,
et omnium causarum fortissima. ¹ Item Lucretius quoque
Alibi, Moderni, inquit, ponunt Animum agere omnia contra sine
medio, scilicet Deum; et contingit istis non nullam Deo habere
actionem propriam naturaliter: et Cum Deo non habuerint
actiones proprias, non habebunt etiam attentate proprias:
actiones enim non diuersantur nisi per Deum diuersari; et
ista opinio est Valde extranea a natura hominis, et qui recipiunt
hujusmodi non habent cerebrum habitatum naturaliter ad
bonum. ² nunc pertinet quod istum Aristoteles dicit, omne quod
transmutatur aliquid esse, et ab aliquo in aliquid transmutari:
ab aliquo quidem, in quo materia. ³ et ex eodem Aristotele, alitque
Auctoribus, doctissimus Lambinus in suis Super Lucretium
Commentariis animaduertit, omnium qui unquam de
Natura loquuti sunt hanc Communem opinionem fuisse,
ex nihilo nihil fieri, neque in nihilum intrare. Lucretius
ipse hanc Creationem egregiis Versibus diffuse negat, validisque
rationibus refellit, et Deum ipsum non fuisse esse Mundi
qui fœcem ostendit: Verum ejusmodi opiniones ex hominum
formidine quadam, que ratiō inuisa et Religioni bus, ponunt
animi iuncta est, oriri declarat.

³ nunc igitur terrorem animi tenebrasque necesse est
Non radiis solis neque lucida lila dici
Discutiant, sed Naturæ speciosæ ratioque,
Principium hinc, cuius nobis exordia sumet,
Nullam rem ex nihilo quæ diuinitus tanquam
Quippe ista formido mortales continet omnes,

¹
9. Meta. cap. 4.
com. 7.

²
Metaph. 12.
cap. 3.

³
Et. 1.

³
Kadim, 147

Tractatus

Quod multa in terris fieri, taloque videntur
 Quorum operum causae nullaratione ridere
 possunt, ac fieri diuino Numine videntur.

Quas ob res, ubi viderimus, nil posse Creari
 De nihilo; tum, quod sequitur, iam rectius inde

Despicimus, et viderqueat res quaeque Creari,
 Et quo quaeque modo fiant opera sine Diuino.

Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
 omne genus nasci posset, nil semine gereret.

Et mare primum homines, et terra posset Oriri

Spumigenum genus et volucres; Exumpere Caelo

Armenta atque alia pecudes; genus omnes ferarum
 Incerto partu culta et defesta timeret:

Nec fructus ipse arboribus Constare laborum,
 Sed maturaretur; ferre omnes omnia possem.

Qui prope vbi non essent genitalia Corpora Cuique
 qui posset mater rebus consistere Certa?

At nunc seminibus quia Certis quaeque Creantur,
 Unde nascitur atque oras in lumine exit,

Materiae, vbi ius cuiusque: et corpora prima,

Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia quaeque,

quod Certis in rebus inest Secreta facultas... H. C.

Nihiligitur fieri de nilo posse fatendum ex

semine quando opus est rebus, quo quaeque Creata

Aeris in lenem possum proferre auras... H. C.

huc accedit vbi quaeque in sua Corpora rursus

Dissoluat natura, neque ad nihilum iustitiam res

De Mundo Cap. 3. ^{um} 221

Nam si quid Mortale e cunctis partibus esset
Ex oculis res quaque repente crepta periret
Nulla vi foret usus enim, quae partibus ejus
Dissidium pareret, et nexus exsoluere posset.
At nunc aethero quia Constante semine quaque
Donec vis obeat: quae res diu aerevel jectae,
Aut juncus penetret per inania Dissoluatque,
Nullius exitium patitur natura videri. H.C.
Denique res omnes eadem vis caeteraque Volgo
Conficeret, nisi materies aethera hinc
Inter se nexu minus aut magis endopedita
Factus enim lethi satis esset causa profecto,
Quippe ubi nulla forent aethero Corpore, quorum
Contextum vis deberet dissolvere quaque,
At nunc juncus se quia cunctis principiorum
Dissimiles constant, aetheraque, in aethere eni
Incolunt remanent res corpore, dum satis ac vis
Vis obeat pro texture cujusque reperta.
Haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes
Dissidio redeunt in Corpora materiai.
Sextimo pereunt junctures, Vbi eos patitur aether
In gremium matris hinc precipitavit:
At mitida sanguine fruges, caeteraque virescunt
Arboribus, crescunt ipsa saepe grauantur,
Hinc aliter porro nostrum genus atque ferarum H.C.
Haud igitur penitus pereunt quaecunque videntur
Quando aliud ex alio reficit natura, nec ullam

222 *Tractatus*

Non gigni patitur, nisi morti adiutam a terra.
Nunc ago, res quoniam docui non posse Creari
Demihilo, neque ipsam gentur ad nil reuocari.

Salidum profecto est opinionem illam quae de Creatione
habetur, rationi omnino repugnare, et eā solummodo causā
excogitatum fuisse, ut ipsa nouitati admirabilius foret illius
author. Illa autem adeo absurda et ridicula plurimū antiquorum
visa est, ut Ambrsius Magni Successor, Aristotelis
discipulus, aperuerit gymnasia Philoſophiae Graecae contra
Masem ut eradicaret de ipsorum menti hanc Dei Legem quae
incipit, In Principio creauit Deus Caelum et terram; contra quam
Aristotelis Schola personabat, Aetherium est Caelum et terra, nunquam
factum est a Deo, ut refert Campanella. Ordo etiam et Modus
quo Nates hanc rerum Creationem describit, illam omnino reddis
incredibilem; cuius uerba examinare et discutere purgemus. Terras,
Inquit ille, erat inanis et uacuas, et tenebrae erant Super
faciem abyssi: et Spiritus Dei ferebatur Super aquas.
sic ingentia. sane absurda animaduerto. Nam Primum
Nihil Dei omni potentia minus dignum uidetur, quam
dicere illum terram inane et uacuam creauisse. Unde
requeretur Deum non potuisse omnia Simul Creare,
sed Dicere et temporis intervallis opus suum distinguere
necesse illi fuisse, quasi ea quae penitus impassibilia
sunt non exque Simul constituisse, ac inuoluerim; Cum
utroque modo impassibilia esse uideantur. Deinde tenebrae
fuisse Super faciem abyssi, et Deum ab Aethere in tenebris
iacuisse, Mundo etiam nondum Creato, vix humanae rationi

*lib. de genit. non
 1. 1. q. 1. 2. 3. 4.*

De Mundo Cap. 3. ^{um} 223

ferendum est affirmari. quid enim in ista luminis
privatione voluptatis et gaudii potuit habere? profecto dulce
lumen, et delectabile est oculis videre solem: quo quidem si
ab æthero ad creationem usque non opus habuit; neque etiam
post illam opus habere debuit. Si dicitur propter animalia
hunc conditionem vel Creatum fuisse, respondemus animalia
requerac Deum tanto tunc cavere potuisse, et illud j's. non
magis necesse fuisse quam ei. præterea Spiritum Dei fieri
super aquas dicere, omnino ridiculum videtur: Nam
Cum Deus oblique esse dicitur, non magis potuit
super aquas ferri, quam super terram aut Cælum, aut
infra aut extra universum Mundum. Dei immensitatem
extra limites coercere est, et illi locum assignare, qui
oblique esse debet. postea scriptum est, Dixitque Deus
fiat Lux, vidit quæ lucem quod esset bona. * hic me-
morabile non mirari neque, quod Deus ab æthero in
tenebris, ut diximus proxime supra, jacuit ante Mundi
Creationem: Cum vero ad hanc s'ertem accingit, tunc quasi
absque lumine nihil operari passus, lucem accendit, ut
scilicet minus erraret in opere suo, quod vulgo accidit
ipsi qui in tenebris ambulant. In hoc quidem manifestum
est et dominum esse qui loquitur, et more humano profere
loquutum esse. Ridiculum sane est Deum lumine egentem
facere: sed non minus risu dignum videtur dicere illum
lucem aliquam creavisse antiquam solem, Lunam, et illasq.
solas lucis origines creavisset. Adde quod lucilla a
Deo creata, si bona vita est; et ideo non destruenda.

Tractatus

Nihilominus, aut lux illa primum creata, destructa
 fuit; aut hodie et adhuc alicubi existere oportet: Aut
 nullam fuisse existimandum est, ut potest bonas a Deo
 iudicata, et ideo permanfura; qualia fuisse ea omnia
 quae a Deo creata, bona iudicata sunt. Nulli quoque
 hodie existit, ergo nulla fuit. Dicunt fortasse Solis esse
 lumen; sed hoc falsum est. Nam quarto Creationis die,
 scriptum est, Luminaria in firmamento caeli facta fuisse,
 ut dividerent noctem et diem, et essent in tempora, signa,
 dies et annos: Luminare videlicet Majus, ut praeseret
 diei; et Luminare minus ut praeseret nocti et Stellae:
 quod certi ab illa prima luce Solem et Lunam differre
 ostendit, et propriam unicuique istorum Luminarium
 lucem, creando illa, inditam fuisse a Deo. Nihilominus lux illa
 primum creata, siquidem est, praeterca scriptum legitur
 secundo creationis die, fiat firmamentum in medio
 aquarum et dividat aquas ab aquis. In hoc profecto magna
 mihi esse videtur absurditas: firmamentum enim in medio
 aquarum non constitutum esse manifestum patet; Nam cum
 terra, aquasque omnes quae sub Caelo sunt ambient, et suo
 circumcircumringat, videtur in se eas continere: quod si in
 medio aquarum factum atque constitutum esset, contineretur
 potius ab aquis, quam illas contineret. ergo et falsum et
 absurdum est, quod dicitur, illud esse in medio aquarum
 constitutum. Inane autem est dicere aquas alias esse
 super Caelum ut vulgo habetur; et hoc ab illis fingi, illud
 enim in sola fingentium imaginatione et opinione est, ut potest
 mentibus humanis

De Mundo Cap. 3. ^{um} 225

mentibus humanis premitur, incognitum sit, An
Elementa quadam ibi sint, vel ignes: et Sultitia in
omnium maximam esse existimo ea quæ extra Mundum
sunt querere, cum nullo modo scire possimus quæ in tra-
nos ipsos etiam sunt, et peraguntur. Cum vero aquæ
ab aqua separatae fuisset dixit; et antra dixerit
spiritum Dei ferri super aquas, nonne illum etiam
separatum et diuisum fuisse necesse est credere, ut
semper super aquas ferretur, dimidium quædam
utrisque aquæ partibus. aut unâ aquarum parti-
relicta, in alteram secessisse. quo quid absurdius
dici potest. Ergo et absurdum est quod hic a Mose
traditum legitur, deinde scriptum est, Dixit vero
Deus congregentur aquæ quæ sub celo sunt, in locum
unum, et appareat arida, et vocauit Deus Aridam
terram: congregationesque aquarum appellauit
Marias. Sic mihi iugens dubium insurgit, scilicet, an
spiritus Dei, quem super aquas ferri Moses supra dixit,
in illâ aquarum congregatione et aridis separatione,
super eadem aquas remansit, vel terras et aquas
simul occupet, vel in alium quemdam locum se se
recepit. horum aliquod necesse positus est euersis. Si
super aquas remansit, diuisus et separatus in
aquarum diuisiones fuit, ut supra diximus. Si terras
et aquas simul occupat, vel in alium locum se se
recepit, illum immutatum esse dicendum est; et
nunc aliam esse ejus conditionem et diuisionem ab eâ

Q

226 Tractatus

in quo initio fuerit: quod absurdum omnino est. Sed omni absurditati majus est illud quod in ista creationis narratione, Moses Scripsit, Terram jussu Dei generavisse herbam viventem et facientem Semen, et lignum et fructus, antiquam Sol et astra creata fuissent. Cum enim Sol vitæ et istarum rerum author esse apud omnes Constet; Certum est absque Sole Terram nihil quidquam producere posse, quod si absque Solis lumine et fecundo ejus calore, cæterarumque Astrorum influxu, vitæ res omnes, quæ in hæc inferioribus versantur consequi poterant; inutile profecto erat, et superuacuum hæc luminaria Creare, et ad Mundum illuminandum; Lux illa quæ creata satis fuisset, prætermitto cætera creationis membra, ut ad ipsam hominis productionem veniamus: de quâ sic scriptum est. Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem, Inquit Deus; et præter piscibus maris, et volatilibus Cæli et bestis, uniuscujusque Terræ, omnique reptili quod movetur in terrâ. Hæc hujusce loci mendacium absque ullo dubio declaratur, oblam legentium fidem intercepto; et judices ad eos illos omnes qui religionum timore liberati, et superstitionum vinculis exsoluti æque de isto sententiam ferre voluerint, et rem absque anticipatâ opinione perpendere. Verum ne est ad imaginem et similitudinem Dei, hominem factum esse? si verum est, ergo Deus ab homine non differt. Tigitur Corpore et animo Deus Constas:

De Mundo Cap. 3. ^{un} 227

Proque jnteritui, sicut et homo, obnoxius est. Nec
dicendum istam similitudinem ad animum tantum
referri debere; Nam si hoc ita esset, cum infiniti
prope suis, vel saltem innumeri hominum animi, si que
omnes inter se diverti; eveniret ut Deus etiam et
innumeri in se maxime diverti Animorum speciebus
constitutus esset: quod etiam rectius absurdum est,
quantum ad ipsam animi naturam, homo quoque Deo
similis effici non potest, Nam si ejusdem esset. Cum
Deo natura, Deus profecto etiam ipse esset, quod impossibile.
ergo ad imaginem et similitudinem Dei hominem creatum
esse falsum est. sed falsissimum etiam est, et Omne
Mendacium falsitatis superande illud quod de Dominatu
hominum in cetera animalia dicitur; cum experientia
quotidianâ manifestum sit nullum homini huc aut
imperium in illa concessum fuisse, et ne facultatem quidem
cognoscendi cuncta quæ in Mundo generantur Animalia illi
tributam esse Scire; et vim prohibendi quominus ab
illis laedatur, et incommoda multa patiatur, illum non
habere prospectum est. quin imo plura juvenis et imperiti
in homines bestias concessum ex eo patet, quod plura
roboris huc habeat, infernum autem fortiori Subditum
a natura esse verisimiles est, ad superandum lionem
amicum, aut lupum grassantem magnus hominum numerus
vix Sufficit. lioni vero aut Lupo ad terrendos et metu
conculcandos multos aggregatos homines rugitus, vel
olulatus Solus Sufficit: et ab illis metuent homines

Tractatus

lib. 4^o. d.
Subt.

Multo plus quam illi ab hominibus, quos etiam
 Laevissime Laniant et vorant. Atque haec est
 Subditorum erga Dominos humilis reuerentia, et reuerent
 obsequium. hoc genera Serpentum, inquit Cardanus
 qua homini exitio sunt, propter hominum facta dicere, et
 insipientis propter est. et me Heracle, si Deus ejus modi
 imperium concessit hominibus, vires etiam quibus
 re bellare de bellare concedere de bellare, atque viribus enim
 imperium nullum diciturum est: aut certe Subditorum erga
 Dominos odia, quae naturalia maxime sunt, mitigare, et
 compescere de bellare; vel potius quidem illa eis omnino non
 ingenerare. Nullus ergo non animadvertit, quantum a
 veritate et ratione sit alienum dicere hominem Ceteris
 Animantibus praesse et in ea dominari, Cum sibi ab
 illis perpetuo cavendum sit ne infestetur, ne voretur, aut
 aliquod detrimentum patitur, eamque ob rationem hominum
 societas primum facta fuerit. Bellua enim, inquit Diodorus
 sicatur, infesta illis erant, quibus re obstarent, et re
 hominum ob timorem factae aiant communis utilitatis gratia;
 auxiliaque invicem praebita, et loca habitaculis quaerita. Nec
 dicendum est peccato primis hominis ejusmodi inguivum fuisse
 amissum. Nam serpentis fabula quae hunc primum hominem
 deceptum fuisse dicit blando serpentis eloquio qui cum esset
 callidior cunctis hinc animantibus quae fierent Deus, ostendit
 in eo majorem acutioremque ingenii vim, plusque rationis
 fuisse quam in homine, etiam ante peccatum, quod non fuit
 amissum nisi post peccatum, et in quo plus rationis majoque

lib. 10. cap. 10

De Mundo Cap. 3^{um} 229

Ingenii Vis erat, imperium etiam majore potiorque
dominatione esse videtur. Sicque Mulier a Serpente
decepta illi fuit inferior: homo vero a Muliere seductus,
ei quoque fuit inferior: Suspende autem ambobus Superior,
Sraheca quamvis hominis innocentia amissa peccato fuisse,
Cum Christus Dei filius sanguine suo illum
regeneravisse pradicetur, et Deo reconciliavisse existimetur,
rationi etiam contentaneum videtur, illi quoque omnia a
Deo primitus concessa dona restituisse, quod quidem non factum
esse compertum habemus: Nunc enim, sicut et ante
redemptionis tempus inter belluam et homines simili Virget
discordia: nec ulla Superioritate, aut inferioritate, Dominatus
aut obsequium in eis reperitur quam quod fortiori et potiori
tribuitur. homo dominatur a quo, et vorat illum: Super
utrumque Brutissime, igitur imaginarium et fictitium est
Imperium quod in belluam homines habere dicuntur, ergo et
tota Creationis narratio fictitia quoque et fabulosa
existimanda est. His omnibus adde quod Moses tibi
omnino contradicere in hominis productione. Nam 1.
Genes. Scribit Deum masculum et feminam creavisse,
Deinde 2.
Eisdem genes. Scribit hominem a Deo
formatum fuisse de limo terre, Mulieremque factam
ex una Costam Adæ: qui locus primo Maxime
adversatur non potest hinc productio ex matre a aliqua
parte existenti fieri dicatur; illic vero Creatio ex nihilo,
quod non solum disputandi, sed etiam hæc omnia in
dubium revocandi causam æquam præbet. Sraheca

Tractatus

Moses omnem istam Creationem solo Dei verbo factam fuisse scribit, nullis aliis instrumentis, aut machinamentis adhibitis, sex tamen dierum intervallo, Quo et septimo die absolutum fuit omne Dei opus, et ipse requieverit ab universo opere quod patrarat, Veluti 2^o genef. scriptum est: tunc enim sanes quies illi magno opere erat necessaria, quia cum solus esset in tantâ molitione, verisimile est illam absque sudore, largo, iminentoque labore non potuisse ad metam perducere. hic profecto Motem more humano loquentem esse dicunt, cum Deum ab opere suo requievisse, et illud sex dierum intervallo perfectis scribit, venim nullo modo humano more loquitur in cum dicit Deum Cuncta ex nihilo eduxisse, soloque verbo creavisse. At aut Moses debuit omnino more humano loqui, aut ab illo omnino recedere: si si Lenim quæ supra hominum Captum et loquendi morem scripta sunt, æque more humano differendum esse putamus; ac in iis quæ secundum hominem dicuntur, quæ prophæ more humano hanc Mundi creationem dijudicantur dicimus possibile esse Deum opus suum sex dierum intervallo construxisse, et illo completo atque perfecto requievisse: sed omnino esse impossibile et hanc Mundi Motem solus construxisse, ex nihilo eduxisse, et solo verbo creavisse: nec Theologi hanc rationem damnare aut improbare possunt, quippe ea sit hominum captui accommodata, cui Motem se accommodavisse dicunt, in ista Creationis aliamque

De Mundo Cap. 3. ^{LIBR} 231

rerum incredibilium et impossi-
bilitum narratione.
Bergamus igitur more humano loqui. homines sumus;
Moses homo erat; nihil nisi secundum hominem et
nobis et illi, loqui conuenit. Deoque ab illo sciscitari —
audebo, Cum anti creationem ab illo descriptam, nihil
quicquam fuisse Certum sic, neque terram, neque aquam,
neque aerem, neque ignem, neque Caelum, neque astra,
neque lucem, neque horum omnium chaos; Deusque
solus ab aeterno in nihilo constitutus, vel, ut melius loquar,
quasi contempus fuerit, quæ ratione potuit hæc omnia quæ
non erant, quæ nunquam ipse uiderat, quæ ideo ne
concepere quidem poterat effingere, concupiscere et creare?
nam ut Creare lucem V. g. necesse illi fuit scire quid
Lux esset: at illud nullo modo nouerat, cum lux illi
nunquam apparuisset; nec menti percipere potuisset —
quid Lux esset; unde enim accepisset? quemadmodum
pictori impossibile in hominem vel equum pingere,
nisi ipsi cogitatione præuia animo conceptis. Sic Deus
Lucem, vel aliud quippiam horum quæ in mundo sum,
Creare non potuit, cum nullâ de ipsi anticipata
notitia illi esset. Dicunt idcirco rerum omnium illum ab
aeterno habuisse. At hoc delirare est, et quædam
uoluntatis circutione in idem semper reuolui. Nam
Lux nihil aliud sunt quam rerum effigies quædam,
quæ ut in menti locum habeant, alibi prius habuisse
unde eductæ fuerint, necesse est, quarum ergo unde, cum
nondum res ulla essent Create? nec dicam ista castum

232 *Tractatus*

Humanum Superare, et Deo possibili esse quod nobis
 impossibile videtur. his etiam respondebo, non ad-
 homines igitur quaestiones ejusmodi pertinere; et cum
 hoc ignoreat stultum et absurdum esse de illis quidquam
 dicere et asseverare, nam quae sunt secundum hominem,
~~quae~~ humano more ab omni bene homini bene agitari et
 examinari possunt: quae vero supra homines sunt,
 et illorum captum excedunt; nullus ergo illa neque
 mente percipere potest, neque verbis exprimere valet;
 si id aliquis conatur, insanit; et catironum Ludi bini-
 se exponit. Moses igitur deliravit, dicitur, cum
 a deo impossibilia a captum nostrum superantia
 scripsit: vel potius in laudem lauti Philosophi
 dicemus, Commentum istud excogitavit, ut magis
 et famose mendacis nomen suum immortales
 admirabili lege redderet. Sic omnes legeslatores et
 Philosophi aliquid novi finxerunt ut famam gloriamque
 sibi compararent, et non vulgarem laudem captarent.
 Natis Vestigia in his fabulis Plato prope secutus est;
 Unde Numenius Pythagoreus Philosophus, testis
 Clementi Alexandrino, dixit, quid est Plato, nisi Moses
 qui loquitur aetere? ab eo igitur accipimus, fabulosam
 mundi ex materialibus principiis constructionem, et
 quemadmodum a Moysi accepimus ejusdem ex nihilo
 creationem, probare igitur contumacia mundum factum
 esse; sed tam insipida ad id utitur argumentatione ut
 rationis suae delirationem probet potius quam mundi

Stomat. 19

2
 hystimoo

De Mundo Cap. 3. ^{LIBRO} 233

originem. factum est, inquit ille, videri enim et
tangi potest, et corpus habet. omnia vero huiusmodi
sensu percipi possunt. quae autem sensu percipi possunt,
opinionibus cum sensu comprehenduntur, fierique ac facta
esse visa sunt. Et vero quod fit, a causa aliqua fieri
necesse dicimus. * ridicula profecto Mundi ortus ratio.
nam si factum dicitur quidquid tangi, viderique potest,
Cum eadem sit contrariorum ratio, sequetur non
factum esse quidquid nequa videri, neque tangi potest. At
Animalium anima est ejusmodi, sensu enim nullo modo
percipi potest; ergo recte concludemus illam non esse
factam, sed aeternam, et Deo ipso ejus conditori
coeternam: quod est absurdum. Brevisca Plato ipse
facitur Epiforem et Patrem naturae universae et invenire
difficile esse, et inveniendum ad omnes referre impossibile,
maximaeque difficultatis esse universi principium
secundum naturam producere, et haec addit verba,
quae jam in tractatu de Divis. retulimus. Verigitur
miseris, si cum multi multa de Deorum et universi
origine dixerint, nos certas et exactas penitus
has denique de ipsius rationes afferre non possimus;
sed si non minus quam quibus probabiles exhibeamus,
boni consulere oportet, ejus memor quod et ego qui loquor
et vos iudices humanam naturam habemus: —
quare decet nos de his veritatem in orationem
describamus, et nihil ultra quarimus. * recte quidem
Aut quam ad fabulas usque progrediatur, monet nihil

videtur

Tractatus

Ceteri de hac re, de qua locuturus es, habent: quasi
 innuat mendacia esse astruenda tibi veritatis
 certitudo: Deen. et hac me hercule, mendacia luce
 ipsa manifestiora sunt. Primum in materia qua
 Mundum a Deo constructum fuisse dicis, quam quatuor
 elementa esse declaras. quod fit corporeum, Inquit,
 et visui expositum itaque tactui esse oportet. —
 Separatum autem ab igne nihil unquam videri potuit,
 neque quicquam tangi absque alio solido, solidum
 autem non est absque terra. Unde cum unius si
 corpus compingere inciperet, ex igne et terra Deus
 ipsum fecit. et addit. Nunc autem cum solidum
 ipsum esse conueniret, solida vero nunquam unum,
 sed duo media coaptant, sic sane Deus aquam et
 aerem in medio ignis et terra locauit, ut quod ignis
 ad aerem, hoc aer esset ad aquam; et quod aer ad
 aquam, hoc aqua ad terram, colligauerit et compagin-
 calum ut videri ac tangi possit. et propheta ex his
 talibus et numero quatuor, Mundi corpus effectum
 esse per proportionem confutauerit. hoc Mundum
 construendi modus non multum differat a Creationis
 fabulis; materiaeque quam Plato in ista molitione
 adhibet, non maiorem probabilitatem
 veritatis firmitudinemque habet, quam nihil a Mose
 confectum. Quererem autem a Platone, cum
 quatuor elementa Mundi materia sint, quanam
 erit quatuor elementorum materia? nam ejusmodi-

De Munda Cap. 3. ^{um} 235

Elementa rerum que principia, vel aeterna, vel facta sunt. Si facta, materia quaedam facta atque constituta sunt. Si aeterna, concludendum est, Mundum quoque esse aeternum. Nam cum terra, aqua, Aer, et Ignis, (si forte is elementum dici debet) sine partibus Mundi a toto inseparabiles, aliumque locum aut ordinem quam quem nunc habet obtinere non possint, sequitur totum cum partibus omnino esse aeternum, illa autem alium locum aut ordinem non habuisse, quam quem nunc habent, probatur. in illis nihil est pro Mundi constructionem immutatum: et terra V.g. pro Mundi constitutionem, non aliam est, quam aeterna, siue quantum ad formam, siue quantum ad naturam et qualitates: et haecque elementa pariter eadem sunt, quae ante Mundi aedificationem, esse verisimile est: aliter non vere Mundi Principia et materia dici possunt. Ugitur in illis immutatum nihil est. ergo nullum alium locum aut ordinem quam quem nunc habent, anquam habuisse, adeoque illorum compages et connexio, quae Mundum est, aeterna est. Quod insuper ostenditur ex absurdis quae sequerentur si aliter id se haberet. Nam oporteret res elementa fuisse discreta et in aliquem ordinem digesta, cum Mundum nondum erat conditus; Aut confusa et in unum coacta. Primum non potest, quia alium ordinem habere, neque alium locum

Tractatus

occupare, quamquam nunc habent et occupant, —
 non potuerunt. Secundum impossibile quoque est,
 nam si elementa olim confusa fuere, contraria
 contrariis ab æthero mixta fuere necesse est, calidis
 frigida, siccis humentia, mollia duris, pondusq.
 habentia, iis qui sine pondere erant, præterea
 oportuit illa cum nondum discreta essent et ex
 Chaos educta, nullum locum habere, terra enim
 et aqua, quæ nondum erant in Aere suspensa,
 pondus tamen quod etiam nunc habent, habebant,
 Centrum Mundi in quo nunc ponderibus suis
 librata stant, obtinere non potuerunt; Nullum
 enim Centrum erat anti Mundi constitutionem
 Ignis quoque et Aër cum terra et aqua mixti
 atque confusi anti mundum Conditum nullum
 locum habere potuisse videntur, ut potius leues
 sint, et ob levitatem sursum tendant. At tunc
 nullum erat, neque sursum neque deorsum.
 Cum vero nullus imaginari possit locus mi-
 sursum aut deorsum aut in Centro sumatur, sequitur
 elementa nullum locum habuisse anti Mundum
 Conditum, quod sane absurdissimum videtur, sed
 tamen verissimum est. Cælo enim constructo
 terra et ignis quibus illud constitutum est, Plato
 dicit, erant toti, ex quo desumpta fuere verba:
 tunc ideo nullum erat supra, neque infra. Cum
 puncta essent confusa et mixta, ut diximus;
 neque igitur

De Mundo Cap. 3. ^{um} 237

neque igitur spatium ullum erat in quo locum
aliquis constitui posset; omne enim spatium
constituitur istis differentiis, in partem videlicet et
Supra, ut mox dicendi sumus. At nullus locus
nisi in illo spatio imaginari potest. ergo Elementa
nullum habere potuisse locum certum est, alium
ab illo quem nunc occupant, terramque et
Aquam Centrum semper obtinuisse: Cum vero
Centrum in medio Universi positum atque
Constitutum sit, necesse est Caelum semper
eodem modo, quo nunc est, et in eodem ordine
fuisse: Aeremque intermedium illud quod a
Caelo usque ad terram diffunditur, semper etiam
occupasse: et Puncta ordinem illum quem
Conspicimus ab æterno habuisse, Cum
nullum alium habere unquam potuerint. Et
Mirum profecto est, veteres illos philosophos
rerumque naturalium indagatores, æternitatem
negasse Mundo ordine præstantissimo disposito,
illam autem elementis Confusis et indigestis
tribuisse. Non enim æque difficile est menti
percipere Mundum, ordine quo nunc conspicitur, esse æternum;
ac illum ipsum confusum et in chaos reductum æternum
dicere. Nam quo quo se vertant, illos confiteri necesse est,
Elementa æterna esse æterna. Cum vero Mundum moliri
esse dicant ex istis elementis compactum et ordine
dispositum, quæ potior ratio est nec hæc credam non facta,

238 *Tractatus*

Mundum vero factum esse? Natura quidem et rationi
 Magis conveniens videtur Mundum æternum dicere,
 quam illum ex æternâ materiâ factum: cum multo
 plura sequantur absurda ex hac posteriori sententiâ,
 quam ex primâ. In altero contra certâ æternitas mentium
 humanam stupore quoddam concutit, verum cum
 necesse sit illam in aliquo horum credere et admittere,
 magis æstimanda esse videtur in quo minus absurdi
 reperitur. Sed ex supra dictis patet minus esse
 absurdum Mundum æternum credere quam conditum
 materiâ que aliquâ Constructum quod adeo difficile
 est menti concipere, ut Cardanus affirmare non
 dubitaverit, illum aut æternum necessario esse, aut
 Creatum. Creatum vero illum non esse supra satis
 ostendimus. Superes ergo ut sit æternus, et Plato,
 Cæteri que illius opinionis et doctrinæ sectatores, vel
 fabulatores, vel insani esse censeantur. Cætera
 de Mundi constructione a Platone scripta in
 Timæo, nimis longum esse persequi, et ridicula
 describendo ridiculare fortasse ipse feram. quid enim
 ridiculius excogitari potest ipsi quæ jam supra relato
 sunt. At ridicula magis ea essent quæ sequerentur.
 Non enim tantummodo Mundum constructum
 atque ædificatum Plato facit; verum etiam Deos
 genitos, quibus quidam Deus omnium conditor et Opifex
 mandaverit ut reliqua quæ non perfecerat ipsi
 perficerent, ac tria mortalium genera producerent

De Mundo Cap. 3. ^{umb} 239

quæ nondum facta erant, hæc autem si non facta
essent, Cælum imperfectum esset. et ista per illum
summum Deum fieri non debere dicis, ne Deo
æqualia essent, quasi quidquid ille faceret, ei æquale
esset. Sed Plato hæc, inuoluens innumeris nugis, —
Satis aperte declarat verum omnino esse quod ab initio
præmonui, inripe, cuiusvis parentum iuuenire esse
penitus difficile, et hæc etiam confirmat dicens, de ^{quodlibet Timæo}
his credendum esse illis qui dixerunt autem, filios
quidem Deorum, velut ipsi de se prædicant. et
impossibile esse Deorum filios fidem derogare, etiam si
absque verisimilitudine, et absque necessariis
demonstrationibus dicant. Quare, addit ille, Non
legem sequenti credere ipsi oportet, velut
asserentibus domestica se proferre. Sed filios
Deorum sic Platoni leges etatores intelligere
verisimile est. Cum illi vulgo se Deorum filios
esse prædicent, quibus iure et potestate vel etiam
impossibilia persuadendi tribuit, fidemque illis
adhiberi vult, ob id solum quod dixerint.
Hæc autem sunt valida illæ rationes quibus Mundum a
Deo constructum atque conditum fuisse persuadetur,
et prophætæ quos fugiendi illi Moses et Plato
diuinorum nomen asecuti sunt, vili quidem pretio
tam præclarum, vel potius inane, pro immortalitati
monimentum mortati sunt: sic augæ nugis rependi
debet, et fumo fabula. Nulla porro Major anquam

Tractatus

Excogitata fuit quam ea quæ de Mundi siue
 creatione, siue ex materialibus principiis
 Constitutione hominum opinione constat. et ex supra
 dictis ejus modi fabulae manifestæ fiunt. quibus et
 hoc addere libet, quod si Mundus vel Creatura vel
 Conditor a Deo aliquo fuisset, aut propter se,
 aut propter animantia, illum creavisset, aut
 propter aliquid ex iis quæ nunc in mundo sunt.
 Non quidem propter se, cum hoc non indigeret; si
 indigeret non felix ac beator erat; nec ergo Deus.
 non propter animantia neque alia quæ in Mundo
 sunt, quippe nondum essent creatæ, nec existerent
 nisi post Mundum Creatum. si neque propter se,
 neque propter aliquid aliud Deus Mundum Creavit;
 ergo non consilio; casu igitur et fortuna. quod est
 ridiculum. præterea quare non fecit illud, Longè
 antiquam fecerit, quæro. considera quid sit æternitas,
 et quam innumerabilia annorum millia nihil sim
 æternitati comparata: cumque Deum esse æternum
 dicat, licet ab iis innumerabilibus annorum
 millibus Mundum Creavisset, infinitum tamen
 adhuc superesset tempus, quo Mundus non creatus
 fuisset. Non ignoro a Theologis dici, æternitatem
 successionem cavere, totam simul existantem, eisdem
 semper se habere modo; nec in eâ esse prius
 nec postrius, ideoque tempori non esse subjectam
 venim hæc sunt futilia, inania et a ratione

De Mundo Cap. 3^{um} 291

alicuiusmodi verba; nam aeternitas tempore mensurata,
multo melius potest dici, quam absque tempore.
Aeternum vero dico id quod principio et fine carens
inmutabiliter permanet: Tempori autem ista
definitio conuenire videtur; illud enim principio et fine
carens manifestum est, id est, nunquam ortum, aut
desiturum esse, nam cum omne momentum sit
initium futuri, et finis praeteriti imponis, praesupponis
semper tempore aliquod praecedens, et aliquod subsequens;
Cum que innumerabiliter id perseverare videamus;
nunquam coepta, neque unquam desiturum esse,
ideoque aeternum necessario existimandum est: igitur et
aeternitatem nihil aliud esse quam tempus infinitum,
illud hoc mensuram esse, extra quod nec duratio ulla
comprehendi potest, nec rei quidem ullius ipsum esse;
Cum enim aliquid esse dicitur, intelligitur huiusmodi duratio
quaedam quam nullo modo absque tempore mens humana
percipere potest: qua propter recte sciscitatur quare
in finito illo tempore, antequam Mundus a Deo
constitueretur vel crearetur, non constitutus vel creatus
fuerit. hoc profecto Ciceroi ridiculum visum est
commentum, et praesertim quod a Platone in Timaeo
scriptum fuerat, quibus, inquit, oculis intueri debet.
Plato fabricam illam tanti operis, qua constituit a
Deo atque aedificari Mundum facit. qua molitio, qua
feramenta, qui vectus, qua Machina, qui ministri

Tractatus

tanti operis fuerim. quemadmodum autem
 obedire, et parere voluntati Architecti, Aer,
 Ignis, Terra, Aqua potuerim. unde vero ortae
 illae quinque formae ex quibus reliquae formantur
 apte cadentes ad animam efficiendum, pariendoque
 factus. Longum est iter ad omnia quae talia sum
 vel optata magis quam inuenta rideantur, sed illa
 palmaris quidem, quod, qui non modo natum Mundum
 introduxerit, sed etiam manu pene factum, is eum
 dixerit fore sempiternum; hunc censeo prius, ut
 dicitur, labris gustauit Physiologiam, qui quidquam,
 quod ortum sit, putet aeternum esse posse. quae est enim
 coagmentatio non dissolubilis. aut quid est, Cuius
 principium aliquod sit, nihil sit extremum. Bronae
 vero si est eadem requiro quae paulo ante; ministros,
 machinas, omnium locorum orbis designationem atque
 apparatus. An alia est, cur mortalem fecerit
 Mundum, non quemadmodum Platoni cur Deus
 sempiternum. ab utroque autem sciscitor, Cur
 Mundi aedificatoris repente extiterint, innumerabilia
 autem saecula dormierint. Non enim si Mundus
 nullus erat, saecula non erant. saecula nunc dico, non
 ea quae diem noctemque numero annuis cursibus
 conficiuntur: nam factus ea sine Mundi conuersione
 effici non potuisset; sed fuisse quaedam ab ipso finito

De Mundo Cap. 3.^{um} 243

tempore a limitibus quam nulla temporum meliebatur
circumscriptio; spatio tamen qualis ea fuerit
intelligi non potest; quod ne in cogitationem quidem
cadit, ut fuerit tempore aliquid, nullum cum
tempore esset. isto igitur tam immenso spatio quæro
Cur Bronæa cessaueris? Laborem ne fugiebas? An
istis nec attingit Deum, nec erat illud, cum omnes
naturæ numini diuino, Cælum, ignes, terra, maria
parent, quid autem eras quod concupisceret Deus
Mundum signis et luminibus tanquam Adiliæ
ornare? Si, ut Deus melius habitares, Antea
videlicet tempore infinito in tenebris tanquam in
gurgustio habitaueras, Non autem varietate ne eam
delectari putaueras, quia cælum et terras exornata
videmur? quæ ista potest oblectatio esse Deo? quæ si
esses, non eam tandem carere potuisses. An hæc
hominum causâ a Deo constituta sum? Sapientum ne?
propter paucos ergo tanta est rerum facta molitio. An
Stultorum? An primam causam non fuit cur de
improbis bene mereretur; deinde quid est assecutus
Cum omnes Stulti sint sine dubio miserissimi, maxime
quod Stulti sunt? misericordie enim Stultitiâ quid possumus
dicere? deinde quod ita sum incommoda multa in vitâ,
ut ea Sapientis commodorum compensatione leniant,
Stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre
præsentia.[†]

244 *Tractatus*

his Ciceronis, contra Mundi edificium, rationibus
addam ea quae pari mentis Lucretiura versibus fudit,
ut ex utroque scribendi genere, oratorio et poetico
veritas eliciatur, firmitusque persuadeatur, neque a
Dijs rariusthuc esse conditum; neque hominum causa,
(qui soli talia credunt) quidquam esse factum.

lib. 5^o

1. Illud iam non est, ut possis credere, sedes
esse Deum sanctas in Mundi partibus ullas
Dicere porro hominum causa voluisse parare
Tractatam Mundi naturam, prophetaeque
Id laudabile opus Divum laudare decere
Nec fas esse Deum quod sic ratione vetusta
Gentibus humanis fundatum perpetuo Quos,
Solicitare suis vllum de sedibus unquam,
Nec verbis venerare, et ab imo evertire summam
Pacta de genere hoc ad fingere et addere certi
Desipere est, quid enim immortalibus atque beatis
Gratia nostra queat largiri or emolumenti,
Ne nostra quidquam causa gerere adgrediantur?
Quidvis novi potui tanto post anti quos
Illicere, Ut Capereat vitam mutare priorem?
Nam gaudere novae rebus debere videtur
Cui veteres obtunt. Sed cui nihil accidit aequi
Tempore in Autraccio cum pulchre degeret aevum,
quid potui novitatis amorem accendere tali?
An Credo in hinc vix vita ac maxime jacebat,
Donec diluxit verum quitatis orgo.

De Mundo Cap. 3. ^{uno} 245

Quidue mali fueret nobis non esse Creatis?
Natus enim debet quicumque en velle manere
Inuita, donec retinebit blanda voluptate;
Qui nunquam vero vitæ gustauit Amorem,
Nec fuit in numero, quid oben non esse Creatum?
Exemplum porro dignumdis rebus et iuxta
Notitias hominum Diuis rende iustitiam primum?
Quid vellent facere, vel Scirent, amanoque Viderent?
Quomodo est anquam vis cognita principiorum
Quidnam intus se ^{per} mutatis ordine possent
Si non iuxta dedit Specimen Natura Creandi?
Quod si jam rerum ignorem primordia quæ Sin
Hoc tamen ex ipsis cæli rationibus au sim
Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis
Nequaquam nobis diuinitus esse paratum
Naturam rerum, tanta hæc prædita Culpa.
In principio, quantum cæli regie implens ingende,
Inde autdam partem Montis, Siluaque ferarum
Possedere, tenent rupes vastoque paludes
Et Mare quod late terrarum distinet Oras.
Inde duas porro prope partibus feruente arbor
Acridiusque geli casure mortale lute auferi.
quod superen anni, tamen id natura sua Vi
Sentibus obducit, ni vis humana resistat.
Vitæ cauta valido consuetudo bidenti
Ingenere et terram præstare præcendere aratris
Et non fecundas vertuntur vomere glebas.

246 Tractatus

Terrarumque blum. subgentis Cimus ad ortus:
 Sponte sua nequiant liquidas existere in aurae:
 Et tamen juredum magno quaesita labores,
 Cum jam per terras frondent, atque omnia florent;
 Aut nimis locet fenore luce Asterius Sol
 Aut subito perimant imbres, gelidaque pruina,
 flabraque vocatorum violento turbine veram.
 Procreta genue horriferum naturae ferarum,
 humanae genti in fethum, huraque manique
 Cur alii, atque Auger. Cur amittunt tempora morbo
 Importam? quare mors juvenitura vagatur?
 Tum porro puer, seu saevus projectus ab undae,
 Nautas, nudus flumi jacet infans indigus omni
 Auxilio: Cum primum in luminis orbe
 Nixit ex alio matris natura profudit,
 Vagituque locum lugubri complet, ut aequum est,
 Cui tanta in vita restit transire malorum.
 At varia crescunt pecudes, Amentas, feræque
 Nec crepitacula eis opus sum nec cuiquam adhibenda est
 Alia nutricia blanda, atque infasta loquela,
 Nec varias quarunt vestis pro tempore Caeli:
 Denique non armis opus est, non maxibus altis
 Quis sua tueantur quando omni luce omnia laque
 Telle ipse pari natura que dadata rerum
 Vexat modi rationibus non tanti nominem esse estimandum
 Ut propter illum Mundi Molem constructam atque edificatum
 esse credamus, et Deos ipsos (Siqui estem) ejusmodi

De Mundo Cap. 3^{um} 247

adiificio speram dare potuisse, imaginemur. Non
nos Mundo causa Sumus, ait Seneca *Hyemem* 2^o 3. *Tru cap*
Oratorumque referendi; Suae ista Leges habent; et Minus
Nos suspicimus si nobis digni videmur propter quos tanta
moueantur. 42.

Validissima insuper Sum alia argumenta qui Causa
Mundi Creationem, aut adificationem vel generationem
impugnauerit, et penitus destruximus. Nam qui Mundum
creatum, adificatum, vel genitum affirmant, affirmant
etiam necesse est id intelligi non posse, nisi etiam locus,
tempus, et motus intelligantur. hoc enim oportet
omnino esse, antiquam velle huius rei velle ostendit.

Locus primium, in quo quod Ortum habitum est,
consistere possit, esse debet antiquam quidquam fiat
et oritur. At Locus sine differentiis constituitur,
superum, deorsum, dextra, sinistra, auti et retro. Sed hoc
esse non potuerit auti Mundi Ortum. Nam si esset
superum, oportuit aliquid esse, quod esset finis et
terminus huiusce differentiae. Nihil autem tunc
erat, auti conditum caelum, quod talis esse posset
terminus; non igitur superum vllum erat; neque
ergo deorsum: non enim imaginari poterit deorsum ubi
non est superum, non magis quam saculude alpe
dua bene extremitati bene. propterea superum dicitur id ad
quod leuia tanquam ad terminum feruntur: deorsum vero
id ad quod graua tendunt. At auti Mundum conditum
neque bene neque graue quidquam erat, sed leuia et graua

Præfatus

In Sinu matris absque ulla forma latuisse dicunt:
 Ergo et sursum et deorsum esse tunc inane et inutile erat,
 igitur has differentias non fuisse auti Mundi ortum
 maxime verisimiles esse. neque igitur alias differentias,
 Sinistram, dextram, retro, et auti fuisse, mentiri concipi
 poterit, nec potest hoc necessario contineri debent ab aliis
 differentis sursum et deorsum. quæ propter auti Mundi
 Constitutionem locum ullum fuisse, non poterit exprimi,
 neque mentiri quidem percipi. neque igitur ortum. Quod
 dicant, necesse esse Chaos aliquo in loco fuisse, et in hoc
 ex illo ortum esse Mundum; quaerendum erit in quo
 Chaos ortum esse dicunt: quod equidem cum dici non possit,
 Concedatur necesse esse Chaos imaginariam rem esse, —
 Nullamque unquam fuisse: neque ideo locum: igitur nec
 ortum. quæ propter cum non possit demonstrari Mundum
 ortum habuisse. quid nullum fuerit locum in quo constitui
 poterit; fatendum esse illum esse extrinsecum.

Præter Locum, Tempus etiam fuisse auti Mundi
 ortum necesse esse supra diximus, nam quæ fiunt, aut
 oriuntur, in tempore fieri et oriri videntur. Sed Cum
 Tempus sic Cæli motus, auti ortum Cæli non potuit esse
 Tempus: si aliquid aliud Tempus est; Cæli Mundi ortum
 factum esse dicendum est. At quid quid sit Tempus illud,
 in tempore tamen factum fuisse negari non poterit. Sed
 ergo ipsum in se ipso factum est, aut aliud in aliis.
 Sed si quidem ipsum in se ipso, idem et fuisse et non
 fuisse: quia enim id in quo aliquid fit, debet prius
 Existere quam

De Mundo Cap. 3. ^{um} 299

Existere quam id quod in ipso, tempus quod in se
ipso fiebat, si quidem fiebat nondum erat: et si
ipso factum esset, jam fuisset: sicque fuisset aliquid
ortum seu genitum, priusquam ortum et genitum
fuisset; quod quidem est absurdum, quoniam enim id
in quo aliquid fit et gignitur debet esse aut id quod
in eo gignitur, oportuisset etiam tempore quod in se
generatum esset, esse ante se generatum: ut, in loco aliquo
consistit navis, sed et ante navem consistit locus. Ergo si
tempus etiam in se ipso generatum esset, tunc nondum
fuisset; quoniam quidquid fit seu oritur, quando fit seu oritur
nondum est. Si autem in se fit seu oritur, debet prius
esse: fuisset ergo tempore simul et non fuisset: quatinus
quidem cum fieret, tunc non esset: quatinus autem in se
ipso factum seu ortum esset, fuisset, absurdum autem est
idem permanentis conceptionem fuisset et non fuisset.
absurdum ergo et dicere in se ipso factum, seu ortum
esse tempore, sed neque aliter in alio factum est
tempus, nam si praesens in futuro factum esset, futurum
fuisset praesens: et si in praeterito, praeteritum. Eadem
ratio de aliis temporibus dicenda. Ergo nec factum
quidem est tempore aliter in alio, quod si neque
in se ipso factum est, nec aliter in alio, nec genitum
quidem est ortum est tempus, praeter ea, si genitum est
tempus, ab aliquo tempore capit, et in aliquod desinet
tempus, ut supra iuravimus; ideoque aliquando erat
tempore, cum non esset tempus, antequam ipsum inchoasset;

S

Tractatus

Et erit aliquando tempus, cum non erit tempus, nempe
 ubi ipsum desideris esse, quod absurdum est. Ergo genitus
 seu ortus est. Quod si tempus non ortum est, ante Mundi
 Constructionem, neque ille potuit constitui nisi in tempore,
 Consequens est illum constitutum non fuisse, neque
 ortum ullum habuisse, ergo æternum esse.

Motum etiam in Mundi ortu intelligendum esse diximus,
 neque enim quidquam absque motu oriri potest. At quidquid
 movetur, aut a se ipso movetur aut ab alio. Mundus autem
 per motum ab alio datum non potuit fieri: nam aut per
 nullam causam is motus factus est, aut per aliquam.
 Sine causa quidem nihil dicunt fieri: Si per aliquam
 causam is motus factus est, causa hæc motiva ejus
 fuisset, unde in infinitum delaberetur. Præterea quod
 movetur, efficit, quod autem efficit, movetur: illud quoque
 egæte movetur alio; et secundum hęc, et usque in
 infinitum, adeo ut principii express reddatur motus,
 quod est absurdum. ergo per motum ab alio datum non
 potuit oriri Mundus. ergo a se ipso motum habere
 necesse est. Sed quod a se ipso movetur ortum habuisse
 dicere, delirare est. igitur esse æternum æstimandum
 est. Si vero motus est æternus, cum is non possit
 absque Mundo, sequitur, Mundum quoque esse æternum.
 Præterea si Mundus factus et ortus est, non potuit id
 fieri nisi per motum localem, aut per motum generativum.
 Per nullam autem horum motuum fieri potuit Mundus;
 non quidem per localem motum; nam motus localis est cum

De Mundo Cap. 3.^{um}

251

de loco in locum transit id quod mouetur, aut secundum
totalitatem, ut, in iis quæ deambulant: aut secundum
partem, ut, in sphaerâ quæ circa centrum mouetur; Cum
enim ipsa tota maneat eodem in loco, partes locos mutant.
per motum secundum totalitatem non potest dici Mundum
fabuisse ortum, necesse enim foret, ut partes quibus
constitutus est, a loco quem tunc obtinebant, ad illum
quem nunc occupant per transitum localem mota essent,
aut ex scriptis, et nullo alio mouenti; aut ab alio.
si ex scriptis, Nullus erit Deus quem fingunt, qui
hujusce motus causa fuerit, sicque erit æternus;
vel casu et fortunâ genitus dicetur, quod quidem
ridiculum et impossibile est. si ab alio, quæ remota est
quod supra, a quo isti motum habuerit, sicque in
infinitum delabatur. Per motum secundum partem
ortus quoque non est Mundus: nam, cum ejus
partes elementa confusa fuisse dicantur, necesse est
motum hunc factum ejus modi fuisse, ut unum quodque
elementum a loco ad locum per motum secundum
totalitatem transferret, V. g. ut locus Aer, aut Aqua
tota, a loco quem in confusione occupabant, ad
locum quem nunc occupant, transferret, non mouendo ut
sphaera circa centrum: sed ut ea quæ deambulant: —
quod quidem est impossibile supra retulimus. Non
etiam per motum generationis Mundus ortum habuit;
nam quod generatur aut ens est, aut non ens. Ne
neque non ens generatur, nam, ei quod non est, nihil

Tractatus

Accidere potest; ideoque nec generatio. Sed ut Ens
 generetur, necesse est fieri mutationem, quod autem
 mutatur, aut existit, aut non est. Quod non
 est. Substantiam non habet, et neque agere, neque
 pati quidquam potest. ergo ne mutationem quidem
 recipit; Si vero quod existit mutatur, aut quatenus Ens
 est mutatur, aut quatenus Ens non est. verum quatenus
 non Ens est, non mutatur, neque enim est, si Sit non Ens.
 Si vero quatenus Ens est mutatur, a seipso aut a alio
 mutatur. At supra ostendimus id esse impossibile,
 ut potest in infinitum delabatur. Praeterea quod
 mutatur, in aliquo tempore mutari dicitur; sed tempus
 dependet a motu, motus vero non fuit nisi post Mundum
 conditum: Ergo neque tempus. Mundus igitur neque
 per motum generationis, neque per motum localem ortum
 factus dicitur; Neque etiam in tempore, nec ullius
 locus, in quo constitui potuerit, imaginari potest. Unde
 patet, et luce ipsa clarius est Mundum aeternum esse,
 Deum ipsum quem occupat illum semper habuisse, et
 tempus quod permanere videmus, motumque, quo uniuscuiusque
 voluitur Mundus, res aeternas esse. ideoque nec factum nec
 ortum esse Mundum. His adde quod aliquid fit, aut
 oritur, aut fit id quod est, aut fit id quod non est. Sed
 neque fieri potuit Mundus id quod non erat, ei enim quod
 non est nihil accidit, neque ut fiat, oriatur ve, etiam
 accidit. praeterea quod oritur seu generatur, patitur: quod
 autem non est, nihil potest pati, eius enim quod est, est pati:

De Mundo Cap. 3.^{um} 253

Non ergo Mundus potuit fieri, aut oriri id quod non erat. Sed neque id quod est fieri potuit, Tam enim erat id quod est, neque opus habuit ortu seu generatione. Non ergo id quod erat fieri aut oriri potuit Mundus. Itaque nullo modo ortus aut factus est, sed aeternus.

Quae cum ita sint nonne fatendum est ea omnia quae de Mundi Ortu dicuntur, fabulosa omnino esse, et mera commenta gratia tantum doctrina excogitata, et affirmata Aristoteles; utque etiam quod de numine persuadeere volebant Legislatores ad Principatus commodum et Reip. Utilitatem, in hominum animos facilius insinuarent. Et Plutarchus disputans adversus Anaxagorae et S. Latonis opiniones qui affirmabant omnia Dei mente condita atque ordinata fuisse, Deum ab eiusmodi opere pro se excludi, et illum Mundum condidisse, negat, vel curam illius suscipere aliquam. Cum enim Deus, ait ille, immortale quoddam atque beatum animal esse debeat, felicitati suae omnino intentum, et bonis omnibus absque ulla malorum participatione fruens, nulla negotia, — nullas curas habere potest, nec sollicitudines: aliam enim conditio illius cujusvis mercede conducti operarii conditione detrior foret, cum semper laborare, et sudare in rerum administratione illi necesse esset. Praeterea Deus ille, quem fingunt, aut Mundi ortum pro se nullum eras; vel si erat, bonus vacabat, aut vigilans erat, vel horum neutrum. id autem affirmari nullo modo recte potest. non quidem primum,

lib. 1.^o de calo
cap. 10.^o

lib. 2.^o de pl. g.
plac. cap. 7.^o

Tractatus

Cum Deus æternus esse existimetur: non jam
 secundum, nam si ab æterno vacasset Somnus, mortuus
 tunc fuisset, Somnus enim æternus mors est: præterea
 Somnus in Deum non cadit; Cum enim hæc imago sit
 mortis, Deus autem immortalis esse debeat, ista ne quidem
 inter se convenirent, Deus quasi mortuus, et Deus
 immortalis. quod si vigilabat Deus, aut illius felicitati
 aliquid deerat; aut absoluta erat et consummata:
 in nullo autem bonum felix ac beatus dici poterat: si
 enim aliquid illi deerat, non ex omni parte felix
 beatusque erat: si nihil deerat, frustra ad inanem
 æternum molitionum accedebat. his addo quod Lucipides dicit
 Platonem fabulatorem illum egregium, stolidæ antiquitatis
 rusticitatem multum redolere, cum scriberet Deum ad suum
 exemplar Mundum fecisse: quo modo enim visid faceret, se
 ipsum potuit contemplari? et quomodo rotundam formam
 homineque ipso multo inferiorum Deo tribuit? Igitur omnes
 istæ de Mundi ortu opiniones nunc sunt a fabula, veterum
 poetarum ingenio et solertia confictæ, quibus stultæ posterorum
 credulitas miram conciliauit auctoritatem. ideoque in istis scholis
 illas docere, et inter ipsos etiam sapientis de illis disputare
 necesse fuit, ne vulgi opinioni lux contradicentur. verum ne
 nec istæ commenta decipiant, veritatem inquirimus, et omnem
 anticipatam in hac re opinionem ejicimus, ut, quæ sunt
 secundum veritatem nobis perspicere esse possint. hæc prope veritas,
 quamvis abscondita maxime confectur, in apertum lamen
 proferitur si illam ab ijs quæ in Mundo eodem modo sumpt

De Mundo Cap. 3.^{um} 255

permanent, petimus. Quod Aristoteles magnopere docet, Metaph. 11.^o
cap. 5.^o
veritatibusque omnium Venari quovis scribit ex his que
semper similiter se habent, nullamq. mutationem faciunt:
talibus vero esse que per Mundum, nec enim non quandoque
talibus, rursus autem alia apparere, verum semper eadem
nullius mutationis participantia. Qua propter hanc
Aristotelis doctrinam sequentes Mundi æternitatem astruimus
rationibus, ab ijs que semper et immutabili lege in
Mundo procedunt, desumptis

Caput Quartum

In quo

Mundi æternitatem probatur rationibus
ductis ab æterno coelorum et elementorum
motu, perpetuâque rerum, in superiorum
vicissitudine que eodem semper modo
se habent.

Opinione de Mundi ortu superiori capite
diffuse impugnata, nunc de illius æternitate apostata oratione
et vera ratione disserendum est, quod sequimur, si primum
exposuerimus. hæc omnia quibus rerum universitas constat
liberam dividit, et in eam duas partes existit, quarum una,
inquit Coellus Lucanus, generatio, altera generationis habetur

Tractatus

causa. At generatio quidem ea esse videtur in qua res ipsa mutantur, et id quod sunt esse desinunt, generationis vero causa, ubi subjecta res eadem tenetur et permanet: Hanc sane efficiendi et mouendi: illam vero accipiendi et patiendi vim habere perspicuum est: Hæc supra lunam, illa infra positæ sunt; et luna corpus inter immortalitatem et ortum intercepit, interitusque est, id est inter Cælum et Elementa, ita ut illa quidem regio tam quæ est supra lunam, quam quæ ad ipsam pertinet, corporum cælestium continet generem, hæc vero quæ infra lunam est, eadem contentioni et Naturæ assignata est, in qua modo quæ genita sunt commutantur, modo generantur quæ interierint: nam sol appulsu suo et abscessu aerem continentem immutat et variat, ut eundem modo frigidum reddat, modo calidum, huius mutationem sequitur terra mutatio, et eorum quæ sunt in terra. De illa regione quæ supra lunam et generationis causa est, scilicet de cælo, primum disseremus, deinde de ea quæ infra est, et in qua generatio fit, rerumque transmutatio, nempe, de elementis tractabimus, itaque de ipsis rerum mutationibus, naturæque vicissitudinibus: His enim omnibus perpetuitas rerum constat, nec melius quam ejus modi rebus Mundi æternitas probari et demonstrari potest. nam si unus idemque rerum cælestium ordo assidua revolutione constanter in Mundo perseverat: si in mutationibus quæ fiunt, eadem rerum facies semper recurrit: si tandem quæ nascuntur jam præcesserunt in sæculis quæ fuerunt anti-nox, ut loquitur

De Mundo Cap. 4.^{um} 257

Divinus Salomon, idque infinitas, Mundi aeternitate ^{2^o 1^o}
admiranda profecto videtur. Si manifestum est res
illas quibus haec Mundi compages tam firmiter cohaeret,
eodem modo, quo nunc sunt, semper fuisse, et uniusquem
unum semper et idem permanere, si sique per et sui
simile semper existere. quod nunc declarandum est et
a Caelo incipiendum.

Igitur Caelorum motus a quo caetera tum moventia
tum mobilia pendunt, aeternus est, et aeterna omnium
mobiliuum causa. At, cum effectus causam immediati
sequatur, V. g. lux Solem, nec posse esse causa, nisi
sit effectus; necesse est si causa sit aeterna, effectum
quoque esse aeternum. Caelorum vero motum aeternum
esse validissimis argumentis probat Aristoteles. Mundum ^{2^o 1^o}
primo esse, inquit ille, fatentur omnes qui de natura
disputant, tum quia Mundum faciunt, tum quia
contemplatio omnis est ipsius de generatione corruptione
quam impossibile est esse. si non sit motus. Motus
autem ipsius mobilia hoc actu est, quo mobile est.
necesse est ergo res eas esse, quae uno quoque moveri
possunt; et sine definitione motus, quibus profecto
fatentur necessarium esse id moveri quod singuliter
motibus moveri potest, seu alterari quidem id quod est
alterabile, ferri autem id quod loco mutabile est. quare,
sic autem combustibile quam comburatur, et
combustum antiquam comburat, oportet. si fiat unum
quodque mobile ac motuorum est factum, necesse

est ante motum acceptum aliam mutationem motumque
 fuisse, quo quidem ortum, id est, quod aut moueri aut
 mouere potest. Si n̄ semper erant, motus tamen non
 erat, absurdum et ex se se quidem, si animaduertatur,
 videtur: magis tamen, si prospiciamur ulterius hoc
 euenire necesse est. nam si quaedam sunt mobilia,
 quaedam motiua, et interdum est actu quid primum
 mouens, et aliquid quod mouetur, interdum nihil sed
 quiescit; hoc prius mutatur oportet. erat enim profecto
 aliquid causa quietis, quies enim est privatio motus.
 quare ante primam mutationem mutatio prior erit:
 nam quaedam uicē, quaedam et motibus contrariis mouent.
 Siquis enim calefacit, sed non frige facit, et scientia una
 contractionum esse videtur. illic etiam si simile quid esse
 videtur: nam frigidum uerum quodam modo atque
 aliens calefacit. utrum ea quae agere et mouere, et
 ea quae pati aut moueri possunt, non omnino hoc
 possunt: sed si sic se habeant, atque ad propinqua sibi
 euadunt: quare Cum id fuerit, aliud mouet, Aliud
 mouetur: et Cum id euenierit, ut aliud sit mobile, aliud
 motuum. Si igitur non semper mouebatur, non ita se
 habebat ut alterum mouere, alterum moueri possit,
 ut pati, sed alterum ipsorum mutari oportebat: in uice
 enim quae sunt ad aliquid, id accidere necesse est: ueluti,
 si duplum non erat, et nunc duplum euasit; si non
 utrumque, alterum saltem mutatum esse necesse est.
 erit ergo quaedam mutatio prior prima. Insuper quoniam

De Mundo Cap. 4. ^{um} 259

modo prius aut posterius erit, si non sit tempus. ²
aut tempus si non sit motus. ³ quod si tempus
numeris motus, aut motus quidam sit, si tempus
est semper, et motus perpetuum esse necesse est. An
de tempore, praeter unum, uniuersi consentire videntur.
omnes enim inquit tempus ingeneratum esse; atque
per hoc democritus demonstrat impossibile esse oia
esse facta; tempus enim dicit non ortum esse. —
Plato vero solus ipsum ortum esse ait: Unum una
cum caelo dicit ipsum ortum fuisse: Caelumque
factum athenis esse. quod si impossibile quidem est
tempus esse, et intelligere nunc sine ipso. Nunc
autem ipsum medium est quoddam, principii
simul finisue subiens rationum, principii quidem
futuri, finis uero transacti; Tempus si profecto necesse
est. ultimum namque temporis eque, quod sumptum
extremum est, in aliquo iporum non erit: nihil enim in
tempore, praeter nunc ipsum, accipi potest: nam praeteritum
jam elapsum est, futurum nondum adest, solum nunc ergo est
praesens: quod cum principium futuri, finisue praeteriti sit,
citra ac ultra tempus sit necesse. An si tempus semper esse
necesse est, patet et motum necessarium semper esse, quippe
Cum tempus affectus sit quidam ipsius motus, ut patuit.
eadem erit ratio, et qua motum non potest corrumpi
probabitur. nam si motus ortus esse dicatur, sit ut
prima mutatione sit aliqua prior: sic hic fiet ut ultima

Tractatus

mutatione posterior a liquo sic non enim moueri
 desinit, et esse mobile simul, seu comburi et
 combustibile esse, et ipsum autem corruptibile,
 corruptum fore cum corrumpitur: et non hoc rursus
 id quod huius est corruptiuum, corruptio namque
 mutatio quaedam est. quod si hoc fieri non possunt, potest
 motum perpetuum esse, et non aliquando esse, aliquando
 non esse: et tunc ea dicere potius figmento simile est:
 et itum dicere sic esse aptum, atque hoc oportere
 principium esse patere. Totus igitur a nobis sunt dicta
 quibus iam patet nullum unquam fuisse vel fore
 tempus, quando non oras, aut non erit tempus. ¹ Cum
 igitur ex Aristotele tempus sit perpetuum, motus
 etiam erit perpetuus, quia tempus non est sine motu,
 sed est eius numerus et affectio, ut supra dictum est.
¹ Sed adde, quod idem Aristoteles dicit, impossibile
 esse aut generari motum, aut Corrupti, nam
 semper est: neque etiam tempus, cum non sit
 possibile prius et posterius esse tempora non existunt:
 at si aut tempus continuum est, ita motum continuum
 esse, et perpetuum asserit, ideoque ingenerabilem et
 incorruptibilem. Itaque cum motum esse aeternum sit
 omnino manifestum: Et alium pariter esse aeternum, est
 manifestum, cum illud in perpetuo motu esse constet.
² ² Item Aristoteles dicit primum mouens aeterno motu,
 in finitumque tempore mouere. Mundumque esse perpetuum
 et nunquam desitunum hac ratione, si Mundus et motus
 Incipient

¹ Metaph. n^o
 cap. 8^o

²
 8^o Phys. cap. 10^o

De Mundo Cap. 4.^{um} 261

Incapissent, per mouere aliud, et illud iterum
per aliud incapisset, sicque esset a bircin-
in finitum, quod ad impossibiles euadit. Ergo
Mundus non incapit, sed fuit ab æthero quia
motus perpetuus et æternus, et, per motum ætheri
perpetuum Aristoteles intelligit motum circulare
primi circuli, seu primi mobilis, qui unus est,
continuus, regularis, ac perpetuus. nam istis motus,
primus, localis, circulare oportet perpetuum
esse ostendit; quoniam æternus est, aut quod nihil
est: At, aut motum localem circulare nihil
existit: et igitur omnium primus, unus et perpetuus,
hoc autem motu cælum torquetur: ergo æternus
est: ut supra nunc dictum sumus.

Cælum uero est corpus simplex, sphericum,
perpetuo mobile, et primum; quod neque graue,
neque leue existit, neque aliquam partium, et in
hoc ab omnibus elementis distans est: neque enim
mouetur sursum, neque deorsum, sed suapte natura
torquetur motu circulari, tanto nobilioris naturam
gerens quantum a sensibilibus. et motum separatimque
existit, illis supereminens. Et igitur corpus
simplex et omnium primum, neque aliqua
partium grauitatem aut leuitatem recipit,
quoniam partem totius naturam comitatur necesse
est. Simili modo ait Aristoteles, rationi contentum
est et ingenabile atque incorruptibile ipsum esse

R

Tractatus

Existimare, neque alterationi buæ subijci possit: —
 præterea quod omne quod generatur ex contrario
 et ex subjecto fit quoddam: et idem quod
 Consumitur. Subjecta materia et a Contrario et ad
 contrarium sane Consumitur, contrariorum vero
 rerum et rationes contrariae sunt. Si igitur huic
 Contrarium esse non possit, et præterea quod et
 Coniunctioni nullus est contrariæ motus, natura
 recte id a Contrariæ excepisse videtur, quod
 ingenerabile atque incorruptibile est. generatio
 namque corruptioque in ipsis contrariis est.
 At vero et id quod accrescit, a propinquo quodam
 accedenti subeuntque resolutionem in materiam
 augetur: hoc autem non habet id esse quo ortum
 est, quod si neque accrescere, neque consumi
 possit, ejusdem profecto est sententia, et
 alterationi buæ ipsum subijci non posse putare: —
 alteratio enim motus est in qualitate, qualitas
 autem habitus quidem et dispositio non sine
 mutationi buæ in passioni buæ fiunt, ut Sanitas
 atque morbus. quæ vero naturalium corporum
 in passioni buæ mutantur, ea vniuersa suscipere
 incrementa, decrementaque videmus (et corpora
 animalium, partisque ipsorum, atque plantarum
 etiam). Quare si Corpora quod versatur neque
 incrementa neque decrementa suscipere possit,
 experire ipsum et alterationum esse, consentaneum

De Mundo Cap. 4. ^{um} 263

est rationi. patet igitur ex hisce quæ dicta
sunt, id, quod primum est corporum perpetuum
esse, neque accrescere, neque decrescere, neque
senescere, neque alterationibus, neque passionibus
subijci, quod ipsis sensibus fides humana potest
sufficienter percipere: in toto namque præterito
tempore per traditionem successione memoriam
potestis, non mutatum ullo pacto fuisse, videtur,
aut, in toto ultimo celo, aut in huanum partium
nulla. videtur autem et ipsum nomen atque
hoc simpliciter ab antiquis hæc opinatis, quæ et
nos dicimus, Successione traditionem esse, non enim
semel, neque bis, sed infinitas easdem opiniones
ad nos accedere putare oportet, quæ propter quia
primum corporum diuersum quiddam est a Terrâ,
Hære, Aère, atque Aquâ, Ætherem superiorem locum
appellatorem a semper Currendo perpetuo tempore
posita appellatione. Idem Aristoteles dicit finem
remoueri Cæli. Non Aristoteles dicit finem remoueri
Cæli, et cum finem quæ tempore locum in finitum
continet semper, sempiternitatem esse, a semper
essendo appellationes sumpta, et incessabili motu non
absque ratione cælum moueri dicit: Virtutes enim
cessant desinuntque moueri cum veniunt suum
in locum: ejus autem corporum quod versatur idem
est locum in quo incipit, et in quo finit. ex hisce
patet Mundum duratione sempiternum esse, ac

1^o de Cælo
cap. 4^o

Tractatus

perpetuitati infinitum. Nam, ut ostenditur, Cap.
 10.^o 11.^o et 12.^o ejusdem primi libri de Cælo omne
 ingenitum ac incorruptibile, sempiternum existit.
 At Mundus ingenitus est et incorruptibilis: ergo
 sempiternus existat necesse est. Minus illud neque
 factum esse neque corrumpi posse probatur. Sed
 unum sempiternum principium esse,
 consumptionem non sustinens, in se infinitum
 temporis seriem continens: nam totus Mundus
 sempiternus est: ergo et Cælum, quod ejus pars
 existit, sempiternum est et immortalis. sed istius
 Aristotelis hæc sunt verba. Cælum igitur
 uniuersum, inquit ille, neque ortum esse, neque
 corrumpi posse, ut quidam inquirunt, sed unum
 esse ac sempiternum, principium quidem et
 exitum æternitatis uniuersæ non habens, infinitum
 autem habende et continende in se ipso tempore:
 et ex hisce quæ dicta sunt, et per opinionem
 illorum qui aliter dicunt, ipsumque generant, fidem
 sumere licet. Nam si hic quidem se habere potest,
 magnum et hoc utique momentum ad faciendam
 fidem de immortalitate æternitateque ipsius habet:
 quare bene se habet, quemque tibi persuadere
 uolens, et majorum maxime nostrorum sententias
 ueraciter esse, quæ quidem assensum esse quippiam
 eorum immortalis et diuinum, quæ motum quidem
 subeunt, talem tamen non nullus ipsius finis sit,

2.^o d. Cælo
 cap. 1.^o

De Mundo Cap. 4.^{um} 265

Sed potius ipse Cæterorum sic finis, et finem
enim ex his esse constat, quæ continent: et
sic cum sic perfectior, imperfectos continet, et
eos qui finem habent, atque Cessationem. Ipse
namque principium neque exitum ullum habet,
sed incessabilis est tempore infinito. Cæterorum
autem aut est principii causa, aut suscipit
exitum Cessationemue. Atque Superum Locum,
cælumque veteres quidem Diis tribuerunt,
prophæta quod solum esse immortalis. præterea autem
oratio huius est incorruptibilis et ingenerabile esse
vocareque præterea omni difficultati mortali, et
insuper esse sine labore prophæta quod
nullius indiget vim inferentis necessitati, quæ
quidem prohibende detineret ipsum aptum alio
modo ferri. omne namque tale laboriosum
est, quo magis perpetuum est et express optima
dispositionis. Unde neque putandum est, ipsum
in se habere, ut veterum fabula dicit, qui
quidem salutem ipse Atlantem quodam, inquit
indigere. et ij namque qui hanc sententiam
attulerunt, idem quod postri, videntur existimasse.
Nam quasi pondus habent supra corpora omnia,
terrea que essent, necessarium animæ participem
ipso fabulose supposuerunt. neque igitur hoc modo,
neque ob conversionem (prophæta quod latorem
habet suopti celeriorum, ut Empedocles dicit)

Conseruari putandum est adhuc ipsum tempore
 tanto, atque incolumem esse. At vero nec ab
 animâ cogenti sempiternum manere, consentaneum
 est rationi, neque enim talis ipsius animæ vita
 sine dolore beataque esse potest, et motum enim
 qui est cum vi, si mouet corpus primum aliter
 aptum fieri, continuoque mouet, negotiosum
 absque omni voluptate mentis semotum esse
 necesse est; si neque in anima mortalium
 animalium requies inest ea, qua circa somnum
 fit corporis relaxatio, sed Traxionis fatum Cuiusdam
 ipsam perpetuum in se parabileque detinere necesse
 est. Si igitur, uti diximus, res dicto modo de prima
 latrone se se habere potest, non solum concinnare
 est ita de aeternitate ejus sentire, sed etiam hoc modo
 duntaxat consentaneas magis et vaticinationi, quam
 de Diis habemus, sententias possumus certo
 proferre. ¹ Item, aeternum esse primum eorum
 Aristoteles affirmat, et aliquid esse quod mouet, cum
 vero id quod mouetur et mouet medium sic, est
 etiam aliquid quod non motum mouet, quod
 aeternum. Item principium, ait ille, ac primū
 Entium, tum parte, tum per accidens immobile
 est, mouens autem primo, sempiterno et uno motu.
 Cum vero quod mouetur necesse sit ab aliquo
 moueri, ac motu aeterno ab aeterno moueri, et uno
 ab uno, videmus quod præter simplicem latrone

¹
 12^o metaph.
 cap. 6^o

²
 Metaph. cap. 8^o

De Mundo Cap. 4.^{um} 267

totius, quam dicimus primam substantiam
et immobilem mouere, et caliditas etiam

rationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse,
(sempiternum namque et irrequiescibile
circulare corpus est) necesse est quoque harum

rationum unamquamque a se ipsa immobili
et æternâ substantiâ moueri. Nam et Stillarum
natura perpetua quadam substantiâ existit, et quod mouet,
perpetuum et prius est moto; et quod prius substantiâ est,
substantiâ sua necesse est contra itaque necesse esse.

ter substantiâ esse naturâ perpetuas et per se
immobiles. cuncta quæ ab Aristotele de Mundi
æternitate, calorumque sempiternitate dicuntur, referre
nimis longum esset, sufficiant ergo quæ supra relata sunt,
ad quorum confirmationem insuper afferam Ocelli
Lucani auctoritatem, Aristoteli, ut ita dicam,

præcursoris ille enim ait hunc vitis, *Uniuersi figura*, cap. 1.^o

*Neque, motus, tempus et substantia, cum hujus modi
sunt, nec principium non habeant, neque finem, nobis fidem
faciunt, quâ ratione Mundus nec gentes, nec sit*

*interiturus. Nam figura forma globosa est, undequaque
par et huiusmodi. qua propter formam hanc principio caret et
fine. motus quoque illud est genus quod in orbem fertur,
firmum et stabile et pristinum statum nunquam deserens.*

*Tempus item est infinitum, in quo versatur motus. Nam
ipsum totum motus non accepit initium, sic, nec finem
accepturum est. postremo ejus substantia nec auferere, nec*

mutari potest, quippe nec a detriori in melius; nec contra
 a meliori in detrius sua natura mutabilis sit. In his
 igitur facile credi potest, nec Mundi ortum fuisse, nec fore
 interitum. Quod de Mundi Aeternitate hic ocellus Lucanus
 dicit, ad ipsam calum pertinere nullus non videt, haec
 igitur uniuersi parte aeterna omnino est, et consequenter
 perpetua generationis causa. Sed de altera parte in qua
 videlicet generatio fit, nunc tractandum est, et ostendendum
 illam non minus esse aeternam quam in fons quam ea qua
 supra humanam est.

Hanc igitur in ferioem uniuersi partem elementis
 quatuor, quae corpora simplicia sunt, constare omnes
 fatentur, Terram nimirum, Aquam, Aërem et Ignem, haec
 cum nullo modo composita sint, cuncta tamen quae sub
 caelo sunt, componunt atque constituunt. vocantur corpora
 mobilia sicut et Caelum, at tamen motus eorum naturalis
 non est Circularis, ut Caeli; sed rectus, in leui parte
 sursum, in graui quoque deorsum. aeterna illa esse dicimus quia
 corpora simplicia sunt; omne autem corpus simplex
 aeternum esse patet, quia non habet ex quo componatur,
 nec in quod resoluaatur. in sanam enim mihi videtur
 imaginari materiam illam primam imperceptibilem et
 incomprehensibilem, quae ut ipse fatur Aristoteles,
 nec est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid eorum
 quibus res naturaliter est determinata, nam si non esset,
 vel potius est nihil. non potest ergo colligi rei esse
 principium. principia enim solum dici potum ea en-

De Mundo Cap. 4. ^{um} 269

qui bene caetera Corpora componi videntur, et in ea
cuncta repleui. quod cum quatuor istis elementis
naturaliter iungitur, illa esse verum in seipsum vera
principia dici possunt. Inque non ingenerabilia,
incorruptibilia, aeternaque materia primam esse
dixit idem Aristoteles; nos illam negantes et pro materia
eorum tantum qua in hoc inferiori Mundo sunt elementa
admittentes, ea ingenerabilia, et incorruptibilia esse
dicimus, et eadem quae nunc sunt, semper fuisse, foreque
affirmamus. Non ignoro me in hac de elementis
opinionem adversari sententiam Aristotelis qui illa
generationi et corruptioni esse obnoxia dicit, quia
ignem et aquam et unumquodque corporum simplicium
dissolui videmus, verum cum nullam dissolutionem
fieri videam nisi in mixtis Corporibus (salva in
caeteris Aristotelica auctoritate) licebit mihi aliter
in hac re sentire; quod equidem a ratione alienum
penitus dici posse non existimo, nam cum elementa
sint corpora simplicia, non aliud potest esse Corpus
quo Constituantur et in quod dissolvantur, nisi
dictum est. At, inquit ex se materia illa fieri, et
in vicem transmutari videntur. Sed a vero id abesse
manifestum est. Nam primum hinc in nullum
aliorum corporum transmutari ipse fatetur Aristoteles:
ingenerabile igitur, et incorruptibile hoc saltem
elementum esse constabit. Typis vero cum elementum
esse dicitur, somnium id Anaximandri videtur. item in

2^o phys.

2^o
3^o de celo
cap. 6^o

Tractatus

abque corpore mixto nullibi apparet, et inflammata dici potest materia potius quam elementum, quod simplex esse debet, et omni extranea materia expert. igitur igitur ab elementorum ordine remoueri debet. Aquam vero in aërem transmutari asserunt, et vicissim aërem in aquam, ac id etiam non verum mihi videtur; aqua enim quæ per evaporationem sursum fertur, non fit aër, sed semper remanet aqua, et in pluias, imbresque formatur, neque unquam etiam aër fit aqua: sed quia aër et aqua humidæ qualitatem communem habent, facile inuicem transmutari apparent; quod tamen impossibile, esse manifestum est. Nam cum aër duas qualitates habeat, calidum nempe et humidum, si per humidum aqua fit, per calidum non potest fieri, quia hæc qualitates alteri obstruet, ut illi contraria. oportet igitur ut partim aqua fieret, partim vero non fieret, quod est absurdum. quod elementa transmutari videntur. Ad euenit ex quatuor primarum qualitatum quæ sunt esse, commutationes; nam Aër qui naturâ calidus et humidus est, Terra quæ sicca et frigida, qualitates suas per motum contra naturam immutare possunt; Aër frigiditatem terræ et aqua recipit; terra humiditatem aëris et aqua; aqua caliditatem aëris. sed cum Aër aqua et terra frigiditatem recipit, non ideo fit terra et aqua, sed eius substantia permansit, qualitates tantum immutantur. sic de aliis elementis terra et aqua. Cum igitur sic se habeant Elementa, sequitur ea esse ingenerabilia

De Mundo Cap. 4. ¹¹¹⁶ 271

et incorruptibilia, itaque sempiterna, et motu sempiterno
mixtorum generationi et Corruptioni concurrentia: quod si
generabilia et corruptibilia essent, non profecto sempiterna
esse possent. Si in ultimo Mundo et sempiterno Motu agitato,
et cum ipso esse constat, igitur sempiterna. ergo
ingenerabilia et incorruptibilia, præterea communit ea ex
quibus cuncta generabilia et corruptibilia constituentur esse
ipsa ingenerabilia et incorruptibilia eodemque se habentia
modo. Si Elementa sunt huiusmodi; ex illorum enim concursu
nascitur Corporum generatio, et ex eorundem dissolutione fit
corruptio: quod quidem accidit cum contrarium vincit et
superat contrarium, inquit Pellucet lucasius, itaque cum cap. 29
Aeris humor ignis siccitatem, aqua frigoris calorem aeris, terra
siccitas aqua humorem destruit; ac vicissim retro, cum
aqua humor terre siccitatem; Aeris calor, aqua frigoris, et
ignis siccitas humorem terre labefactat et destruit, tum
mutationes et ortus, eorumque vicissitudines efficiunt. Plene,
quarum quidem in Mundo perpetua series est, quia causa
universalis istarum rerum, scilicet motus Cæli, perpetuus
est, et supra retulimus, effectus etiam istius perpetuos
esse necesse est, nam idem in quantum idem, semper naturam
et facere idem. Itaque Elementa ingenerabilia et
incorruptibilia esse existimandum est, ideoque æterna: et cum
rerum generabilium corruptibiliumque hæc principia sunt,
sempiterna esse necesse est. Omne enim principium aut se
nihil habere potest, quod autem aut se nihil habet, æternum
est. Adde quod cum fabricantur Elementa in se invicem

Tractatus

transmutari, Ignem nempe, si decalescat, Aerem: Aer —
 Aquam: Aqua terram producere: et Terra vicissim idem —
 Utque ad Ignem a quo cepit mutatio, circuitum agi, ex hiis
 nihil potest. hoc modo etiam esse sempiterna confirmantur —
 necesse est, ista enim sempiterna vicissitudines perpetuantur:
 Non solum autem in Corporibus simplicibus hanc perpetuitatem
 servat Natura, sed etiam in his omnibus quae mixta sunt et
 generationi corruptionive perpetuo obnoxia, in quibus —
 corruptio cuius est semper generatio alterius, ita ut nihil
 proterea intreat. Ex quatuor Elementis mixta Cuncta
 constituntur, in ea etiam cuncta resoluntur; et unum
 quodque elementum, mixto dissoluto, in ignem et in corruptum
 remanet; quod Chymici in Corporum resolutione quotidie
 experiantur, et plerumque nos ipsi rademus, naturali —
 ratione, ista procedere, non tantum mixtum dissolvi, —
 sed mixtum alia mixta generare, ita ut nihil intreat,
 sed potius immortaliter cuncta perseverent: nec est in
 Mundo mors ulla, nisi respectu huius particularis, aut
 privationis, sed omnes mortae sunt vitae aliorum renun-
 nascentium; sicque omnes mortae introyant totalem Mundi
 vitam: ego manduco panem, panis moritur[#] et fit sanguis;
 sanguis moritur et convertitur in Carnem, Nervum,
 Os, spiritum; spiritus autem et Caro continuo exhalant in
 aerem. Ergo intra corpus nostrum continuo fit plura mors
 ac vitae, generationes, corruptiones, alterationes; infirmus nobis
 et corpus non subicitur, sed introyant vitam totalem.

Et haec nascitur cholus; cholus moritur.

Item fit in Mundo

De Mundo Cap: 4.^{um}

273

Idem fit in Mundo, omnes que Mundi partes mutant
formas, at non annihilantur, sed natura motu, et
^{non} motu in res alias transmutantur. Sic homo fit hircus,
Lactuca, frumentum, caro bovina, plurimæque res aliæ;
 tandem fit vermis, vermis moritur, et fit aliud
quiddam. quæ omnia cum vicissitudine perpetuâ recurrere,
et sempiterno motu fluere videantur, sequitur hanc
Mundi partem in qua ista aguntur, esse continuo æternam, s.
Hanc autem perpetuam generationis et Corruptionis seriem,
et de Mundi æternitate opinionem Aristoteles prorsus
omnino probatque. Cum Constitutum, inquit ille, et
demonstratum sit res hæc intermissis operibus habere
et obitu delevi: cumque affirmemus impulsam causam
esse orturæ, Naturam etiam fieri non posse, quando ejusmodi
impulsus amittitur, et Virgus efficitur, quia Contrarii
sunt, nam id quod idem est, atque eandem semper retinet
naturam, ad idem ipsum efficiendum hæc natura
accommodatum est, propterea semper vel ortus, vel interitus
fit. motiones autem numerosæ et contrariæ aut impulsi aut
inæqualitatis esse debent, quando quidem rerum contrariarum
Contrariæ sunt cause, Namque non principis consensio causa in
ortus et interitus, sed quæ per obliquum agitur orbem: hinc
enim unum continuacionis genus connectitur, et duplex est
motus: quia necesse est si rerum ortus et interitus perpetuus
futurus est, perpetuum quoque Errori motum, nec ejusmodi
vicissitudines intermiscantur, sed dua nimirum motiones
aguntur, ne aliter solum fiat. Continuatæ operis Nullam

2.^o de Gen. d.
et inter. cap. 10.^o

et

274 Tractatus

Aliam agnosci mus causam quam Universi impulsionem.
 Incurvus autem obliqui orbis habitus, profectio et re-
 versio aucthor est: ita enim accidit Solem modo remotum,
 modo propinquum existere; atque etiam cum interuallum
 inaequale interjectum sit, motus inaequalis agit. Itaque
 si aduentu propinquitatque sua rerum ortum excitat, et
 digressu, Longinquitatque sua interitum in eadem importat,
 atque si crebro aduentu usque ad vigorem aetatis auget, et
 crebro discessu usque ad obitum attenuat, et immittit;
 rerum enim Contrariarum contraria subit Cause; Auctio
 quoque et diminutio quae naturae sunt praescriptione, Aequali
 Temporis intervallo circumscripti solent. quo circa animalium
 omnium vita tempora quae numeris clauduntur, atque Graecis
 numeris singula illorum genera distinguuntur; omnia enim hoc
 Naturae Ordine rataque dispositione nituntur. quia etiam
 Universum tempus et vitam suam metitur ambitus et trajecto:
 sed non eadem trajectio omne tempus, quoniam aliud maior,
 aliud minor circumscriptis. Nam trajectio mensurae sua,
 alia annuo diuturnat tempore, alia longiore, alia breviori
 comprehendit. Verum quae rationibus nostris plana facta sunt,
 eadem ipsa sensus etiam fide comprobari queunt. Videmus
 enim aduentanti Sole generationem excitari, eodemque
 procedenti interitum inueniri, ac Verumque pari temporis
 Circumscriptione agi. Nam obitus et ortus naturales
 aequalitate temporis momenti continentur. Sed tamen
 plerumque vni venie ut animalia propter mutua
 Elementorum concreta breuiore occidat tempore. Cum

De Mundo Cap. 4. ^{um} 275

enim materia inaequalis, et non ubique eadem
Substinetur, necesse est ortu etiam rerum inaequalis
esse, atque alios maturius, alios tardius affici. propterea
ex ejus modi generatione jnteritum aliis importatur. Inim
vero generatio et jnteritum, Insuper docuimus, Contrito
Semper opere efficiuntur, et propter causam quam anti
cedi dicitur nunquam jntermittuntur, atque id optimâ
ratione accidit. Cum enim affirmemus naturam omnes
in rebus semper id quod melius sibi experire, meliusque
sibi esse quam non esse, id autem jnteritum in omnibus requirit,
quoniam longe ab ipso principio absens, id Circo Deus
modo deficienti consulens, universum Complevit, Cum
generationem jnteritum Continuat: hoc enim modo Status
potestatem Connexus erit, quando quidem perpetua generatio
Substantiam proximè accedit. Cujus rei causa, ut saepe
diximus, ipsa plane conversio est, quae quidem sola
prohibetur Continua. itaque alia etiam quaecunque per
affectiones vel per se ipsas potest, et facultatis in
vicissitudines jnteritum, et simplicia Corpora rotundam
imitantur agitationem. Cum enim Corruptio vniude
sua generatio alteratur, generationum in orbem volui
Asserimus, quia in se recurrit. Itaque directus etiam
impulsus Conversionem jmitatur, perpetuus jnterditus.
Atque his simul id planum est factum: quod nonnullis
Ambiguitas erat, cur Corpora jam diuisa sint. Cum
illorum quodque, per in finitum tempus, ad sedem suam
conferentur, hujusce quidem rei causa est illorum Vicissitudo.

Tractatus

Nam si in huius locis singula Continuerent, et ad proximos non mutarentur, distincta jam essent. itaque mutantur, quoniam duplex impulsus genus est, nullumque eorum propter ejus modi mutationem præscripta in sede continere se potest, ex iis quæ præceimus Constat, Motum Atque intricum rerum esse, et quam ob Causam, cum quid genitum, et mortale sit. Cum sit necesse motorem quempiam præesse si motio eo modo cietur quo alia tradidimus institutione: Et si hoc perpetua sit, motorem quoque perpetuum esse oportet: et si continuus produciatur, idem videtur a motione, ab ortu, ab alteratione aliter esse. Si conversiones plures agantur, Causæ etiam motuende plures omnino enumerari poterunt: quæ tamen omnes sub uno quodammodo principio Condantur necesse est. Cum vero tempus continuum sit, necesse est quoque motionem continuari, si quidem tempus absque motu esse nequit, et ob eam rem tempus Continua rei numerus est ad conversionem igitur refertur, ut jam exposuimus. An unum motus continuatur, quod mobile continuatur, an quod id in quo motus cietur, tale sit? locus inquam aut affectus. sed constat motum perpetuari ex mobilis perpetuitate; nam qui affectus perpetua bitur, uti res in qua Contrahitur, perpetuetur? quod si id quoque Continuum est in quo motus agitur, tantum locus talis erit, quia in magnitudinem Ampliatur. sed quando hujusce magnitudinis Corpore rotundum tantummodo continuum

De Mundo. Cap. 4.^{um} 277

est, propterea illud sibi ipsi semper Continuum
est. atque Corpore quod in orbem versatur est id
quod continuum reddit motum: Sic, ipsum tempus, ita,
quoniam in iis que vel per generationem, vel per
alterationem, vel per quamcunque aliam mutationem
Continuum obtinet motum, eodemque ordine, aliquid deinceps
esse, et iter aliud per aliud confici, non nulla intermissio fiat,
Estimandum est, inquit idem Aristoteles, Utrum sit aliquid
quod necessario erit, an nihil: sed euenire potest. Verum illud
sit rerum ortu, Cum praesertim Constat quaedam esse talia,
et Cum id eueniat, nempe ut ipsarum rerum nonnulla
tum esse, tum non esse possint, patet quod gignuntur ita
etiam se habere, idque nulla necessitate, quam obrem haec quaedam
videtur dicere, Utrum omnia huiusmodi sint, nec non: sed quaedam neces-
sario simpliciter gigni, et ut in rerum statu in quibusdam fieri
possint: ita de generatione statuendum est. Exempli gratia, necesse est
Solstitia consequi, Ceterum non fieri posse quia illa reuocantur et
consequantur, sed num quicquam si praeteritum sit, necessario
et id, quod consequi debeat, erit. Utrum, domus et fundamenta,
si haec paria sunt, necessario illa aedificata sit, et Concludit
Aristoteles, generationum officii esse necessitati, ob idque illam
esse perpetuam. nam id quod ex necessitate prodit, semper et idem
prodit. Sed enim quod necesse habet esse, non potest non esse;
propterea si ex necessitate est, perpetuam esse videtur, et si tale
ex necessitate est, agnoscitur, atque in rei generatio ex
necessitate efficitur, semper illa quoque illa fuerit. An semper illa
Ceterum necessaria habebitur. Nam si ex necessitate simpliciter

lib. 2. de. din. 1.
ut. cap. 11.

Tractatus

alicujus rei generatio efficitur, necesse est eam in Orbem
 recti atque recurrere, quando quidem necesse est generationem
 aut exitu terminari, aut non terminari, si non terminatur,
 vel directo cursu, vel in orbem agitur. An in directum
 tendere non poterit, si perpetuatur nititur, cum nulla illius
 origo sit. Nec id probatur in iis quae consequuntur, ut
 futura intelligamus, nec in iis quae plane aut gesta jam
 sunt, ut praeterita comprehendamus, verum necesse est
 illam ipsam et originem habere, et simpliciternam esse, cum
 nullo concludatur fine. Necessariae igitur cogit, ut in
 orbem circumferatur. pari ergo necessitate haec
 reciprocabuntur, si aliquid ex necessitate est, a liquo
 omnino praecessit, et contra, id quae continuo fieri quod
 nihil enim ut per duo aut per plura recipiatur,
 necessariaque contactus designatur, ergo id quod simpliciter
 necessarium est, in rotunda motione atque generatione
 consistit: atque siue rotunda illa est, singula necesse est
 oriri, et ostendere: siue necesse est quaedam oriri, eorum
 ipsorum orbem necessarium est. recta igitur ratione haec
 proposita sunt, cum alio etiam loco demonstratum a nobis
 sit rotundam motionem, et hinc conversionem simpliciternam
 esse: propterea ex necessitate haec ipsa oriuntur, et oriuntur,
 et quot quot sunt ejus motionem et quot quot propter illam
 aguntur. Nam si semper quaedam movet, quo videtur,
 eadem quoque ipsa necesse est ad volubilitatem recurrere,
 ut cum summa conversio agitur, sol hoc plane modo
 sustinet. Quae cum ita sunt, nihil mirum si temporum

De Mundo Cap. 4. ^{um} 279

vicissitudines conuertantur et reuertuntur, atque his
intercedentibus de partibus quae ab illis emanant, sic
prodeunt. Sed quid iam nonnulla in orbem oriri videntur
ut aqua et aer, atque adeo nebula, quae si obstantur,
aquas pluuias miseri oportet, et si illa decidant, nubium
Caelum antroestite par est. homines vero et reliqua
animalia in se ipsa iam non reuertuntur, ut reuertitur
et replicationis beneficio eadem renascantur. Et quidem
necesse non est, si pater procreatus sit, si idem
procreatum viuere: sed Contra, haec enim generatio
in directum prouelitur videtur, et ipsius disceptationis
exordium sumendum iudicium est, quod erat, utrum
omnia a quo cursum et reuertitur conueniant aut ne,
sed potius alia numero, alia specie tantummodo
replentur. Quae igitur naturam mobilem eandemque
immortalem obtinent, haec ipsa numero eadem etiam
est Contra. motus enim mobile conuertitur. Sed quorum
non talis, sed mortalis plane et dissipabilis est, illa
specie non numero replentur necesse est.

Atque haec sunt argumenta quibus Aristoteles Mandi-
culationem asserit; quorum profecto tanta vis est, ut
ratione nullius illa infirmari valeat, quid enim certius
est, quam caelum esse perpetuo mobile, elementaque
etiam perpetuo mobilia, et in his generationem et
Corruptionem semper nouam effici, haec vero incorrupta
permanere: nec sufficere ad generationem et corruptionem
particularia aguntia, nisi adiungatur eis causa

Tractatus

Universalis: hac autem en, Cælum motu sempiterno
 agitatum, sine quo reliqua entia esse habere nequeunt,
 unde dici solet homo generalis hominem, et Sol; homo
 tanquam causa particularis, Sol vero tanquam
 universalis. nam stant motu Cæli, cessabunt omnes
 generationes et Corruptiones, quoniam ideo sempiternam
 et perpetuam esse oportet Seriem, quia ejus Causa,
 scilicet motus Cæli perpetuus et sempiternus erit. hac
 omnia ordine Constanti adeo perseverant ab infinito
 tempore, ut stultum sit extrimitatem eorum vel negare,
 vel etiam in dubium reuocare velle. Ant. Aristoteli
 Ocellus Lunam hanc tenuit opinionem de quinque
 permanentis ordinis sempiternæ Successione. Tam vero inquit
 ille, Universa natura si tota spectetur Successionis
 continuationem a primis et maxime honorandis partibus
 proportionem quãdam, ac ferre videtur, eamque attenuare,
 et cunctis rebus mortalibus adungere, proprio
 Constitutionis progressionem suscipiendæ, (nam prima qua
 moventur corpora eadem et eodem modo suum orbem
 conficiunt) progressionem dico, non qua deinceps et continuis
 nec mutato loco sed qua facta ex alio in aliud mutatione effici
 solet; ut arbores fructum ferunt, et stirpem plurima ex
 seminibus sui ortus initium habent; fructus vero producti
 et jam perfecti rursus ab eodem in eadem continue
 naturâ dissoluntur. et hac sunt indicia et signa
 Universalium quidem ipsum, quod omnia continet permanere et
 conservari semper: Singulas autem ejus partes et res

De Mundo Cap. 4. ^{uno} 281

aduentitiae inhēre) et destitui.† ex hoc autem
Anterior alia rita oritur, et perpetua generationis et
corruptionis vicissitudo.

Nec species sua cuique manet, renūque nouat;
Ex aliis alias reparat natura figuras.

ouid. 15 Met.

Nec penē in tanto quicquam, mihi Crediti Mundo
sed variat faciemque nouat, nascique vocatur

Incipere esse aliud quān quid fuit ant; monique
Destinere illud idem, Cum sim huc forsitan ille,

hoc translata illuc, summa tamen omnia constant.

¶ Eleganter Seneca, Mundus, inquit, etiam res et
iuncta, mutatur, nec idem manet, quamuis enim omnia
in se habeat quae habuit, aliter habet quam habuit, —

Epist. 58.^a

ordinem mutat. Observas, inquit etiam ille orbem rerum
in se remeantium, vide huc in hoc Mundo nihil extingui,

Epist. 36.

sed viribus descendere ac resurgere: Aestas abit, sed aliter
annus illam reducit: Hiems occidit, refloret illam sui

mensis: Solem uox obruit, sed ipsam statim dies abigit.
Stellarum isti decursum, quidquid praeteriit, repetit; pars

caeli leuatur astidua, pars mergitur.

Haec astidua rerum mutationem et renovationem

simpliciter, in libris suis, passim Marcus Antonius

celebrat, Natura vniuersi hoc agit, ait ille, ³ut, quae hoc — lib. 3. cap. 5.^o

modo habent, alio mutet, et ex uno loco in alium

trans ferat, omnia Constanti mutationi laet, neque

quicquam metuet, nihil enim noui, omnia vitata — lib. 2. cap. 22.^o

hinc sunt, et aequaliter dispensantur, quaecumque rudes ea

Tractatus

Nam jam a gubernatrice Mundi Naturâ in alias
 rursusque et deinceps in alias mutabuntur formas,
 lib. 2. cap. 16. ¹Ursemper dicens se Mundus. hoc memoriâ retinendum
 est, omnia ab æthero esse ejusdem formæ, et circulo-
 lib. 4. cap. 7. ²revolui. ²omnia quæ cernis, statim mutabuntur, neque
 erunt amplius, perpetuoque Cogita, quæ jam eorum
 mutationi hinc intro fuerit: Mundus quidem rerum in-
 lib. 3. cap. 20. ³teritas subinde formæ mutatis est. ³Nunquam non
 Considera per mutationes omnia fieri, neque univerti-
 nature quicquam esse certitudine quàm res mutare et
 innovare. omnia quæ in naturâ subsistent, semina
 quasi sunt, eorum quæ ex illis sunt nascitura: est
 autem nihil rudis hominis existimare ea tantum
 semina esse quæ in hæræ aut matricem deiciuntur,
 lib. 4. cap. 15. ⁴et ær non permanent corpora, animi etiam non permanent,
 ac quem admodum hæc Corpora cum aliquandiu in hæræ
 delinere, mutantur, dissipataque spatium aliis
 cadaveribus præbent; sic animæ in ærem subiectæ
 cum aliquandiu ibi persistunt, mutantur fundunturque,
 et ad mentem omnium aliarum generis adjunguntur,
 eaque ratione aliis adveniantibus locum cedunt.
 neque vero tantum multitudo sepulcrorum eomodo
 corporum consideranda est, sed et eorum quæ quotidie
 comeduntur a nobis, et bestiis animalium, et sic
 quodam modo sepeliuntur magno numero, ac nihilominus
 lib. 5. cap. 15. ⁵spatium suppeditat aliis, propter eorum in sanguinem,
 ærem, caloremque mutationem. ⁵fluvius et alteratione

De Mundo Cap. 4.^{um} 783

Continetur Mundum renouant, quemadmodum
In finitum auum temporis assiduo lapsu nouum
Subjace redditur. ¹ qui presentia cerni omnia ridie
qua ab aeterno fuerunt, et in infinitum usque erunt.
omnia enim sunt ejusdem generis et conformia. ² ab
aeterno res ejusdem forma nata sunt; sique in
In finitum et mutatione uniuersi natura delectatur;
Secundum quam omnia recte fiunt. ³ omnes partice
Mundi aeternari necessarium est, et a natura facta
sunt ad mutatione: Singulaque ex quibus sunt
Conflata, in caetiam dissoluantur, aut enim discretio
fi elementorum ex quibus concreta sunt res; aut
mutatio; Soli quidem in terram, Aerei autem in aerem.
sed naturae partibus mutatis, semper recens et uigens
Mundus perdurat.

1
cap. 33.

2
lib. 9.
cap. 28.

3
lib. 10.
cap. 7.

Hic quoque Marcus Antoninus de hac re sempiterna rerum
mutatione et renouatione enunciauit, addendum est ille
praeterea salomonis locus, ex quo haud dubio Mundi
aeternitate asseritur, generatio, inquit, praeterita, —
generatio aduenit, terra autem in aeternum stat: sol
Oritur a occidui, et ad locum suum reuertitur, ibique
renascitur gyrat per meridiem et flectitur ad aquilonem,
Lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus, et in
Circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrant in
mare, et mare non redundat; ad locum unde exiunt
flumina reuertuntur, et iterum fluunt. quid est quod
fuit? ipsum quod futurum est. quid est quod factum est,

4
et cetera

Tractatus

iptum quod faciendum est; nihil Subtile novum, nec
 valet quicquam dicere, ecce hoc recensent: jam enim
 processit in Academiæ quæ fuerim antè nos. Cum
 Libri, qui in Religione sacri vocantur, hanc de
 Mundi æternitate doctrinam tam perspicue continent,
 illam in dubium revocare non debemus, quamvis de
 Creationis narratio a Mose tradita et iisdem libris
 Complexa, aliter docere videatur, et æternitati
 repugnare, Nam in rebus contrariis verisimiliorem
 et probabiliorē semper sequendum est: At
 Verisimilius multo est et probabilius Mundum
 esse æternum quam Creatum. Itaque illa opinio de
 æternitate amplectenda potius est, quam quæ de
 Creatione habetur, quæ solâ Religionis fide stare
 potest: Altera vero ratione naturali et sensu
 communi omnibus ostenditur, atque probatur,
 ex ijs quæ supra Ati diffusè narrauimus,
 et in sequentibus insuper referemus.

Capitulum quintum

Capitulum Quintum.

In quo
Variae adhuc & servitutis naturae
quae manuum vicissitudines ac
& resolutiones: Mundus enim
Elevationibus & exustionibus post
certa temporum Intervalla
perpetuo renouatur. Ex quo
amplius certitudinem illius
demonstratur

Calorum Cum sint necessarii
invariabiles et sempiterni motus, velut in his etiam
sempiternas, necessariasque mutationes atque alterationes
illos in seorsum oportet, ut precedenti capite narrauimus, ita ut
elementa et ea omnia quae ex iis constant, perpetua
alterationibus et mutationibus laborant: Aer modo frigidus,
modo calidus existit: Terra et aqua Aeris cui cohaerent
alterationes sequuntur, mixta corpora tanquam et otia
vniuersi partem eisdem alterationibus et mutationibus
obnoxia, perpetuo mutantur, et alia atque alia subinde fiunt.

AA

286 *Tractatus*

Eodem semper Manenti Mundo, mutationum autem alia sunt minima, alia maxima: minima quotidiè accidunt experientia docet, tales sunt ordinaria generationes et corruptiones, morbi, pluvia, grandines, tonitrua, frigus, Aestus et alia ejusmodi, maxima vero non nisi certo temporum et saeculorum intervalla, sed tamen ab aeterno infinites, ex ordine Naturæ, advenire multi auctores scriptis prodiderunt, de minimis mutationibus, quia omnium oculis quotidiè abiciuntur, non hic mentio fiet: sed de maximis illis quas eadem Cælorum revolutio certo et constanti ordine per quædam Annorum millia refert, distendemus. Ille enim Sans ex quibus pro Mundi aeternitate valida argumenta desumuntur. Cum enim hanc infimam Mundi regionem quasi senectutem semper renovat, nec patitur sic quicquam durare diu sub eadem formâ et imagine, sed aliam atque aliam identidem sumere cogant, idque conversionibus, ut ait Numenius, periodicis ab aeterno evenientibus, indefinenter fiat, inde facile hinc aeternitate, sicut et cælorum, ex eorum motu conicitur, imò demonstratur. hæc vero mutationes sunt per cataclysmos seu Mutationes, et per Epiroses seu exustiones aut conflagrationes. Mutationum quamplurimarum memoria apud nos etiamnum viget, nec refelli possunt istæ tam notissima mutationes: Quantum ad conflagrationes, pauca quidem nobis sunt compertæ, verum illas necessario et fuisse et fore permultaque auctores nostri perhibent:

De Mundo Cap: 5^{um} 287

At mox dicturi sumus. At istorum mutationum, diluionum, inquam, et conflagrationum, nullam uniuersalem unquam fuisse in sequentibus ostendemus, sed semper ab illis quaedam terrae partes immanes fuisse, dum aliae illis infestarentur: et in his etiam Locis quibus haec perniciosa dominabatur quodam fomes saluos euasisset, quaedam etiam ex aliis animalibus quae genus quaeque suum semper reparauerint, de quibus omnibus quid Auctores posteris reliquerint, referre non pigebit, et diuimum

Aristoteles, ut ex Censorino accipimus, loquens de anno magno quem solis, lunae, et uagantiumque quinque stellarum orbis conficere dicebat, cum ad idem signum, ubi quodam simul funus, una referuntur: et huius anni Syonem summam esse Cataclysmum id est diluionem, assererat: et statim autem Lepirofium: quod est, incendium: ex his ultimis temporibus Mundum tum

inignescere, tum inaquescere uideri: et aliter Rhodiginus, Aium, inquit, Aristotelem in libro de Elementorum proprietatibus veteranum monumentis posteritati prodidisse, tunc contingere ut aquis diluantur omnia cum in Piscium signum Planetae Coerent: ubi uero in Gemini Coitus is contingat, tunc inuesti-

futurum conflagrationem: quantum mutationum causam, inquit, Magnus, rationi conuictantem cepit

Aristoteles credere esse, quod per aliqua statera et fato

cap. 18

2
lib. aut.
lib. 1. cap. 10.

3
lib. 19. de
caust. cap. 10.

præstituta tempora quemadmodum Anniversaria
 temporibus Hyems redit, ita etiam secundum
 aliquas astrorum periodas, siue trajectiones, fiant
 quibusdam in locis, majores juxta, imbrium suspensio,
 et magna quædam Hyemes. et sic etiam dicendum est
 magnam fieri, secundum civitates alias, Aestatem, quæ
 ergo hæc juventutem Astrorum periodi, humorum
 variis in locis, nunc incrementa, nunc decrementa,
 juventutem et Senectam juventutem.

lib. 3^o quest.
 nat. cap. 28.

Harum mutationum Seneca etiam hoc testimonium
 dat, Aqua, inquit ille, et Ignis terrenis dominantibus
 ex his ortus, et ex his juventutis est. ergo quandoque
 placere res novæ mundo, sic in nos mare emittitur
 de super, et feruor ignis, cum aliud genus exhi-
 placuit. Berofus, qui Delum interpretatus est, Air,
 Certe Sydenum ista fieri: et adeo quidem id affirmat,
 ac conflagrationi atque diluio hujusmodi assignat:
 Ardua enim terrena contendit, quando omnia Sydena,
 quæ nunc diuersosque agunt Cuius, in paucum conveniunt
 sic sub eodem posita vestigio, et recta linea exire per
 orbis omnium possit: inundationem futuram cum
 eadem Sydenum turba in Capricornium convenit:
 illic solstitium, hic Luna conficitur, et addit Seneca,
 inundationem non secunde quam Hyemem, quam
 Aestatem, lege Mundi venire,

lib. 2^o math.
 cap. 1^o.

Plinius Stromice Apocalastam, hoc est,
 redeinhydratorem Mundi per cataclysmum et Lepirofium

De Mundo Cap. 5. ^{um} 289

perfici dixi. Epirosque Cataclysmum sequi.
nulla enim, cui ille, re alia exusta res potest
renasci, nec Vlla re alia, ad pristinam faciem reverti,
formamque reuocari nisi admittiones atque concretus
puluis facillanum, omnium genitalium feminum
collectam conciperet fecunditatem.

Quicquid pari menti de vniuersali luce exitura
scribere, vniuersum hominum, animaliumque
reliquorum genere Cataclysmis atque Epirosi luce
deleri opinatus est, omnia istum reparari, quod
Sollanum Calique ris, elementorum viribus
mixta, omnia rursus fingat, atque agentia
intelligentia vigore perforat. Verum his non
ad stipulamur qui ruinas vniuersales esse praedicant,
contra quas mox dissethori sumus, et hic fidei
et Quicquid auctoritatem adducimus tantum re
fidem faciamus de mundi vniuersitate, ex illius
per Cataclysmos et Epiroses, redeintegratione et
renouatione in his inferioribus facta. Quae
partim aliis auctoritatibus fulcire haud difficile
est.

¹
Ciceronis testimonium adducimus dicentis
prophetae visiones et exustiones tyrannum, quas accidere
tempore certo necesse est, non modo non certum, sed ne
diuturnam gloriam nos assequi posses, quod Macrobius
omnino confirmat eleganti, in Somnium Scipionis
Commentario, Mandum, inquit ille semper fuisse

¹
in Somn. Scip.

lib. 2. cap. 10.

Tractatus

Philosophia author est; res vero humane ex
 parte maxima saepe occidunt, manenti Mundo, et
 rursum oriuntur, vel eluisione vicissim, vel
 exustione redeunt. Cujus vicissitudinis causa
 vel necessitate, talis est: Ponem Aethereum Physici
 Tradiderunt humore nutiri, asserentque ideo sub Zona
 Caeli perusta, quam via Solis, id est, Zodiacus
 occupavit, Oceanum a Natura locatum, et omnis
 latitudo qua Sol cum quinque vagis et Luna
 vltro Citroque discurnunt, habeat Subjecti humoris
 alimoniam. Cum ergo calor nutriatur humore, hoc
 vicissitudo contingit, ut modo calor, modo humor
 exuberet; Euenit enim ut ignis usque ad maximum
 enutritur augmentum, haustum vincat humorem;
 et sic aëris mutata temperies licentiam praestit
 incendio, et terra penitus flagrantia immitti ignis
 uratur, sed mox impetu caloris absumpto, paulatim
 vires reuertuntur humori: cum magna pars ignis
 incendiis erogata, minus jam de renascenti humore
 consumat; ac rursum longo temporum tractu ita
 crescent humor alius vincit, et terra infundatur
 Eluio; rursusque calor post hoc vires resumit.
 Et ita fit ut manenti Mundo, inter exuperant
 caloris, humorisque vicem, humanum Cultus cum
 fominum genere reperitur verdat, et reducta
 temperies, rursum novertur.

in lib. de
 Mundo

Mercurius Trismegistus Aegyptiorum Sacerdos

De Mundo Cap. 5. ^{um} 291

De Dijs et Sacerdotum decet, recte Lactantius, —
De istis vicissitudinibus loquitur, ad Deos illas
referens, et dicit, Deum ad amouendam Mundi
Senectutem, Sceleraque hominum Depellenda, Nunc
Cataclysmum, nunc Exustionem, nunc vero
populares, et lati hominum genus deuastantem
morbum inducere. Cum haec cuncta contigerint, —
tunc ille Dominus praeiudicatus, vnus gubernator mundi. —
intuens in mores factaque, sua voluntate vitis restituit,
malignitatem omnium vel illuione diluens, vel igne
consumens, ver mortis pestilentibus vbiq; per diuersa
loca dispersis spiciens, ad antiquam faciem Mundi
reuocari, et et Mundus ipse adorandus videatur et mirandus.

Nemesius, ex stoiconum opinione, ait Nullas emittit Cum
ad idem, et in longitudine, et in latitudine, signum referuntur,
in quo antea iam fuerunt, certo temporum ambitu iustitiam
et conflagrationem rerum officere, et de iustis Mundum eodem
restitui. Et quoniam hydra similiter reuertitur, omnia
quae in superiori ambitu fuerint, immutabiliter effici. futurum
enim rursum Socratem et Platonem, et quemcumque hominum Cum
iisdem et amicis et Ciuitate, et eadem cuique euentura, et eadem
tractaturum, omniaque Ciuitatis et pagos et agros similiter restitui.*

Cui proposito Seneca verba non sunt praetermittenda, ² Moss, inquit ^{Epis. 36.}
Ole, quam pestinetimus ac recuperamus, in hinc vitam, non
Epici. Venit istum dies qui nos in lucem reponat, quem multi
recuperant, nisi oblitus rediret, atque istam restitutionem inuisi
non sint, sed sepe fieri, imo in finis et sine ulla Reminatioe)

¹
Diat. Lyon.
cap. 38.

eadem referri: Nilil vero fieri noui, quod non prout
fuit, sed omnia eodem modo sine ulla variatione, etiam
atque ad minima quoque euentura. Atque propter istam
Restitutionem dicam aliqui Christianos reuocationem
Corporum a motu ad vitam imaginari.

de Doct. prom.
cap. 25.

Galeotius Martius, ex Mathematicorum doctrina, scribit
motu Sphaeram octauam, secundum iuniores et perspicaciores,
Sexagesimo quoque anno una parte, et non Antichimo, ut
Hijarius, Platonique tradiderit, in quo quidem motu, fuit
ubi, ubi nunc est Cancer, erit aliquando Capricornus, ignum,
et ob hanc causam regio haec nostra quae imperium habet,
nimio Calore flagrant inhabitabilis exustaque erit, et
sic de Exsiccatione pro loci conditione fiet, nam quae sole perusta
nunc est, temperata reddetur: etiam propter Iodraci obliquitatem
capricornium est vicinior hinc quam Cancer: Sol namque
Cancerum obtinet maxime distat a nobis: et e Contrario
Capricornium tenent, vicinior est. Cum hic Solis radius
Mundi in Cancro est, eius radii quasi perpendiculares ad nox
defluxi valde reflectuntur, et radiorum reflexio caloris est
causa, reflexio igitur sola et non proximitas solis nunc
calefacit, quia distantia magna contrahit. Sed Cum
Capricornium obtinet Sol vicinitate quoque modo calefacit, sed
radiorum reflexio fere nihil operatur, est enim per exigua,
quia per transversum jaciuntur, et hoc pacto nequeunt reflecti,
nihilque profecto in flammam. Sed Cum Capricornus Cancro,
atque Cancer Capricorni locum obtinebit, in hac nostra
habitabili nunc regione, cum reflexione radiorum recta,
tum etiam solis vicinitate laetior erit et tunc in omnia

De Mundo Cap. 5. ^{um} 293

ardere Cogantur. paulatim enim hoc fit, et nunc una
particula, deinde alia, et sic deinceps, antequam in dies
proximior est. Sarcileces igitur hinc, et ardore desolabitur,
quod Mundus quoque diluio pereat, eadem ratio faciet;
Aqua enim ad motum octavae Sphaera movetur, ita ut sit
tota ubi olim mare: et ubi nunc est mare, terra fiet.

Sarissimi ejusmodi mutationibus et naturae vicissitudinibus
Mundo universis invidiam inferri existimant. sed Numenius
apud Eusebium id intelligi non debere declarat. non enim,
inquit ille, in Mundi fabrica, qui secundum maximas
consumptiones fit, proprie invidiam accipiunt illi, qui in ignem
omnia resoluuntur, quam vocant exustionem: sed pro
Mutatione secundum naturam, utitur justioribus verbis;

Atque Cum haec naturae vicissitudines sint potius rerum
mutationes, quam exita, non difficile est credere, illas
nunquam fuisse adeo universales, ut non in Superflua
multae terrae partes istarum mutationum experiret; et
animalia quaedam tum ex hominum, tum ex bestiarum
genere, quae multiplicando genere quaque suam separaverint.
Verisimile enim est Naturam, Cujus lege, Ratio, et ordine
Cetero haec eveniunt, ejusmodi reparationi prospexisse, et rerum
perpetuitati consuluisse earundem renovatione. Averroes
id affirmat, dicens, Diluvium nunquam adeo pervidisse terras
fundasse, quia aliqua eaerint animalia: Nam Cum
Sollanum diversa se potestate, si quarundam in Scythias
fundatis; alias diversa ac partim contraria virtutibus aliud
possibile officere. Macrobius ejusdem omnino Lustritiae est.

¹
lib. 2.
cap. 10.

²
In sum. Scip.
lib. 2. cap. 10.

Tractatus

Nunquam, inquit, sine Eluvio, sine Exustio, omnes hurae,
aut omne hominum genus vel omnino operit, vel penitus
exurit. Aegypto Curt. in Plato factum in Timaeo, nunquam
nimietate humoris, vel Caloris: unde et infinita annorum
Millia in Aegyptiorum monumentis, librisque
releguntur. Certe igitur hurae partem jactu necioni
Asperitate, Seminarium jastaurando generi humano sunt:
atque ita contingit, ut non rudi Mundo, rudes homines
et Culturae incerti, cujus memoriam insubripit subditus, In-
teritae oberrent: et Asperitatem paulatim vaga fertilitas
exuti, concilia lula et cetera natura instruat patienter.
Sic quo primum jactu eos mali nescia, et adhuc astutia
inexperta simplicitate, qua nomen auri primis Saeculis
vritus promouet, tanto facilius in auiuos Lupis
Amulatio, qua primum bene incipiente, in pruidam
latititer euadit. et ex hac jam nascitur, quidquid generis
hominum post sequenti luce Saeculae expulsi. Haec est
ergo qua rebus humanis puerandi, atque istum occurrandi,
incolumi Mundo, vicissitudo variatur.

¹
Sunt, Timaeo:

Sed Macrobio Platonem ipsum subnectamus, N^o narrat
Solonem in Aegyptum olim profectum et in urbe Sai-
commorantem aditisse aliquando Aegyptios Sacerdotes, quos
Cum ad prisa referenda prouocaret, ipsum ex graecis a-
rethustissima quadam narrauisse, ac huiusmodi numeru-
tum omne et Sacerdotibus ei dixisse, O Solon, Solon, non
Graeci semper pueri estis, Senex autem Graecus non est;
Iuuenes, estis auiuis omnes, nullam enim in ipis habetis

De Mundo Cap. 5. ^{um} 295

Ex veteri narratione priscam opinionem, neque
aliquam disciplinam tempore Cauam: horum ergo
Causa haec est. Multi et multis modis hominum spiritus
fuerunt, et eorum, maximi quidem per ignem et aquam,
in finitis autem aliis alii breuiores. Nam quod etiam
apud nos fertur quod aliquando Shaiton Solis filius, iunctis
Equis, patris currum conscenderit, eo quod non secundum Patris
iram illos agitare poterit, quae in terris sunt combusterit,
et ipse fulmine ictu perierit, haec fabula quidem figuram
praefertur dicitur: veritas autem et eorum quae circa terram et in
Caelo circumuoluuntur permutatio, quae per longa tempora contingit,
eorum quae in terra sunt per multum ignem corruptio. Tunc igitur
qui in montibus et alios ac riuos locis habitant, magis percuti
quam hi qui ad flumina et mare habitant; Nobis autem. Nihil tamen
in aliis scinator est, tum ex hac angustia tunc nos feriat. Cum
autem rursus Dei, (id est corpora caelestia) terram aquis purgantibus
diluta inuiderunt, qui quidem in montibus sunt, conseruantur
luculenti et pastores: qui vero in Ciuitatibus apud vos, in mare
et fluminibus feruntur. At in hac regione neque tunc, neque
aliare, ex Aquarum in agras aqua influunt, immo contra ex
inferniis emergere solent: unde et aliqua Causa, ea quae
antiquissima dicuntur, veritas autem ita se habet;
In omni loco ubi non ingens frigore aut Aestus accet, modo
duplium, modo paucior, humanum genus est; quaecumque vero
aut apud vos, aut hic, aut etiam in aliis locis, de quibus in
narratione percepimus, aut pulchro, aut magna facta sunt, aut
alio modo insignia, ea omnia ab antiquo hic in templis scripta
ac confirmata sunt: apud vos et alias gentes recens facta sub

Tractatus

Unde in litterarum referuntur, et in omnia ea quibus
 Civitatis opus habent, et rursus per consuetudinem amorem
 velut moribus, venit ipsorum celestis fluxum omnia abripimus,
 et rursus sine litteris ac modis relinquimus, quare rursus juvenes
 ab initio euadunt, ut qui nihil sciunt, neque ex his quae hic,
 neque quae apud rursus praeter tempora fuerant, quae igitur nunc,
 O Solon, de posteritate apud rursus successione recensuisti, parum
 quiddam a quivislibet fabulosa differunt. Nam primum quidem
 unum horum diluivum novisti, cum multas antea fuerant, deinde
 Clarissimum ac optimum genus hominum in vestra regione
 fuisse nescitis, ex quibus et tu, et tota civitas vestra nunc
 est, modico semine, quondam relicto; At vos haec latine co-
 quod sapienter ad multa saecula litteris carmenit.

Cap. 30

Quae Platoni loco et nostro proposito convenit quod Ocellus
 Lucanus scriptis, Terra partem, inquit ille, ut mutantur et
 intereunt, Interdum quidem cum altera pars maris effunditur,
 quandoque vero cum terra a ventis et aquis, quae in ipsam
 latenter ingrediuntur, dilatatur ac dirimitur; terra tamen
 Constitutio nunquam antea profuit interit, nec post illo tempore
 interitura est. Quae propter quod dicitur Historiam Graecam ab
 Thaccho Argivo initium duxisse, sic est interpretandum, ut non
 ab aliquo primo principio, sed aliqua eius mutatione quae acciderit
 ortum habuit. Nam terra Graecia antea sapientia fuit, et post
 haec etiam erit, Barbara, non modo quod exules ad eam a aliunde
 Commigraverunt, verum quod a Natura id etiam proveniat,
 quae tametsi nec major redditur, neque minor, recitior tamen
 saepe est, et rationes nostri principium sunt.

Aristoteles

De Mundo Cap. 5. ^{um} 297

Aristoteles in primis hanc mutationum vicissitudinem
declarat, et fidem indubitatum facit, non solum illas non
esse universales, et non fieri in cunctis hinc partibus, sed
modo in istis, modo in aliis, adeo ut semper pereantibus, aliqua
superstint: venum etiam manifeste ostendit hinc mutationibus
et vicissitudinibus ab aeterno ordine naturae constitutis, —
Mundum nostrum quasi effectum renovari: et quamvis per
partes atque membratim id fiat, Terra tamen Universa —
longa sed Costa tandem temporum successione accideri
necesse est; idque non semel, aut bis, sed infinities et
fore et fuisse certum est. Nunc incendis vastamus,
nunc diluimus, nunc Siccis, nunc aqua, cunctae terrarum
partes vicissim cumulantur, unde ubi nunc mare est,
Terra fuisse patet: et ubi terra, mare fuisse, ostenditur
verisimile. Sed haec sunt Aristotelis verba. eadem, inquit ille,
terrae loca, neque semper fluida, neque semper arida sunt,
sed pro fluminum ortu, aut defectu, faciem mutatam suam.
quam ob rem diversitate quoque inter mare et continentem
existit. nec perpetuo alia pro continenti, alia pro Mari
fabentur; sed ubi terra aliquando patuit, mare superfunditur:
et ubi nunc mare, Terra adaggetur: Suspicionem de bene
haec omnia ita fieri ordine quodam et ambitu: quorum
quidem omnium causa et principium inde ducitur, quod —
interiores etiam partes terrae, tanquam herbarum et animalium
corpora juventuti florent et senectute marcescunt: id tamen
inceptione addimur quod illis vitae non per partes haec omnia

Tractatus

Contingere solent, sed necesse est tota simul corpora
 iuuentur fieri, et diminutionem perpeti. Terra autem
 per partes hæc omnia eueniunt propter frigus et Calorem.
 Animala igitur, curru Solis austiores, augentur et
 Diminuuntur: atque propterea terræ partes ita diuersi-
 generis conditionem et naturam habent, ut aliquandiu
 fluida et rigida remanere possint, mox omnibus Aquæ
 mudari, et quasi architectere. alia in loca ad vitam
 accommodata, eademque per partes fluida redduntur: h
 Certum necesse est, locis squalentibus fontis deleri. Qua-
 omnia cum ita eueniant pari quoque necessitate
 præsentitur, ut annes primium, si pluuiores sunt,
 Diminuantur; tum demum exhausti siccantur, et illis hum
 in alias partes distractis, tum alibi pereuntibus,
 alibi que pro talia parte ratione subortis, ipsius maris
 fiat mutatio. Siquidem necesse est mare id loci quod
 antiquam a fluminibus exturbaretur inundasset, discessu-
 ho, omni humore priuare, siccumque relinquere: Contra,
 ubi annuum fluxionibus redundante ex adgestione huius
 Diminuebatur, ibi residere atque iterum stagnare; hæc
 tamen minime nobis comperta sunt cum eueniunt;
 quod naturaliter omnis huius mutatio consequatur ex
 substitutione longissimisque temporibus, si rationem habes
 corpus vite, quem nos conficere possimur. Ac primium
 populorum omnium in hunc modum incomperata sunt, et quidem
 Annulla memoria rerum ita commutatam ab iustis

De Mundo Cap. 5.^{um} 299

Atque ad finem. Inque belli temporibus intentiones
et vastitates tum maxima, tum celerissima sunt: alia
quoque per morbos, alia per stragatibus hinc iunctantur,
et harum quidem alia repente pervadunt: alia vero ita
paulatim ut migrationes populorum non magno pere-
rorum. Sicut: quando quidem alii deserunt regiones suas;
alii remanent, quoad loca ipsa frequentiori hominum
turba alimenta suppeditare possunt, verisimile igitur
est, ut longum temporis spatium inter primam et
ultimam populorum migrationem intercedat, quo quidem
fuit ut nemo ex ijs qui postremo migrent, memoria
reperire possit, quando primum migratum sit: Et si de
ijs qui remanserint aliqui superstitibus vivant, illi rerum
oblivione, propter longum tempus capti sint. Ita judicare
debetur tempore etiam quibus domicilia a singulis
primam nationibus translata sunt, in mutatae hinc
partis, easdemque ex fluidis et palustribus hinc
reddidit incerta esse. nam paulatim sedes in illis firmantur,
ne ampliantur nisi post longum tempus. Quapropter
nullius memoria bene scio percipitur quinam primi aut
superiores atque fuerint, et quo locorum sibi mutatio sedium
facta sit, quemadmodum vel in Aegypto factum Novimus,
hac enim Regio in dies Angustior videtur magis, magisque
exaruisse, a Niloque omnis adaggrata esse. Sed quia
paulatim oblimata, sicque reddidit sunt paludes, et
fominesque finitima loca incolere ceperunt, ideo

300 *Tractatus*

Longinquitate temporis initium rei oblivione juvaluit.
 Itaque Ostia Nili omnia, uno Canopico excepto, manu
 addita non a flumine facta videri possunt. quin etiam
 veterum memoria Aegyptus Theba vocabatur; id quoque
 Zonarus docet, cum ejusmodi mutationum temporibus, ut
 ita dixerim, tam suppar vixent. hujus enim loci
 meminuit, quippe cum Memphide ipsa nec dum omnino,
 aut certe tanta extaret, quod Cetero ita accidit
 rebus similes. inferiora enim maritimaque loca, ut in
 alluvionibus fieri solet, post mediterranea culta sunt,
 quia necesse est quae ipsi circumlucioni propiora
 adiaceat, diutius palustria remanere, cum aequa
 semper extremis in partibus resideant et colligantur.
 At tamen loca haec palustria mutantur et florent:
 quandoquidem loca post squalores in commodiorem statum
 rediguntur, et quae antea modica fertilitatis erant, squalore
 nimio occupata de hinc fiunt: quod terra graeciae atque
 regioni tum argivae, tum Mycenae videmus contigisse. Troicis
 enim temporibus Argiva ob palustre solum paucos
 admodum alere poterat. Mycenae autem omni copiam
 genere florebat, propterea nobilior putabatur. Nunc res contra
 se habet ob eam ipsam quam enyochimide causam: haec enim
 parum commoda est facta, et omnino squallet; illa vero cum
 per id tempus ob stagnationem non satis commoda esset,
 nunc demum tenera reddita est et ferax, quemadmodum
 igitur in hoc angusto sane loco factum deprehendimus, sic
 idem quoque ipsum fieri existimares oportet amplioribus in

De Mundo Cap. 5. ^{um}

301

In locis totisque provinciis, et certe qui pauca
respererunt, uniuersi mutationem causam ejusmodi
uentuum suspicantur, quippe Cum Caelum formatum
sit. quam ob rem mare quoque, ut id quod exhaustum
diminutum iui, eoque magis quod multo pluribus locis
nunc, quam antea, id contigisse videatur: hoc quidem
partim verum, partim falsum est. Nam multo plura
loca nunc in Continentibus patent, quae hanc fluida
aut reperiebantur et rigida, sed Contra etiam res sa-
fabet: nam si perquisiueris, multis in locis superfluum
deprehendes mare, nec hujusce rei causam noua ipsius
Mundi molitioni attribui oportere Censemur. Idem
ridiculum est ob pauca leuique mutationes motum
ipti uniuerso afferre, atque illud idem genitum et
mortale asseuerare, Cum hanc magnitudo nihil sit
perfectio ad uniuersum Caelum, sed hanc potius
mutationum causa ea probanda est, quod per tempora
fato praestituta illa ipse ita effici solent. Quia etiam
ut hyema annuaria temporibus, ita per Centum
magna, que temporum hajectiones grauis hyems,
immenta que aquarum pluuiaum copia incessit:
quae quidem non semper iisdem in locis affluit, sed
talis omnino esse potest qualis eluiis quam tempore
Ducea lionis factam accepimus: nam enim la bea
per Graeciam potissimum peruafit, atque adeo per
veterem illam Graeciam quae ad Dodonum et
Acheloum est: flumen enim hoc multis in Locis

Cuius mutatione facta egi, atque hæc quidem loca
 incolant Selli et qui tum Græci, Nunc Sellene
 appellantur. Cum igitur pluvia ejus generis Aquæ
 redundans, conjicere de bene illas. latis futuram,
 diutiusque remansuram, et ut illam subterraneorum
 freatuum amplitudinem causam esse inquirunt, quare
 flumina alia perennia, alia non perennia sint: ita
 nos excelsum locorum, tum magnitudinem, tum
 densitatem, et frigore talis fluminum nature
 causam affecimus, quando quidem uberrimam illam
 recipiunt aquam, continent et effundunt. At qui tunc
 montis coagmentati assurgunt, parvi tamen et vel in
 morem fungorum foraminibus parvi, vel lapidosi,
 vel argillosi, hæc ita ante consumi arbitari debemus;
 (de his loquor ad quæ tale humorum confluum
 fertur) ut ejusmodi locorum humores magis perennes
 reddantur. nec autem latis longo intervallo magis
 siccare videntur. Cum altera minus fluida aliquaque
 sint, quoad eadem trajectis reuocetur, et magna vice
 imbrium demittatur. Sed quoniam necesse est quoddam
 in universo, mutationum generas effici, quæ ipsius
 universi nec ortus nec interitus habenda sunt (si
 quidem universum remanet) pari necessitate cogimur
 statueri, eadem hæc loca non ea omnino natura esse
 ut semper ex mari et amni tunc fluida sint, et sicca
 videntur. Documentum nimirum e rei euentu Capere

De Mundo Cap. 5^{um} 303

postumide: Nam Ægypticum, quod longe
relictissimorum mortalium asserimur, tractus regionis
omnis nuper facta, atque Nili opus videtur esse,
quod quidem satis intelligitur si ipsius regionis si autem
inspiciatur et natura. Mare quoque rubrum magno
huiusce rei augmento esse debet; medias enim
illius hinc angustias Rex quidam per fodere conatus
est, quod suspicaretur totum illum tractum, si alius
navigabili patret, non parvam mortalibus afferre posse
utilitatem. De vetulitate Sebastium id primum esse
motum memoriae proditum est. Verum mare rubrum
comperisse excelsores hinc Ægypto; atque
primum illum, mox Derium ab interdicendi munere
destitisse, ne immixto mari, a qua Nili corrumpetur.
In quo perspicuum est hac annua uno mari continuata
fuisse. quod idem Causa est cur illa Ammonia Africa
regio demissior, et magis cavis recessibus
discedere videatur, quam ratio inferioris tractus
ferat. Nam constat hinc paludes, hinc ipsam
Continentem, ab alluvionibus factam esse, ac
procedenti tempore, aquam qua concludebatur esse
exhaustam et evanuisse. Quia etiam ad Neotum
lacum tanta accessio ad alluviones fluminum
in eum influentium facta est, ut multo minor
navigia consequendi quatuor homo illum ipsum nunc
libeat, quam sexaginta ab hinc annos, quocirca ex hac
ipsa re facile intelligi potest, illum, ut multos quoque

Tractatus

alios, fluminum opus esse; atque postremo necesse
 esse totum aquis nudari. Nam vero Bosphorus in-
 angustum conducitur, quando quidem alluvionibus
 torquetur, idque adhuc etiam Aspiche percipere licet,
 quomodo factum sit. Pirium aquarum ex Asia
 fluxura, cum litoribus quasi laniam effecisset,
 lacus qui a tergo erat, primum diminuitus, dein
 siccae esse redditur. postea altera lania excurrens,
 lacusque restagnatio consecuta est, idque semper
 ad hunc modum eveniebat, quod quidem cum
 saepe repetiretur, necessario mare quod istas efficiebat
 laniam, longo tamen intervallo in archum Corin^{thi},
 quasi in flumen conversum est; ad extremumque
 hoc etiam ipsum exhauriebat. Constat igitur quando
 tempore nunquam desinet, ac uniuersum perpetuum
 mansurum esse, neque Tanaim, neque Nilum semper
 defluxisse, sed locum unde primum emanant aquae
 aliquando nudatum fuisse. illi enim oriuntur et
 consumuntur, cum tempore genitum non sit,
 nec omnino ad intritum redigatur. de aliis etiam
 fluminibus hoc idem profecti consentaneum
 videtur, quae quidem cum nativa sint et quasi
 intritum consumuntur, nec eadem hinc partibus
 perpetua auferantur proluvia, mare quoque iisdem
 consumetur necesse est. cumque mare semper
 alia hinc partibus aquae primet, alias occupet, liquet
 easdem uniuersae terrae partibus non semper pro certo

De Mundo Cap. 5^{um} 305

Navi, certaque continenti haberi, venum tempore
Conuersi et mutari omnia.

Quemadmodum Aristoteli in hoc non aduertatur; — Com. cap.
1^{um} lib. 2^o
met. v.
sed potius omnino contentit, et quae ille narrauerit
illustrat et confirmat hinc deinde. Causa autem
inquit ille, in hoc quod quaedam pars huius mundi
postquam fuerit sicca, seu postquam fuit terra, et terra
postquam fuit mare, complectimur nos hinc sermone
de ea. Et dicamur quod necessarium est dicere quod
hic sunt loca quae facta fuerunt arida, seu terra,
postquam fuerunt mare: et mare postquam fuit
terra. et videtur hoc per sensum ex eis quae
inueniuntur in profundo huius mundi ex squamis piscium,
et de aliis rebus quae non inueniuntur nisi in mari,
sicut dicit Aristoteles. Longitudo temporum, et quod-
dammodum inuolutiones non apparent nisi multis annorum
millibus: et accidit propter hoc quod variantur
idiomata et scripturae, et perduntur seu corrumpuntur,
illa quae de hoc scriptae sunt: aut remanent, et non
inueniuntur aliquo scilicet legere illam scripturam,
vel scripturam quae nunc inueniuntur in locis ruinosis
Egypti. Et etiam possibile est ut fuerint motus statim
omnes homines qui viderunt hoc, aut illi quibus peruenit
talis inuolutio: et hoc vel propter diluuium quae sunt in Mundo,
aut propter bella et pestilentias, et uniuersaliter ab
abextinctis: Cum autem hoc sic ita, et declaratum est
est huius^{modi}, dicamus nos quod Causa propinqua hinc sunt

Tractatus

quædam pars terræ arida postquam fuerint mares: et
 Mare postquam fuit terra, sunt generationes fluminum
 et fontium. Nam cum facta fuerit humida et irrigata
 aliqua pars terræ, fiunt in ipsâ flumina, et expanduntur
 ad loca illius terræ, ita ut Cooperiant aquæ illam partem,
 et fit mare; et è contrario, id est, quod cum exsiccatur
 terra pars, exsiccantur flumina, et fontes quæ sunt in eâ: et
 exsiccantur propter hoc maria ad quæ vadunt illa flumina;
 et fontes de necessitate: et non est impossibile, ut sit
 causa in aliquibus in hoc, nisi quia maria exsiccantur per
 hoc quod vadit ad ipsa ex fluminibus, et facta in terra ex
 parte ex qua procedunt ad illa ipsa flumina, et augmentatur
 mare ex aliâ parte, sicut fieri videmus in magnis
 fluminibus, scilicet quod ipsa mutant vias suas. hæc sunt
 causæ propinqua huius causæ autem remote sunt, motus
 solis in suo Circulo obliquo, et motus aliarum Stellarum.
 Nam sicut hæc sunt causæ ultima in termino omnium
 generationum et Corruptionum, et cuius diximus, causa
 in corruptione multorum eorum est propter remotiorem
 eorum: et propinquitatem eorum est causa in augmentatione
 sui generatione eorum: et sicut inuenitur in omnibus
 generaliter aliquod tempus in quo sunt, et aliquod in quo
 Corruptur, propter mutationem causæ generatiuæ et
 augmentatiuæ, et est tempus semel habitis: ita inuenitur
 talis dispositio in partibus terræ et maris, et ideo, ut
 inquit Aristoteles, terra Ægypti nunc procedit ad
 corruptionem, ipsa enim fuit mare, sicut narrat Geminus,

De Mundo Cap. 5. ^{um} 307

Et alii; et postea arida seu terra: et ipsa nunc procedit
ad siccitatem donec corrumpitur; et ideo non descendunt
in eam pluvia, sed homines illius vivunt a Nilo, qui ibidem
augmentatur, seu est.

Quae supra dicti auctores narrant de terra Aegypti, quam
quondam fuisse mare asserunt, confirmantur ab Herodoto,
et Diodoro Siculo; In Aegypto, inquit Herodotus, sacerdotes
aiebant, et mihi ipsi videbatur esse, quondam esse
regionem Cuius pluraque pars acquisita Aegyptiis est: —
siquidem quod inter montes supra Memphis urbem positos
medium est, videtur mihi sinus maris aliquando fuisse. et
deinde loco eodem, est autem inquit Arabica regione non
procul ab Aegypto, sinus maris exiit ex eo quod
vocatur Tabrum, amplissimus: in quo sine quotidie
reciprocatione aquarum, vadit in estuarium est. Porro
alius ejusmodi arbitror sinum existisse qui in Aegypto
factus veluti est sinus ille Arabicus. Quod si in hunc
arabicum sinum Nilus velis alucum suum convertere,
quid prohibebit assidue fluentem quin intra viginti
annorum millia illum obtinet. Ego enim credo intra
decem millia annorum qui autem me natum transeunt
Siculi sicca facta sunt, nimirum et sinum
siccanum fieri posse etiam multo quam hic est.
majorem a tanto flumine tanquam operoso. Itaque
quae de Aegypto a referentibus audivi, ea et ipse
ita habere existimo, quippe cum videam et
Aegyptum esse in perfectum a terra contigua, et

Tractatus

Conchyliis existere in montibus, ac Salsuginem
 exudare, quae etiam pyramides corrumpat: et solum
 hunc montem qui in aegypto imminet Memphis, arenas
 habere. Braheica regionem hanc nulli alibi continere
 assimilari esse, sed nigram terram et fragilem habere,
 non potest hinc ex alluvionibus ab Aethiopia, flumine
 deucto. * Sed non praetermittendum quod praemisit idem
 Strabonem loco citato, nimirum, Sub Mene Rege annum
 Aegyptum, praeter Thebaicam Provinciam, Salustrem fuisse,
 ex eaque nihil eorum quae nunc sunt supra stagnum Myrius
 exhibisse, in quod stagnum a mari per flumen septem diebus
 navigatur: quod manifestum est ei qui si antea non
 audierit, tamen insperem, Aegyptum, ^{In}quam Graeci
 navigant, accessione esse terrae, ac fluminis donum: quin
 etiam loca quae supra stagnum hoc sunt, ad terram usque
 diem navigationem; tam vero cum Aegyptum versus
 in alto Euphrate tenent, ab eis procul ab ea adhuc diuina
 navigationis spatium, patiens super eam etiam in aqua
 undecim alia passuum: quae res declarat eam esse
 humum aggestam. * Aque haec Herodotus, Diodorus vero
 Siculus, etiam, inquit, Aegyptum olim non terram firmam
 habitabilemque, sed mare quondam exhibisse eam asserunt
 Aethiopes, hinc post modum Nili inundatione ex Aethiopia
 aduecto, exaggrata a flumine terra, paulatim factam
 continentem, quod in ostiis fluminis conspici licet.
 Annis enim singulis novis materiae inundatione
 Nili ostiis apposita, cedit pelagus ob cumulos terrae
 superinductae.

De Mundo Cap. 5. ^{um} 309

Superinductæ. *Im* regio omnis incrementum a b
Ethiopia a terra allati capie. *Sic* Herodoti et Diadori
citatis locis maxime congruit quod Suidius Cecinit,
de vicissitudinibus quibusdam aliorum locorum, quæ
naturæ lege atque præscripto accidere in Mundo
affirmat, *Sic* versibus

Metam. 16
cap. 4.

Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim; sic ad ferrum venitis a b auro
Sæcula: sic toties versa est fortuna locorum
Vidi ego quod fuerat quondam solidissima Tellus
Esse fretum, vidi factas ex aquore terras,
Et procul a pelago comæta jacere marine.
Et vetus iuuenta est in montibus anchora Summis,
Quandoque fuit campus, Vallem decursum aquarum
Fecit, et eluis mons est deductus in aequori
Et que paludosa siccis humus areto arenis,
Quæque sitim tu levant, sanguata paludibus hument.
Sic fontis Natura novos emittit, at illic
Clausi, et antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut cæcæcata residunt.
Sic ubi litreno Lycus est epotus hiatu
Existit procul hinc, alioque renascitur ore.
Sic modo combibitur, lacris modo gurgit lapsus
Aeditur Argolicis ingens Æna finis in Anais:
Et Mysum capitis que sui, ripæque prioris
Demittisse ferunt, alia nunc ire Caycum
Fluctibus ambitæ furant Antissa, Phasisque,
C.C.

Intractatus

De Phœnissa Tyros, quantum nunc insula nulla est;
Leucada continuam veteres habuere coloni:

Nunc freta circum eunt. Hanc le quoque juncta fuisse,
Dicitur Italia, donec confinia pontus

Aethiæ: et media tellurem reperit unda.

Si quaras Helicen et Durin, Achaidas orbes,

Inuenies sub aquis: et adhuc ostendere naua

Inclinata plent cum moeni bus oppida mergit.

Lu. nat. lib. 6.
cap. 32.

De istis oppidis Seneca sic loquitur Helicen Durinque totas
mores accepit, supra duo oppida navigatur: duo autem
quæ nouimus, quæ in nostram notitiam memoria literis
seruata perduxit; quam multæ alia multis aliis locis sunt
morta. quæ populor aut terra in se, aut mare inclusa.
Ex his omnibus supracitatis locis colligitur non unam
rem esse quam proponimus; nimirum, Terram aliquando
fuisse quod nunc ^{aqua} terra est, et sic vicissim magnis
ejusmodi mutationibus hæc nostra inferiora ab æthio-
renouari. Minime etiam aliquando sunt illuiones in
locis mari et fluminum oris adjacentibus; atque hæc a
ventorum vi maximè inducuntur, ut probat Aristoteles, et
id experientia quoque ostenditur, inquit Magius, si quidem
Alexandri Magni Arx, de quibus Justinus lib. 2.º, et alii
meminerunt, sub ægypticâ linâ in oriente, cum in sicca
tellure tanquam aquarum limite extructa esset; nunc mari
adposita, duobus millibus passuum a litore absum, non alia
(ut mathematici volunt) decausa, nisi quia propter motum
Cælestis viam, sensim aquas procedente illuc se affudit.

De Mundo Cap. 5. ^{um} 311

Contra vero Gades, siue feculis Columæ, sub eadem et typicâ liniâ in Occidenti a Naturâ, vel ab ære, ut ferunt fabulæ, posita prope aquarum termino assignata, jam a maiori totidem passuum millibus distant, fluctibus amplius non alluuntur, quâ re animaduersâ, causâ tamen ejus ignoratâ, nonnulli terram ab Orienti Occidentem reversâ, sequi motu rotari (scilicet) dixerunt. Sed hi toto errant Cælo, cum oportere terram immobilem consistere, ac ipsam moveri omnino sit impossibile, ut Aristoteles optimis atque inconvulsiis argumentis contradii, rerum mutationes ex minimis illis ortæ plurimum laud, nullius fere sum momenti magnarum respectu, in qui laud nihilominus ea omnia conspiciuntur accidentia quæ in maximis. Minima sapienter et frequentius; Maxima rarius, et non nisi longo seculorum intervallo cœnere solent. Nulla fere sunt gentes quæ minimarum mutationum non meminere quam plurimarum. At Maximarum, minus tantum aut aliter meminere; non quod infinites hæc sicut et illæ ab æterno non contigerint; sed quia hominum memoria non ita distenditur, ut ea quæ non nisi plurimorum seculorum intervallo sunt in Mundo diu conservare et perpetuare possit, ob rationes quæ ab Aristotele et Lucretio, supra adduximus. Qualescunque fuerint maximæ unquam mutationes, nunquam universales ullæ fuisse patet ex his quæ jam dicta sunt. omnium quæ ad nos pervenerunt,

Tractatus

Et quarum monumenta scriptis conservata fuerunt,
 famosa est illa quae in lege Moaisca praedicatur
 inundatio, dicta Noacica. A Noe, ab illa praeservato, nomen
 sumpta, hanc uniuersalem fuisse, Iudaei Christianique sibi
 persuadent; sed falso, et hac solum ratione ut illam linguam
 poenam omnium hominum peccatis statutam, et a Deo missam,
 rei omnium Carnem uiuentem quae in limas erat occideret,
 significari. Venum quae de hoc diluio Noeisco Moaisca scripta
 tanquam a Deo missa, et omni generi humano exitio,
 Superque uniuersam terram diffuso, falsitatis omnino
 arguuntur, variisque argumentis, et primum id Colligitur
 ex iis quae Berossus, et Josephus ex Nicolo Damasceno
 Historico referunt. Berossus quidem, Unus, inquit, inter
 gigantes, Cui nomen erat Noe, timens quam ex Aethiopia
 futuram prospicere eadem, nauim iuxta Arca uocantam
 fabricari cepit. [†] Haec uerba ostendunt Noe a Deo huiusce
 cladis non praemonitum fuisse, Cum ab aethiis illam
 accepisset. quod equidem rationi consentaneum magis uidetur;
 Nam Cum ex ordine naturae uicissitudines et mutationes
 perpetuae in hoc inferiori Mundo Certis et statutis temporum
 interuallis accidant, Cujus rei Caelum motus causa est,
 quem Mathematici astrologia aut prauidere consueuerunt,
 non alienum a ratione est existimare Noe istam
 eadem hoc modo prauidisse, et ab illa sibi praecauisse
 absque ulla Dei Auxilio. Quod intus Coniici potest
 ex iis quae Josephus ex Nicolo Damasceno retulit,

De Mundo Cap. 5. ¹¹¹⁰

313

En, inquit, Super regionem Myriarum magnus Mons
in Armeniâ nomine Baris, in quos multos profugos
servatos ferunt, diluuii tempore, et quemdam arcâ vectum
in hujus vertice fuisse, qui fortassis is fuit de quo etiam
Moses Pudaorum legislator scribit; In hoc notandum est
quod dicit, multos profugos servatos fuisse, Praeter
illos nempe qui in arcâ conclusi cum Noë erant: hoc
enim verbum multos, designare videtur alia pari-
togenio, quo Noë, servatos fuisse, et sibi ejus exemplo
præcauisse; quod satis quidem innuit, cum dubium an
Arca hæc sit eadem illa de qua Moses loquitur: Non
soli Noë hoc esse ab exitu vindicandi ingenium
concessum est; non Deorum monitis, non aliorum quos
est exemplis; provida Natura omnibus in hac re
contulit, ut sibi quisque opem ferat. Servationum
multi olim perire diluuiis, sed multi etiam evasere,
apud Sines, apud Græcos, inundationes multas
contigerunt: Aegyptii quoque diluuiorum semper, ut
inquiunt, experiri, et sibi inundationibus interdum
afflicti fuisse: et apud hos omnes, absque Deorum
monitu et sine miraculo ullo multi exitum effugere
ad montis excelsum et alta loca confugerunt, ut
Platonem in Timæo scripsisse, supra retulimus. Unde
colligi potest Mosem Judæis imposuisse, in diluuii
narratione, et in hac, miranda potius quam vera,
deluti poetam cecinisse. Præterea quæ illud diluuium

Tractatus

praecessisse, et subsequutum fuisse scribit, mendacii
 proinde et fictionis reum illum Conuincunt, Cum
 ea Deo attribuit. Nam verisimile est quod scribit
 6^o Genesios, Deum pariter hominem fecisse, et
 tactum dolore cordis inuincere dixisse, Delebo
 hominem quem Creavi, a facie terra, ab homine usque
 ad animalia, a reptili usque ad volucres caeli, &
 pariter enim me fecisse eos? Quanta enim sunt in
 hoc absurda et impia? Deum pariter Mose
 inducit, id est, imprudentem, qui, quid faceret, nunquam
 cognouerit, injustum illum facit qui tantam animalium
 brutorum insontium multitudinem de leuere: quid enim
 peccauerunt bruta? Si, quia propter hominem Deum
 illa Creauit, extincta fuere: quare non etiam pisces
 extincti fuerunt, qui hominum quoque causa Creati
 fuerant? quare non potius aliud exitii genus quam
 diluuium misit, quod et pisces, et terrestria
 animalia Consumeret? quare denique deleta sunt et
 quae ideo eorum causa nunquam facta fuere? nec
 pena digna reputanda esse videbantur. Nuxa profecto
 nuxa, ejus modi narrationes sunt: et nugarum est
 cumulare quod Mose scribit sequitum esse diluuium.
 Namque 8^o Genesios dicit Deum pluviam pariter
 quod scilicet homines de leuere; et miseratum eorum
 non amplius illorū plagā ejus modi percussurum
 pollicitum esse, eo quod animaduertiret sensum et

De Mundo Cap 5. ^{uno} 315

Cogitationem cordis humani in malum pronam esse ab adolescentiâ, quasi Deum ignorasset ante diluuium quale esse hominis ingenium. Et Non meliorem fuisse illum hominem excusare, aut perniciem, cum adhuc remedio erat locus, quam post exitium quod reuocari non poterat. nefanda sane et impia de Deo Moses narrat; et conuictivum argumentum contra diuinitatis opinionem esse videtur, quod Moses impune sic loquutus fuerit. Deum enim hominem etiam insipientem multo viliores reddi, quem toties paenitentium factorum bonorum et imprudentium fecerit. Nam aut iustum erat hominem extinguere: aut iniustum. Si primum, quare perire fecisset? Si secundum, quare fecit? impium equidem est ejusmodi imprudentiâ argumentum in Deo admittere. Multa etiam alia sunt a Mose de Deo scripta quae sunt omnino absurda et ridicula: ut illud, quod fingit illum dixisse, 6^o Genesios, non permanebit spiritus meus in homine in aeternum quia caro est, eruntque dies illius Centum viginti Annorum. Nota, quod antea homines multo diutius vixisse scribit, ut Adam quem Nongentis triginta annis vixisse dicit, Seth nongentis duodecim, Enos octingentis quindecim, Methusala nongentis sexaginta novem; Lamech septingentis septuaginta septem; et tum Deum vultum hominibus factum vitæ eorum ad Centum.

Tractatus

Viginti annos redegitte. tamen experientia quotidiana
 mani festum fit nullum senex a primis seculis tandem
 vixisse. quin etiam Moses ipse 119. Hunc seos dicis multos ultra hunc
 terminum vitam produxisse, videlicet post exactum diluuium. Dies
 Thare ducuntur quinque annorum factos fuisse scribit. Arphaxad
 postquam genuit Salem, trecentis tribus annis vixisse, et illum
 triginta quinque annis natum genuisse; qui collecti trecentos triginta
 octo annos conficiunt; Omitto Echem, qui multo Deutibus quam
 Deus minaturus fuerat, Moses vixisse dicis, ex quo mani feste ostenditur
 Deum quasi infantum, et omnino male memoratum, sibi que
 contrarium plane fecisse, quod omnino impium esse nullus non
 videt. hanc autem longissimam Satriavicharum vitam fingentium
 esse quis dubitauerit? et Mosem, ex ignoracione eorum rerum
 que longe diluuium antecedebant, illud excogitantes esse
 mani festum; et ab ipsa mundi prima creatura, usque ad diluuium,
 sicut a diluuiio ad suum usque tempus, rerum et hominum
 seriem contulerit, aliisque ignota tempora, et Historiarum
 incompleta, sibi a Deo reuelata esse persuaderet. Verum
 non magis fides adhibetur ejusmodi Vitae
 Satriavicharum longissimae quam diluuii narrationi bibe.
 Josephus Regis Moisaicae sectator, sic de illis scribit, plurimi
 auctores (quos nominat) narrant priores illos ad mille annos
 vitam produxisse sed de his quisquam sibi vitam & ueritatem
 accipiat. et quo patet in dubium non immerito reuocari posse
 quod de ista longissimae et ultra naturalem terminum vitam
 productivae scripti Moses. Et cum in hoc mentitum fuisse constet,
 fraudulente ac in creaturae descriptione, et in precedenti bar
 retulimus; in diluuii etiam Noeici descriptione languam

lib. 1. ant.
cap. 4.

De Mundo Cap. 5. ^{um} 317

a Deo missi ad homines propter eorum peccata
extirpandos, et vniuersalis mentium esse non dubitandum
est. sed existimandum eiusmodi mutationes et vicissitudines,
ut supra diximus, ex natura praescripto euenire in
diuersis, imo in cunctis alternatim hinc partibus, et quidquid
Proca Noaticum diluuium tanquam vniuersale Naturae
Religio, nihil magis certa fides eius est, cum ipsorum
Religionis doctorum permulti sic errare et contra sensum
ipsum peccare visi fuerint, quod Clem DD Lactantius,
Primum, et Augustino accidit. Hi enim Antipodas
negantes, tacite Noaticum diluuium vniuersale fuisse
iustificati sunt. Nam si Antipodas, quos noui Orbis
populorum appellamus, non esse affirmauerunt, ad illos quoque
diluuium Noaticum non peruenisse, eos intulerunt
verisimile est, et ideo vniuersale non fuisse. Ad hos
sanctos patres, Antipodas negantes, scripta eorum
mani festo declamari, et praemium Lactantius his verbis
Quid illi, inquit, qui esse contrarios Vestigia nostri Antipodas
putant? nunquid aliquid loquuntur? aut est quisquam tam
ineptus, qui credat esse homines quorum Vestigia sint
superiora quam capita? aut vbi quae apud nos vacent,
vniuersa pendere. fruges et arbores deorsum versus crescere,
pluuias et nives et grandines sursum versus cadere in terram?
et miratur aliquid hortos perfiles inter septem miras narrari,
Cum Philotophi et agroae et maria, et urbes et montes
perfiles faciant? huius quoque erroris aperienda vobis origo

Li. 6. 8. de Jul.
sup. cap. 29.

Tractatus

Et nam semper eodem modo falluntur: Cum enim
 falsum in principio sumpserint, verisimilitudine
 inducti, necesse est eos in ea qua consequuntur incurvare,
 sic incidant in multa ridicula, quia necesse est falsa esse
 qua in rebus falsis congruunt. Cum autem primis
 fabuerint fidem, qualia sunt ea qua consequuntur
 non circumspicunt, sed defendunt omni modo, Cum
 debeant prima illa, utrumne vera sint, an falsa,
 et Consequentibus iudicare, qua igitur illorum ratio
 ad antipodas perducit. Videbam Sydenam Cursum in
 occasum meantium, Solem atque Lunam in eandem
 partem semper occidere, atque oriri semper ab eadem,
 Cum autem non perspicerent qua machinatio cursum
 suorum temperaret, nec quomodo ab occasu ad Orientem
 remearent: Caelum autem ipsum in omnes partes
 putarent esse deuenum, quod si videri immensam
 latitudinem necesse est, existimauerunt rotundum esse
 Mundum sicut pilam: et ex motu Sydenam opinati
 sunt Caelum volui, sic astra, ut longum Cum occiderint,
 volubilitate ipsa Mundi ad ortum referri. Itaque
 Aethiotes Orbem fabricati sunt quasi ad figuram Mundi,
 eosque Caelum portretosque quibusdam simulacris, qua
 Astra esse dicerent, fave igitur Caeli rotunditatem illud
 sequatur, ut terra in medio sine ejus esse iunctura:
 quod si ita ita, terram ipsam Globo simili leui, neque

De Mundo Cap. 5. ^{III} 319

Enim fieri posset, ut non esset rotundum, quod
rotundo inclusum teneretur. Si autem rotunda etiam
terra esset, necesse est ut in omnes Cæli partes
eandem faciem gerat, id est, montes erigat, campos
tendat, maria Constituat. Quod si esset, sequeretur
illud extrinsecum, ut nulla sit pars terra, quæ non ab
fominibus Cælestibus animalibusque incolatur. Sic
pendulorum istos antipodas Cæli rotunditas adinuenit.
quod si quædam ab ijs qui hæc prostrata diffundunt
quomodo non Cadunt omnia in inferiorem illam
Cæli partem: hæc respondent rerum esse naturam,
ut pendens in medium feratur, et ad medium semper
Conuertatur omnia. Sicut radiore videmus in rotas,
quæ autem leuia sunt, ut nebulae, fumus, ignis, a
medio de ferantur, ut Cælum petant. quid dicam de
ijs, nescio, qui cum semel aberrauerint Constantiter
in Multitudinem perseverant, et vanis vana diffundunt,
nisi quod eode interdum joci causa philostophani, Aut
prudenter et scios mendacia diffundenda suscipere,
quasi ut ingenia sua in malis rebus exerceant,
vel ostendant. At ego multorum argumentis probare
possem nullo modo fieri posse, ut Cælum terra sit
inferius. + Atque hæc Lactantius Contra antipodas,
Cui sic D. Augustinus congruit. quod vero, <sup>lib. 16. de
ciu. cap. 9.</sup>
Inquit ille, et Antipodas esse fabulantur, id est homines

Tractatus

A Contrariâ parte terræ ubi Sol oritur, quando nobis occidit, adversa pedilude nostris calcare vestigia, nullâ ratione credendum est, neque hoc ulla historia cognitione didicisse se affirmam, sed quasi ratiocinando: *conjectant*, eo quod, intra convexa Cæli, Terra suspensa sit, eundem que locum Mundus habeat, et in finem et medium: et ex hoc opinantur alteram terræ partem, quæ in fovea est, habitatione hominum carere non posse, nec attendunt etiam si figura conglobata, et rotunda Mundus esse credatur, siue aliquâ ratione monstratur, Non tamen esse Consequens ut etiam ex illâ parte ab æquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiam si nuda sit, neque hoc statim necesse est ut homines habeat, quando nullo modo scriptura instrumentitur, quæ narratim præteritis faciit fidem, eo quod e juve prædicta Compleantur: nimisque absurdum est ut dicatur aliquos homines ex hac, illam partem, Oceani immensitate trajecta, navigare ac pervenire potuisse, ut etiam illic ex uno illo primo homine genus humanum institueretur.

lib. 9^o

Tractatus Lactantium et Augustinum Historiâ quoque Bavaricâ præditum est, ^{episcopi} Salsburgiæ in Synodo nationali Episcopatu privatum fuisse eo quod Antipodas esse affirmaret, et Lactantio et Augustino in hac re repugnant, ac ex his quæ hodie sensu ipso exprævimur et videmur, manifestum est

De Mundo Cap. 5. ^{um} 321

manifestum est quam falsa fuerit istorum doctorum
ratio. non solum enim Antipodas olim ab illis
negatos, nunc vere existere compertum habemus; sed
etiam homines nobis rebus omnibus, aequiparandorum,
mori suorum videlicet, legibus, Religionem etiam, illic
habitare nouimus; et a vetustissimis temporibus
imo in finibus pene saeculis, antiquitatum monumenta
illos ostendere. Quin etiam narrant diluuiam, aliasque
mutationes se passuros esse, haud secum ac antiquorum
nostri hemisphaerii populorum; Seruianum praesertim
non absimile diluuium Noaeico illi, de quo supra,
referunt. Olim etiam tantam pluuiarum copiam
ex caelo cecidisse dicunt, ut hinc omnino inundata
fuerit, nisi exceptis qui in speluncas montium
fugientes se se receperunt, adeo aditu obstructo
ut aqua nullo modo penetrare potuerit, si Barisae
prius comparatim, et magna pecorum copia, toto
pluuiarum tempore sibi permansisse, intelligentis
 tandem pluuias cessauisse, canes duos emisisse, qui
nullo cano polluti, sed tantum inae facti redeuntis,
Aguas nondum elapsas esse declarauerunt; post
aliquot deinde dies, alios adhuc fons emisit, —
quibus lutulentis et canopis redeuntibus, inde
coniecisse terram aquis esse solutam et liberam.
tum ex speluncis homines egressos hinc a liua
fominae hinc repleuisse, non quidem absque magna
difficultatibus et laboribus ob ingentem Serpentum

Seneca lib. 4.
Hist. nat. cap. 11.

Tractatus

Multitudinem quos terra humiditas in Luto generat, qui hinc ex magnâ parte occidis, securius deinde vitam traduxisse ferunt.* Eiusmodi igitur diluuium apud Peruvianos celebratum, non illud esse quod Noë temporibus accidisse Christiani prædicant patet. Nam id Christiani doctores, diuino, ut dicunt, Spiritu afflato non latuisset, et Deus illis quidem rem tanti momenti reuelasset, quod Cum non factum fuisse comperit habeamus, imo doctores illos nunquam cognouisset, Vel etiam negauisset. Peruvianos et alios noui Orbis populos Antipodas appellatos. fatidum ex horum diluuium non idem fuisse ac Noacicum, neque hoc, neque aliud, qualecunque sit, fuisse unquam vniuersale concedendum est, sed ejusmodi diluuiâ, ut supra dictum est, Naturæ leges accidere, Cum præsertim multa alia tum Noacicum diluuium præcedentia, Cum subsequentia nouerimus. In quibus maxima profecto mutationes orta sunt. horum uero diluuiorum cognitionem accipimus ex Solone, qui tot Platore fer, a sacerdotibus Ægyptiis ista didicerat. Hi autem nouem annorum millia numerabant, ex quo Græcia antiqua Cum antiquis Atlantis in sula populis bello certauerat: et per hoc temporis spatium diluuiâ magna, multaque fuisse aerebant, quibus itaque in gentibus hinc motibus obortis, Atlantis hæc insula in mare submersa disparuit. hoc uero apud Ægyptios

1) Finoro (L. 1.)
Enthâ

De Mundo Cap. 5. ^{um} 323

a Sacerdotibus, & vetustissimis monumentis, et
Antiquâ memoria a. servata erant. Sedulo enim
illi monumentis suis inserebant quaecunque ad
eorum notitiam perveniebant. itaque plura ab eis
prodigia Computata sunt, cui' Herodotus, quam a ^{in hunc}
caeteris hominibus. nam cum prodigium extiterit,
scribunt id observantibus quomodo euenit, et si quando
postmodum hujus similes euenire, exemplo prioris
putant euenturum. Unde valde Credibile esse
videtur quod Plato hic refert de Solone).
qua propter iis quae de diluio Noacico, tanquam
universalis, apud Christianos feruntur, nulla
fides adhibenda est, nam si multa alia diluua
illud praecesserunt, intra novem millia annorum
qui ab Aegyptiis referuntur, quae universalis
non fuisse concedunt, quare Noacicum universale
fuisse Concedetur. Alia diluua quae Noacicum
etiam subsequuta sunt, terrae varias quidem
partes interdum obtinuerunt, sed nullum universale
fuisse auctores nunquam fabulati sunt. quinque
forum memoria ad nos perducta est, quorum
primum Nouimestre sub prisco Ogyge celebratur,
Secundum Niliacum, menstruum, sub Aegyptiis,
terciet ^{et} Bromethoo: sed hoc, mihi potius
alluionem, quam diluuium dici debere putamus.
Cum Aegyptum nullo modo nunquam diluio
aut obrutam, aut labe factam fuisse, supra

Tractatus

revelerimur. 3^{um} bimestre sub Ogyge Attico,
 4^{um} in Thessalia trimestre, sub Deucalione, 5^{um}
 Pharaonicum sub Protheo Aegypto, etiam trimestre.

lib. 1^o de civi
 cap. 1^o Quidam putant primum illud sub p^{ri}mo Ogyge
 factum idem esse quod Noaticum. sed D. Augustinus
 hujusce sententiae non est: et maximum diluuium
 hoc vocat: illud vero, Ogygium nempe, magnum
 appellat. majus tamen hoc fuisse dicit illo quod
 Deucalionis saeculo, bonam hinc partem inundavit.

lib. 2^o de sye.
 2^o

Porro² Lucianus Noaticum et Deucalionicum diluuium
 unum idemque fuisse declarat. nam in descriptione
 et narratione diluuii Deucalionis refert ea omnia
 quae in Bibliorum volumine de Noatico scripta sunt.

lib. 6^o cap. 1^o

Aliud quoque magnum diluuium apud Diodorum³
 siculum legimus, a Samothracibus memoria
 proditum, quod ante Deucalionis tempora a pud
 illos extitisse dicebant. id primum ab Ostio
 Cyanoo, deinde ab Hellesponto erupisse. Bonti
 enim Delagide in modum Stugui fluminis incusse,
 aquarumque inundatione ad auctum, adeo supra
 modum in Hellespontum effluxisse, et magna
 Asia parte. licet mare Asia, diluuiis fuerit absumpto:
 plana quoque Samothracia ora, praesenti mari
 vastata in. at. bonum diluuium nullum uniuersale
 fuisse dicunt: soli Iudaei ac Christiani id de diluuiis
 Noatico Commentum sunt.

Proter ea quae jam supra dicta sunt, quibus

De Mundo Cap. 5. ^{anno}

325
diluium Noacicum uniuersale non fuisse
deklaratur, insuper Considerandum est, si ita
esset ut illud diluium uniuersa terra exstiteret
fuisse, qui fieri potuisset ut alii homines, atque
animantia in orbe nouissime reperi, post
diluium fuissent. necesse omnino fuisset,
quodam ibi a Deo, sicut et Noë, seruata fuisse,
ut animalium genere repararetur, aut post
diluium ea in illa terra fuisse translata.
Primum non conceditur a Theologis Christianis,
Secundum non potuit fieri. nam aut mari, aut
terra illic translata fuerunt. Terra non potuit;
orbis enim ille nusquam cum nostro coniungitur,
neque uersus Septentrionem, neque uersus Austrum,
neque alibi ut docent Nautæ; mari etiam non
potuisse uerisimile est, imo certum. primum
sicut Augustino et Lactantio superioribus
temporibus non fuisset incompertum. deinde
nulla historia probatur quemquam olim tam
vastam navigationem aut intrauisset aut persequisse:
imo pelagus istud innavigabile existimabatur, et
Oceanum, aut Centum quinquaginta ab hinc
Annos, extremos Mundi Limites maiores nostri
Arbitrati sunt, præterea qui sibi proposuisset
et suscepisset omnia illa animalia quæ illic
reperiuntur, et quidem in finita pene hominibus
noxia transuehere. Nullus meo hercule tantum

Tractatus

tamque arduum negotium adgredi cunctis
 esset. et D. ipse Augustinus, ut supra retulimus,
 absurdum esse dixit, putare homines aliquos ex
 hac in illam partem Oceani immensitate trajectâ,
 nauigare ac peruenire potuisse, ut etiam illic
 ex uno illo primo homine genus institueretur
 humanum. multo vero minus cetera animalia
 prope infinita et diuersi generis illic peruenire
 potuerunt. quae propter cum neque mari, neque
 terrâ, animalia vlla, tum ex hominum, cum
 ex brutorum genere, ex orbe nostro in alium
 illum transmigrare nullo modo potuerint;
 et illic tamen cuncti generis animantia
 reperiuntur, populique quam plurimi legibus
 et moribus, non multum dissimiles illis, quos
 apud antiquos Asia, Europa et Africa populos
 in vni erant, constat diluuium Noëticum ad
 illos non peruenisse; Sed illic ab æterno homines
 et animalia cetera, sicut in orbe nostro,
 semper fuisse existimandum est; Vicissitudines
 tamen et mutationes haud secus ac reliquis
 terræ partibus, expectas esse; quod ex diluuiis
 Seruianorum, supra memorato Comperimus
 habemus. quia etiam hanc illorum mare
 quondam fuisse totum simile est, quemadmodum
 immensi illius maris spatium quod inter
 nostrum et illum orbem jacet, hanc quondam

De Mundo Cap. 5. ^{uno} 327

fuisse colligere possumus ex Atlantide
(insula submersione) vel saltem illam terram
partem cum nostrâ Continenter olim fuisse
probabile videtur. sed diluvis ingentibus
vel terræ motibus disrupta et dissociata
fuisse; sicque novum orbem a nostro distitum,
veluti Siciliam ab Italiâ separatam olim
fuisse accipimus.

¹ Hæc loca vi quondam et vastâ convulsa ruinâ Virgil. Aen.
3.
Dissiliisse ferunt, cum protinus utraque tellus
Una foret.

Mores et leges quæ apud novi illius orbis populos etiamnum
vigent similes sane illis, quæ quondam in nobis nostris terræ
partibus erant in usu, fidem faciunt hæc et illa utriusque
hemisphærii terras continenter fuisse. Quomodo enim nisi ita
esset, populi illi tum concordet moribus et legibus esse
potuissent? V. gr. Asia, Europa, et Africa populi olim
pro Diis Solem, Lunam, et corpora cælestia colebant et
venerabantur, hodie vero Computum habemus novi
orbis populos eosdem plene Deos habere et semper que
habuisse et adoravisse. At cum de Diis notionem non
esse a naturâ datam, sed hominum solertia et ingenio
excogitatum fuisse in tractatu de Diis docuimus;
manifestum est, necesse omnino esse ut ii populi qui
primum istam de Diis opinionem habuerunt, et illis
tradiderint, et illas docuerint: quod quidem fieri non potuisse
videtur nisi cum aut continens erat novi orbis terra cum

Tractatus

nostrâ, aut ita contigua et vicinitate facili inter
 utraque populos intercederet. Consuetudo, et quasi quâdam
 necessitudo: diluuit tandem et hinc motibus ut dictum
 est, immane hoc interjacentis spatium, quod nunc mare
 esse videmus, et quod tunc terra erat, submersum et
 aquis voratum fuisse verisimile est, homines tamen
 utriusque partis suppositis moribus et legibus conformem
 perstitisse. Cujus quidem rei memoria, profunda
 temporum altitudine obrui et obliuari potuit.

Aegyptiorum tantum monumentis et paucorum
 fortasse aliorum tam memorandæ antiquitatis vestigia
 quaedam olim conservata fuerant: sed hi vicissim varias
 mutationes perpessi, funditus cum vetustate hâc perire,
 et nisi Bletonis Timæum et Critiam ad nos fortuna
 pertulisset, ista omnia antiquitatis monumenta oblivione
 sempiterna deleta proterea fuissent.

Cum igitur supra declaratum sit ex Bletonis eadem
 istam quæ nostrum orbem a novo dissociavit, Noacici
 diluuii tempora longe antecessisse, et ab hoc diluuiio
 alteram orbis partem tam remotam quam Americam sive
 Antipodas, et novum orbem appellamus, intactam et
 immunem fuisse. quia etiam Aegyptios Balestinos, in
 quæ hoc diluuium Noacicum effusum præcipue fectur,
 confirmatos, hujus fuisse expositis: Cuius in primis
 Lactantius, Augustinus, tota denique Batrum et Theologorum
 Catena qui ante centum et senaginta ab hinc annos

De Mundo Cap. 5. ^{uno} 329

Vixerunt, hunc novum Orbem ignoraverint, et
negaverint, ideoque Noachicum Diluivum ad ista loca
pervenisse laetè inficiati sunt: nihil vetat. Credere
illud uniuersale non fuisse, nam hoc ita certum
et manifestum est ut nihil certius esse possit, itaque
Iudæis, Christianisque uniuersales illud existimantibus
rectè dici posse videtur, quod Sacerdos Aegyptios
Soleni dixisse supra ex Platonis Timæo retulimus,
quæ de posteritatis Successione apud eos recenset
parum quiddam a puerilibus fabulis differunt; nam
annum tantum terræ diluivum novisti, cum multo
antè fuerint. * hæc autem Puncta quæ fuerunt
vniquam et in posterum futura sunt diluivia non
accidunt nisi post multa temporum intervallo, sed
certa et ex ordine naturæ hydenique reuolutione;
et in finitiss hæc ab æterno accidisse necesse est;
quamuis pauca quædam ad nos hominum memoria
perdiderit, innumera tamen sunt quæ vel temporum
vel locorum immentia longitudo nobis abscondit, vel
Scriptorum penuriâ posteris non fuerunt tradita. Nam
cum cælorum motus, a quibus mutationes ejusmodi
Orbem habent, relique terrarum dominentur, et
varia Astrorum apocalastæ, id est, reuolutiones,
diuersitæ terræ partibus fieri necesse sit, ut supra docuimus,
necesse etiam omnino est hæc mutationum genera
evenire, siue diluivia, siue exustiones; et semper
Mundum æternis his mutationibus renouari, quam

Tractatus

Memoriam vetustas etiam aboleuit, et abolitura
 semper erit. Non est primum memoria, Inquit
 Salomon, sed nec eorum quidem quae futura sunt,
 erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo.
 Verum quamvis nulla est horum mutationum
 memoria, sola ratio, et caelestium motuum doctrina
 abunde docent has naturaliter et necessario ab aeterno
 vicissim contingere, et cum continua, aeternaque sit
 ejus modi vicissitudo, aeternam per se, habet causam
 aeternam per se, in nullam autem aliam reduci potest
 causam, nisi in Corpora Caelestia. ergo ista naturaliter
 sunt a Corporibus Caelestibus. et ex his omnibus
 aeternam Mundi durationem, in quo infinitarum
 mutationum et revolutionum series in finita
 non deficiat, concludere debemus.

lib. de incant
 cap. 12?

Caput sextum

In quo

Declaratur non admodum
 antiquam esse posse terram
 in Mundo gestarum memoriam.
 Item de tribus temporibus, Aeterno,
 Mytico, et historico recognoscitur
 agitur. de quo anno Magno Eno,

De Mundo Cap. 6. ^{um 331}

Et stupendo annorum numero,
a Baldoide, Egyptiæ et
aliis eorum monumentis
conservato. Ex quibus
Mundi antiquitas, imo
et veritas omnino
conjectio.

Ob diuersas alternasque
mutationes in Mundo factas, quas Superiori capite
declaramus, non antiquam illam, que foret rerum
gestarum memoriam homines seruare potuisse manifestum
est. Cum enim vetera antiquitatis monumenta eiusmodi
cladibus cum homini luce ablata et consumpta essent,
nihil supererat quod fidem rerum facere posset. Nam
homines qui in hunc a diluuiis effugiebant, montium
quidam pastores erant in verticibus montium velut
humani generis igniculi conservati. Ut ait Plato, qui propter
litterarum ignari, et omnis doctrina expertis, Nullam
rationem de rebus antiquis reddere poterant: hæc enim
in solis Civitatibus, vulgo et docentur et discuntur, que
re plurimum in planitie sitæ sunt et ideo diluuiorum
temporibus citius et prius aliis pereunt, penitusque

¹
Plat. in
Timæo

332 Tractatus

Submerguntur antiquam ad montem aqua perveniant. —
 Cum autem exustiones accidunt, furens ignis nulli parvis,
 non magis iis qui montes, quam iis qui vales incolunt, nisi
 intra hinc, et ita dicam, viscera latant, et in altis
 profundoque speluncarum recessibus et antra descendunt,
 hoc enim tantum modo exitum fugere possunt. Naque
 quando has mutationes et clades, natura legibus, hinc
 nostra inferiora experiuntur, omnes tunc Artes,
 Doctrinae, Scientia, et cuncta rerum monumenta funditus
 etiam Cum aliis rebus pereunt, ita ut ex eis nullum
 quidem vestigium, Superesse verisimile sit. inde fit
 et innumera annorum millia praeterita illos qui
 tunc super fuerunt latuerint, et docet Plato, loco
 Citato. Mundusque iis in locis in quibus clades
 istae acciderunt, recessus semper arisur fuerit. Nam
 Cum qui ruinis istis Superstitibus sunt, rudes, ignavi,
 Artium expertis, omnibus privati commodis, et
 incuria Sylvestri non multum a ferarum asperitate
 dissimiles reperiuntur, Cum Mundo nuperime nati
 apud posteros creduntur ab iis, qui illorum vitam,
 historias evolucundo Cognoscunt; et dicunt quo modo
 Succeedenti tempore non frangi illi rusticitatem paulatim
 exierunt, ad politioreni Civitatorumque vivendi rationem
 se se Converterunt, vel peregrinando, et ad loca in hinc
 a ruinis que lenata proficiscendo, et ab illis leges
 et mores, omnia denique quasi nova reportando; vel
 naturalis ingenii Solertia excogitando ea que sunt ad
 Usum vite

De Mundo Cap. 6. ^{um} 333

Nullum ritum, quam quæ ad Societatem pertinebant:
Nati autem, Primi hominum a nobis falso existimantur;
potius quidem ultimi essent dicendi, quia Extrinsecis
extinctis supervixerint. Solum non sunt primi nisi
ratione postivitate, quæ ex illis generatur, sed Cum
id non fiat nisi multis penitus sæculis, ut idem
Plato loco eodem scribit, evenit ut intrinsecis superiora
tempora ex eorum memoriâ dilabantur, et veritate
anteriorum temporum obliuiscuntur, fabulosas fingant
origines ad quas rerum omnium primordia reducunt,
unde ortæ sunt tam variae et ridiculae de hominum
Ortu opiniones, ut 2.º hujus tractatus capite
relinimus; Et Cum nulla gens sit quæ ab ætate
mutationum, vicissitudinumque legem non fuerit
experita, nulla etiam fere est quæ postita quaedam
et absurda deliramenta de origine suâ non prædicet.
Sic vetera prorsus ignorantur, et falsa pro veris
finguntur: Poetisque magis decora fabulis, quam
incorruptis rerum monumentis traduntur, ut Livius ^{in præf. oper.}
loquitur, qui Primi post clades et exitia, sese ad
scribendum contulerunt, vulgatae apud gentem suam
fabulosa rerum præteritarum narrationes Successione
et quasi per manus traditæ, pro Compertis affirmaverunt:
aut quia præterita tempora prorsus ignorarent, Cin
quibus tamen recensendis et plura Scientia et plura
gloria esse, videtur Ipsi fabulas ejusmodi confixerunt,
et primordia rerum finguntis innumeris illustriora quidem

Tractatus

et clariora, sed menti Sani omnino ridicula reddiderunt. Sic inter Ceteros, Iudaeorum legislator Moses, res illas quas diluuium Noadicum praecessisse tradidit, adeo parum verisimiles scribit, ut a fabulis nullo modo differant: illis tamen Mundi, hominisque Creationem fingendo, initium illustre dedit: ut videlicet, ab istis famosior primordiis, Iudaeorum, quorum princeps erat, deducendo genus, nomen tibi, huiusque genti apud posteros majus Conciliaret.

Sic Equidem omnibus qui historias condidit, ejusmodi fragmenta in remotiorum temporum descriptione placuisse quid enim ex hoc praeteritarum rerum profunda oblivione sepultarum, Chaos, vastique temporis silentiis erui passunt curi ac cogiti? Unde fit, ut quemadmodum Geographi, Inquit Blitvortius, describit, quae illis nota sunt, terris ac regionibus, Cum ad ignota pervenire, maria innavigabilia, aut vastas solitudines, et frigore, vel aestu arentia loca, ac inhabitata inducunt. Sic Historiarum Scriptores, traditis rebus quarum monumenta adhuc extant integra, et veritatis aut saltem verisimilitudinis haec etiam incorrupta fides; Cum ad ultra remota tempora, confictas fabulas et rerum monstra adducere solent. Unde Varro, quem temporum descriptionem aperuisse Cicero testatur, Trias, ut refert Censorinus, temporum discrimina esse tradidit. Primum ab hominum, ut voluit, principio, id est,

int. vit. 1. 1. 1.

cap. 2. de
di. nat.

De Mundo Cap. 8^{um} 335

re melius loquamur, ab æthæro ad Cataclysmum
primorem (videlicet notum et computum, plurimos
namque, imo infinitos ab æthæro, qui posthorum notitiam
effugerunt, fuisse superiori capite declamauimus.) et
primum hoc tempus propter ignorantiam eorum que
precesserunt ἀδύοξ, hoc est, absconditum vocatur,
Secundum tempus a Cataclysmo ad Olympiadem
primam: quod quia in eo multa fabulosa referuntur
μυθία, hoc est, fabulosum nominatur. Tertium
a primâ Olympiade ad nos, quod quia res, in
eo geste, veris historiis continentur, dicitur
ἰστορία.

Primum autem tempus quale sit nullo modo
sciri potest, nec, quot annorum sit, comprehendere.
Ecclesiasticus de hoc loqui videtur. Cum dicat, ~
arenam maris et pluvia guttas, et dies sæculi quidem
enumerabis? innumera enim annorum millia, hoc
est, ingentem illum et supra omnem numerum positum
annorum excursum, qui ab æthæro usque nunc voluitur,
infinitosque magnos, seu vertentes annos tempus illud
continere omnino necesse est, quid autem sit magnitudo
et vertens annus ex Astronomorum doctrinâ accipimus;
si Astronomi quosdam et eorum revolutiones Considerando,
que non perficiuntur nisi longo temporum et annorum
circulo, infinitum que esse huiusmodi reperientis illud
certis intervallicis metiuntur, et periodis quibusdam
definiunt, idcirco mentes, Anni, Sæcula, anni que

Tractatus

magni et veritatis excogitati sum. Annum
 insuper dictum est tempus illud quod alia omnia
 tempora complectitur. Quid vero sit mensis, quid annus,
 quid seculum, nullus ignorat. qua propter de Anno
 magno seu veritate tantum et de Deo, hic loquuturi
 sumus. Hunc igitur Annum alii aliter exponunt.
 Et primum Cicero, homines, inquit, populariter
 annum tantum modo solis, id est, unius aevi reditu
 metiuntur. Re autem ipsa cum ad idem videri semel
 profecta sunt, cuncta astra redierint, eandem que
 locum celi descriptionem longis intervalis retulerint,
 tum ille aevitatis annus appellari potest, in quo vix
 dicere audeo quam multa hominum secula
 lineantur.

i. Somn.
 Sci. p.

ii. Somn.
 Sci. p. lib. 2.
 cap. 11.º

Macrobius hunc annum Mundanum appellat,
 et vere veritatem illum dicit, quia conversione plena
 universitatis efficitur, longissimis seculis, is explicatur.
 Cujus ratio talis est. Stella omnes et Sydera, que
 infixæ cælo videntur, quorum proprium motum
 nunquam vitæ humanæ sentire, vel deprehendere
 potest, moventur tamen: et præter cæli volubilitatem,
 quæ semper trahuntur, suo quoque accessu tam sero
 pro moventur, ut nullius hominum vitæ, tam longa sit,
 quæ observatione continuâ factum de loco permutationem
 in quo eas primum videras, deprehendas. Mundani ergo
 anni finis est cum Stella omnes, omniaque Sydera qua
 Aptantes habet a certo loco ad eundem locum ita remeaverint

De Mundo Cap. 6^{um} 337

Ne ne una quidem Caeli Stella in alio loco Sit, quam
in quo fuit: cum omnes aliae ex eo loco motae Sint, —
ad quem reuertae, Anno suo fidem dedere: ita ut.

Lumina quoque Cum erraticis quinque in eisdem
Locis et partibus Sint, in quibus, incipienti Anno
Mundano fuerunt. Hoc autem, per Physici volunt,
post annorum quindecim millia peracta contingit, Ergo
Sicut Annus Curque Luminum et Stellarum Suis est,
Cum scilicet emeato omni Caeli Circuitu, a certo Loco
in eundem locum reditura fit; sic mentis Luna,
Annus est, intra quem Caeli ambitum lustrat: et
duodecim Menses annum Solis Conficiunt, Cui
Veneris et Martis annus pene par est: Martis vero
annus fere biennium adret, tanto enim tempore
Caelum Circumit. Iouis autem duodecim, et Saturni
triginta Solis annos in eadem Circumitione
Conficiunt. Ita etiam Mundanum annum quindecim
Millia annorum quales nunc computamus, Afficiunt.
Ille ergo vere annus veritatis vocandus est, quem
non solis, id est anni aevi reditus metitur, sed
quem Stellarum omnium, in quocunque loco Sint,
ad eundem locum reditus sub eadem caeli totius
Descriptione concludit. unde et Mundanus dicitur,
quia Mundus proprie Caelum vocatur. Sicut
Sicut annum Solis non solum a Calendis
Ianuariis usque ad easdem vocantur, sed et a
Sequenti post Calendas die usque in eundem diem

Tractatus

reditur, annus vocatur: ita hujus Mundani anni
Initium sibi quisque facit quodcumque decreuit.

Th. Timoxo

Plato de hoc anno sic loquitur. Est tamen Intellectu
facile quod perfectus temporis numerus perfectum annum
Compleat, tunc demum cum omnium octo circumactionum
Cursus praecti, velus ad originem, et Caput
Circumactionis altorius reuertitur, quasi semper idem
atque uniformis motus dimititur. harum circumactionum
porro cursum octavae sphaerae motu Completi omnibus
perspectum est. hunc autem duplicem praecipue esse
recentiores Astronomi dixerunt; annum proprium, quem
Trepidationis vocant, et Septim annorum millibus
semel compleri affirmant: altiorum motum gyrationis
dicunt, de quo hic agitur. hunc triginta Sex Millia
annorum spatio confici tradit Ptolemaeus. Alphonsus Rex
Castiliae quadraginta novem millia annorum ponit.
Copernicus viginti quinque Millia septingentos nonaginta
octo annos. hoc quidem Celum tam lentum ac levis. Siquid,
ut de Thebiae Bencorata Arabs narretur, quod quadraginta
annorum spatio in editissimi cujusdam montis fastigio,
velus speculo, continuis in excubiis remansit, ut hujus
motum deprehenderet, nec posse tot exant labor labores,
et posse tot infomnes noctes, voti sui Compos fieri potuit.
id Circo quor annis ejus motus de finici recti posse
non omnino liquet. Certum tamen est illum non nisi
plurimorum seculorum spatio absolui.

Lib. d. d. d. d. d.
Cap. 18.

Censorinus variat de hoc anno sententias etiam refert

De Mundo Cap. 6. ^{lib. 339}

Est, inquit, ille, quem Aristoteles maximum potius quam magnum vocat, quem solis, luna & vagarumque quinque Stellarum orbis Conficiunt, Cum ad idem Signum vbi quondam Simul fuerunt, rursus referantur. et addit Aristarchum putasse hunc constare duobus millibus quadragentis octoginta quatuor annis, Archim vero Dyrrachinum quinque millibus quingentis quinquaginta duo. Linum, decem millibus duccentis annis. Dionem, totidem septuaginta Sen addit, Orpheum Centum millibus et viginti; Cassandra Trices sexies Centum millibus, alii vero in finitum esse, nec unquam in reuertenti existimauerunt.

1 Solinus scribit apud plurimos auctores hunc cap. 36.
magnum annum duodecim millibus nongentis quinquaginta quatuor annis constare.

2 Sicut archimede, secundum Heraclitum hunc constare lib. 2.º de plac. phil.
dicie octodecim millibus annis solaribus, secundum vero quosdam alios, septem millibus septingentis & sexaginta septem annis.

3 Quintilianus ex Cicrone in hostibus scribit hunc 3.º dial. de cla. rra.
annum, hominum quos vocantur annorum duodecim millia octingenta quinquaginta quatuor Complecti.

Numerius denique, de curtu annorum, cum sidera ad eundem locum veniant anastasin, id est, iurionem renem fieri dicit; atque id esse Annum Magnum. Idemque posse eam fieri Apocatastasin,

3 marg. in, dicit
fat.

hoc est, redeintegrationem rerum et restitutionem,
Hanc que Tullius Frimicus asserit trecentorum
millium annorum spatio perfici per Cataclysmos
et Epiroses, de quibus Superiori capite abunde dictum
est.

Hic Equidem Tullii Frimici annorum numerus,
Atque Orphici, et Cassandri Supra ex Censorino
allatur, qui immania temporum spatio Complectitur,
magis convenire videtur his quae Plato et
Aristoteles de istis immensior temporum spatio
et innumeris annorum millibus per quae
mutationes fieri dixerunt in Mundo. quibus
Supra citatus etiam Numenius adhibetur
dicens, mutationes et Apocatastases non fieri nisi
post periodos quadam maximas. Dydimus vero
dicit post periodos infinitas, ⁱⁿ ista tandem, se
se habeant, siue Magnae annus certo consti-
numero, siue incerto, negari non potest
quam plurimos, cum infinitos ejusmodi annos
ab aeterno jam praeteriisse. et in primum illud
tempus Adylum vocatum, de quo nunc agitur,
fuisse velle dicam immetense.

Per hoc autem immane istius temporis spatium,
Cunctae omnes de quibus antea loquuti sumus,
in Mundo nobis quidem ignotae, sed certe tamen,
mutationes Contigerunt; et rerum Omnium,
quas etiam ignoramus, origines, hinc porro quoque
incausae constat

De Mundo Cap. 6.^{um} 341

Incapisse Constat: rerum publicanum status
præcipue: hoc temporis ortum habuisse, et
mutationes etiam expertos in finitibus fuisse, a
Platone accipimus sic dicenti, Reipublicæ quoddam Liqu. 8.º
principium fuisse dicemus. arbitror equidem a
temporis longitudine ac infinitate et rerum in ipso
mutationibus. Quarta vero sic hujus temporis
longitudo, dicere nequaquam ullo modo facile esse
dicit, Cum hoc velut infinitum, et inexplicabile
fuerit. Innumerales per hoc tempus Civitates
esse constructas: et secundum eandem multitudinis
rationem non pauciores destructas, quæ per oēs
Reipublicæ species, sæpe partim et subinde
Reipublicam gesserunt, et modo ex minoribus
majores; modo ex majoribus minores; et ex
detrionibus meliores; et ex melioribus factas
detriores, necesse est, ceteris, cujus mutationis
causâ cognita, cognoscitur etiam, inquit ille,
primus Rerum publicanum ortus et transmutatio.
Hæc autem mutationes ex multis hominum
exitis, diluviis, mortis, et aliis ^{causis} factas esse
dicit: in quibus exiguum quoddam hominum gener
ratum fuit: a quibus novæ jam Reipublicæ, sed
non longa temporum intervalla constitutæ fuerint.
Sic Aristoteles, loquens de vetustâ rerum constitutione,
dicit divisionem Civitatis per genera apud Ægyptum
capisse, Sedostvi Ægypti Rege vetustissimo, legem ferenti: et

Tractatus

alia credendum esse eodem modo iuventa fuisse multoties
 in longo tempore, imo vero infinites.† Quod epiſdem quinquam
 nobis hoc ſi absconditum ob ſupradictas mutationes, non dubium
 tamen eſt quin ſi Ecceſſimum; quia an ſatis declamauimus,
 id ex neceſſario et inuariabili ordine natura procedi. idcirco
 non mirandum eſt ſi rerum præteritarum memoriam tam facile
 perire videmus; mutationes enim non ſunt quidquam du-
 rare, et in hominum monumentis ſigere, quorum memoriam
 infinitum illud tempus absconditum penitus abſorbet: et ſi
 infinites res omnes accidant, infinites vana duntur. Per
 hoc etiam tempus, amara quæ hodie flore ac
 rigore videmus, aliquando incident, profundaque illæ ac
 cecæ temporum caligine tandem involuuntur. et re-
 ignota penitusque nobis abscondita in illarum rerum,
 quæ tunc fuerunt, memoria; nos partim aliquando
 poſterior erimur ignoti, et futura in æternum tempora,
 Cuncta præterita oblivione ſemper operient, quod
 Nunc historicum eſt, quod tunc tandem perit: et
 Historicum notitiam delitiis monumentis imo fabulas
 tranſmutabimur: deinde in tempore absconditum, ſicut et
 cetera conſpicimur, et oblivione ſempiterna obruemur.
 profunda ſupra nos altitudo temporis veniet, inquit ſeneca,
 pauca iugum valent caput, et in idem quandoque
 ſilentium abitura oblivioni reſiſtunt, ſed fruſtra; tempus
 enim nulli parcat, qui etiam ipſum rerum omnium edax
 voluendo effluit, atque contumitur: Nil enim illud
 abſumit.

De Mundo Cap. 6. ^{cum} 343

Quid autem sit *Ævum*, ex Plotino accepimus, — lib. 7.
Nihil aliud est, ait ille, quam *æternitas*. Quamque ^{mund. 2.}
ab eo quod est *semper*, dictum esse scribit, Marcus Antoninus, lib. 9. cap. 57.
Quum, inquit, fluctus quidam et rapidus eorum qua sunt
terram: simul enim unum quodque et apparet et præterit,
et aliud subsequitur, mox enim aliud succedet; quod
Claudianus elegantissimis suis versibus, mirabiliter expressit.

3. In ignota procul, nescioque impensia menti
Trix adeunda Deis, annorum equalitida mater
Immensi spelunca cœci, qua tempora vasto
Suppeditat revocatque sinu, complectitur antrum
Omnia qua placido confusit lumine sequente
Despernumque rivet Aquamnis, cadumque reducto
Pre vocat, tacito relegens exordia lapsæ.

3
in 516
Jan. 29.

Conferimus, Tempus non dicitur tantummodo, vel mensem,
vel annum appellat, sed et quod quidam *Lustrum*, aut
annum magnum nominant, et quod *Sæculum* vocat. —
Quum autem tempus unum et maximum esse dicit; *Et*
enim, inquit ille, immensum sine origine, sine fine,
quod eodem modo semper fuit, et semper futurum est,
neque ad quemquam hominum magis quam ad alterum
pertinet: hoc in tria dividitur tempora, præteritum, præse-
ns et futurum, ex quibus præteritum initio caret, exitu
futurum: præse-ns autem quod medium est, adeo exiguum
et inconspue sensibile est, ut nullam percipiat
longitudinem, neque aliud esse videatur, quam
transacti futurique conjunctio, hæc inter se tempora,

Tractatus

Antè actum dico et futurum, neque paria sunt, neque
 ita ut alterum altero longius brevius que videatur: ~
 quid quid enim non habet finem, collationem mensura non
 recipit. Quapropter ævum neque annorum, neque saeculorum
 numero, nec denique ullo finiti temporis modulo metiri
 conabor. hæc enim ad ætatem in finitam non sunt
 brumatis annis instar horæ; in hoc igitur ævum cuncta
 tempora præterita nempe et præsentia reconduntur: futuraque
 etiam recondentur, et illud, temporum quasi mare quoddam,
 rectè dici posse existimo; nam ut mare aquarum, sic ævum
 fluida temporum vorago est: Tempus vero saeculorum:
 Saecula annorum, Anni mensium, menses dierum, et
 dies horarum: Sic minimum semper a majore
 deglutitur, quæ omnia temporum discernina, siue parva,
 siue magna, siue sint maxima, ut magni illi anni, de
 quibus supra, in ævum tandem Voluntur tanquam
 rivuli et jugentia flumina in mare labuntur, ~
 absorbenturque: Intra anni, imò annorum, saeculorumque
 stans etiam altissima, respectu ævi, quasi gutta aquæ
 maris deputati sum; et sicut calculus arena, sic
 exigui anni in die ævi, inquit Ecclésiasticus; frustra
 itaque in primis, id est, absconditi temporis perstragatione
 laboratur, nullâ enim memoriâ eni potest ex hac immensa
 temporum voragine, nulla monumentis in lucem illud
 reponere valent, et ut uno verbo cuncta quæ de eo dici
 possunt absolvam, perit et tanquam in nihilum resolutum
 est, quæcumque etiam per illud tempus gesta sum, perire;

De Mundo Cap. 6. ^{unv} 345

longa oblivione memoria eorum sepulta est; Et
quid quid sibi proponam Historici, nihil quicquam ex
isto tempore abscondito percipere et colligere possunt.
Solum hoc de illo certum est, quod quondam fuerit,
sed nunquam reuerturum sit.

Ex secundo tempore, quod Mythicum, seu fabulosum
nuncupatur, & ex historico seu Cognito existimato,
aliquid errare conantur Historici, et Historiam
Chronologiaeque suae aliquo modo astruere, sed quia
in his quoque magna est rerum obtusitas, conjectura
solum et licentia animi omnia ex arbitrio fingunt,
nullus vero demonstrationi locus relinquitur: Unde
tam diversa diversi sentiunt, in nihil profus certi
ex his remotis temporibus, ad nos transmissum sit.
Sed sane nos fugit, inquit Diodorus Siculus, — Broun. lib. 5.
vetustarum rerum scriptoribus, ut in multis labantur,
contingere; nam et antiquiora illa patulum
obscuram ambiguitatem praebent scribentibus, et
temporum descriptio non facili cognita, quandoque
de his legentibus fides, accidit insuper, quod omnium
est difficillimum, ut de antiquorum gestis fabulique
scriptores admodum inter se dissentiant: non solum
superiorum saeculorum scriptores Chronologiae et historiae
fidem suspectam habebant: sed etiam qui aetate nostra,
aut paulo superioris, retroactorum temporum gesta
evoluerunt susceperunt, in suspicionem ignorantiae,
aut parum fidei adducti sunt. Unde Scaliger de praec. lib. 2. de
ant. temp.

Tractatus

Scribens, cœnis, inquit, ad nostros, recentiores dico, —
 qui hodie Summo Cum fructu, Sacra, Græca, —
 et Romana historia tempora Digesserunt; si —
 Chronologiam, negligentia et majorum Contemptu
 intermortuam ac sepultam à nobis, et oblivione
 silentio quotidie emere Conantur: Ad in multæ
 iudicium, in qui ludam etiam Diligentiam requiro:
 neque enim dum verum adepti sunt. Argumento
 fuerint omnium quot quot de his rebus tractant
 dissensiones, ut inter tot mille Chronologorum in
 inter duos de eadem veramutuat. Quis unquam
 eorum veram Epocham Inodi Hebræorum? quis verum
 Annum natalis Dominici odoratus en? ecce, vita,
 obvia, Vulgaria, et nobis videtur, ignoramus, —
 et remotiorum ac reconditorum iudicium præmittimus?
 Cornelius Agrippa, fecundus et multarum —
 novarumque rerum fecundus auctor, simili nota
 Historiam afficit, hæc, inquit ille, Cum maxime
 omnium rerum, Leniam, fidem, Consonantiam, veritatemque
 exposcat, illa tamen minime omnium præstat: tam
 inter se Dissentiunt historiographi, tam varia et diversa
 de iisdem hadum, et impassibile. Si, plurimos
 illorum non esse mendacissimos, non dico solum de
 Principis Mundi, de diluvio Universalis, de Urbe
 condita, a quibus enodis res gestas se se Scribere
 proficiantur, Cum præmium illorum omnes ignorent;
 aliorum non omnes Credant; testium penes eos

¹
 de Van. scilicet
 cap. 5.

De Mundo Cap. 6^{um} 347

Incertum si[?] addit practica, multos historiarum
scribere, non tam ut vera referant, quam ut
delectent: quos si quis arguat mendacii, dicunt se
non tam ad rem gestam, quam ad posteriorum
utilitatem, et famam ingenii intulisse: ideoque non
omnia narrare ut acta sunt, sed ut narrare
expedit: nec se veritatem pertinaciter velle tenui,
sed ubi signentur falsitatemque communis postulat
utilitas, citantes fabrum dicentium non esse
vituperandum tale mendacium quod ad honestatis
persecutionem conducit.

Qua Cum ita se habeant, neque Chronologia,
neque historia fides ex Mythico illo tempore,
neque etiam ex historico, constare posse videtur, sed
praecipue ex Mythico, quod quia omnino fabulosum
est, nihil veri, nihil certi, aut Cogniti
complectitur. idcirco per huiusmodi fabulosa
spatia vagantur historici, et quasi cecini lene brida
ambulantem, olim Coacti fuerunt certos quosdam
terminos tanquam in auiis ponere, quibus tandem
alicubi consistere possent: ut Veluti Ariadnes filo
ex ejusmodi Labyrinthi an fractibus sese expedirent,
hos terminos et Epochas constituerunt et designaverunt,
sive quibus, ut inquirunt, omnis temporum cognitio
est pro sua iunctis. Scaliger referi Philochorum
et Eupollodorum olim celebres fuisse et in his
Epochis et terminis designandis multum studii posuisse.

¹
lib. 3.º cano.
Magog.

Tractatus

Et hi inquit ille, ex rationibus celestis doctrinae —
 quædam intervalle enunciant, pauca quidem sed
 certa, et a quibus ad alia incognita gradus fieri
 possunt. In reliquis, quia neque a motibus celestibus
 neque ab historia monumentis ullum præsidium
 erat, aliâ viâ tractandum fuit. itaque Sumpto
 alio certo et indubitato termino, puta apud Ægyptios
 Aera Nabonassar: apud Græcos Mii exordio, aut
 Selepiis ludicris Olympico: apud Romanos Urbe
 Condita, quot generationes interveniunt hinc in
 Antecedentia, quam in Consequentia considerantur,
 ab auctore alicujus gentis ad Epocham Sumptam:
 aut ab Epochâ ad aliquem hunc, inita generationum
 ratione hinc generationibus centisve a uno
 attribuerunt: deinde proportionem temporis rerum
 in unâquâque generatione gestarum κατὰ ἰσότητα
 παρ᾽ ἑαυτῶν plus minus temporis impartiendo, verum
 aut proximum enunciant. At in hisce libellorum
 rationum inventis, plus Solertia et Laboris quam
 Certitudinis reperitur, et quamvis aliqua extaret,
 non inæquale ad modum doctus et Antiqua
 essent, quæ inde enunciantur, nam qui hæc
 excogitaverunt in retroacta tempora non posse
 progredi poterunt, ne potè difficilia, et fabulosa
 in finitide prope involuta. Græcis ut ait supra
 Cælius Scaliger, aut initia Olympiadum
 hancum nihil plane exploratum est: et quod est

De Mundo Cap. 6.^{um} 349

Volendum de illorum scriptis quae spectabant
ad Chronologiam, nihil nobis praeter desiderium
relictum est. nam quae Eusebii extant, quamvis
à Graecorum monumentis hausta sunt, et multa
elegantia et cognita digna nobis Conservantur:
tamen dissimulandum non est, multa in illis
reperiuntur quae castigationibus iudiciorum non
satis faciunt. et addit, apud Romanos ante
Consulatum Brutii omnia fabulosa; et, ne
ipsum quidem Brutii consulatum ac tempus
Regi fugii satis exploratum haberi. quamvis, ut
prodidit Censorinus, Varro collatis Diversarum
Civitatum temporibus, et intervalla reticens, et
venum in lucem protulerit, et rursus repererit,
quae certum annorum verbi condita numerus iniri
posset. Sed non magis, addit ille, constabat.
Censorio de initiis verbi; quam Graecis de anno
excidii Troja. Nam ea demum est vera
demonstratio quae Cogit, non quae persuadet. In
Diodoro siculo etiam accipimus, non solum Graecorum Diod. lib. 1.
dubitare quae antiquior aetas tulerit; Sed etiam
barbarorum qui se indigetis, primosque rerum ad-
ortam Nilium scriptores appetant, atque abs se
multorum temporum gesta memoria prodita
affirmant. et ipse fatetur, nequaquam pro comperto
tradere quae gentis, quae nationes, aut quatuor
tempore, aut quae annis praecedat Celsis fuerint:

Tractatus

Sed in hac re quae a singulis scriptoribus de
antiquitate, rebusque gestis sum tradita,
verisimilia sequi. hujusce caliginis rationem
hanc afferi, quia scilicet, qui historias quondam
scripsere, omnes tantum urbis aut Civitatis de
historiam aevoluerunt. Continti sunt; pauci a
veteris historiae initium sumentis; illas veluti
fabulosas, et ei propter eorum difficultatem
Continentis.

Qua propter temporum rationes conscribere
fugitivam quae antiquitatem retinere velle,
immediata, simulque irriti operis ac laboris est.
Huc accedit, quod multis in locis plurimi
Principes cuncta praecedentium regum, imponunt.
Antiquorum monumenta aboleri curaverunt, ut
a bellis ipsis verum exordia sumerentur. Ac apud
Chaldaeos, Nabonassarum Regem invidiam meam ad
tantum nefas adduxit; ita ut cuncta quae apud
eos populorum longissima vetustatis monumenta
Asservabantur, penitus extirpari. et a bellis
exordia Babylonii Novam Aerae instituerunt.
Vetres quoque etiam Aegyptiacas innovasse annorum
suorum intervalla scribit Scaliger, quoties a novis
Regibus et Victoribus legem accipiebant: eosque
eosque id saepe facilitate affirmat. Antiquissima
autem eorum Epocha, quae quidem ad memoriam
nostram pervenimus, sume scilicet, Nabonassari, Philippi,

De Mundo Cap. 6.^{um} 351

Vel mortui Alexandri, et Hierosolymitani. Si
illarum antiquior, videlicet Aera Nabonassar
iniit anno anti Christum natum Septingentesimo
quadragesimo Septimo; additis mille Sexcentis
quingenta novem post Christum natum annis,
ad nostra usque tempora evolutis, conficiantur ab
Aera Nabonassar ad haec ipsa tempora, —
numerum duorum millium quadringentorum Sex
Annorum. apud Graecos vero anni capti sunt
a primâ Olympiade: cujus primi anni
initium contigit anno anti Christum natum
Septingentesimo Septuagesimo Sexto; additis
Supra, annis post Christum natum 1659 ad
nostra tempora, conficiuntur anni 2985. apud
Romanos ab Urbe Condita anni Computantur:
quorum primus secundum Varronem, in annum
tertium exeuntem Olympiadis Sextae collatus est, —
anno anti Christum natum Septingentesimo
quinguesimo tertio: additis ut supra post
Christum natum 1659 annis, Conficiuntur anni
2912. apud Iudaeos ab ortu, quem putant, Mundi,
ad Aeram Christianam, Computantur anni
ter mille nongenti octoginti tres, ad quos ab
Aera Christianâ, ad nostra usque tempora
1659 summam explent annorum numerum
5642. Hunc porro Annorum numerum non
excedunt vetustiora Religioni Christiana monumenta.

Tractatus

ne ultra, aeternam suam memoriam extendunt.
 Sed prohi Rupit! quam parvus, quam exiguus,
 quam fere nullus est annorum isth numerus,
 si Comparetur Cum immenso illo temporum
 retroactissimorum excurfu quem Aui infinitudo
 complectitur. ¹ imo si Comparetur Cum illis —
 apud Chaldaeos, Egyptios, Sinas, Mexicanos, tam longo
 tempore monumentis illorum incorruptis servatis —
 periodicis, non tam vetustate utritis, quam juidorum —
 Sive primam malitia et ambitione delitis, ut supra et in
 proemio narrauimus.

lib. 1.º de mund.
 temp.

De istis periodicis accipe quid Scaliger scripserit. —
 Chaldaeorum periodicum, inquit ille, Ithi. Abactiti, Lini,
 Orphoei, Dionis et Magorum, ad motum octavae Sphaerae
 composita in annorum trecentorum sexaginta millium,
 a Conditi Mundi (an ipsi putant) quorum Annorum
 hic est centies octagies quatuor millesimus sexcentissimus
 nonagesimus quartus. Sed longe illa Sinarum prodigijs pot,
 addit ille, juxta quam hic annus Christi 1659 est a
 Conditi rerum Sescenties octagies millesimus. —
 Septingentesimus septuagesimus sextus. Salmafius ²
 etiam scribit nos populos in finibus temporum Regum suorum
 ab eo tempore ex quo se fuisse monumentum memorare
 solitos.

²
 in praef. ad
 an. climat.

lib. 3.º cap. 8.

³ Didonus Siculus etiam scribit apud omnes Constare,
 Chaldaeos Astrologia ultra Catvora, Cum diutius in ea
 Versati Snt, esse peritos, Numerum autem Annorum —
 quibus se hujusmodi —

De Mundo Cap. 6. ^{um} 353

quibus se hujusmodi Astrorum doctrinam vacasse affirmant,
 fandi faciles esse credibilem. Quadringenta enim tria
 annorum millia annuere usque ad Alexandri
 Ascensum, ex quo Astrorum observationes ab se ceptae
 dicunt. ¹ Cicero dicit quadringenta, et septuaginta millia
 annorum esse monumentis eorum comprehensa, ex quo
 talis a pud eos observatio fieri Capie.

¹ De Divin.

Apud Aegyptios vero, ² Herodotus et idem ³ Diodorus
 hanc curiose de his personis, plurima annorum
 millia in libris suis recenseri scripserunt, nec minus
 vetusta rerum monumenta apud eos fuisse testatur:
 primum referunt Deos olim primos regnasse in
 Aegypto: tum Heroes: postremo homines: Deos et Heroes
 referunt Diodorus, paulo minuse decem et octo millia
 annorum regnasse: Deorumque postremum Orum
 Usidiis regno positum: homines vero paulo minus
 annorum quinquaginta millia, usque ad centesimam
 Olympiadem, quo tempore in Aegyptum regnante
 Statonao Diodorus transcurdisse scribit, et addit haec
 omnia Sacrorum librorum monumentis. Sacerdotibus a
 praecis illis temporibus scripta posthinc reliquis,
 Cujas libri regi: magnitudinem, naturam, mores,
 aetatem, gesta, scriptis mandant: quae sic Herodotus
 Diodoro aetate superior consimili studio in Aegyptum
 profectus etiam affirmat, multa de istis referent
 antiquitatibus, et scribit a Sacerdotibus Aegyptiis
 in grande quoddam Canaculum fuisse introductum.

² Aegypt.

³ lib. 2. cap. 9.

Tractatus

Sibi que Commonstratos trecentos quadraginta unum
 Colossos ligneos, qui imagines erant Regum eorum qui
 imperium apud se habuerunt, et hominum unumquemque esse
 filium de fune: ita ut tot progenies numerarent quot
 erant imagines; nempe trecentas quadraginta unam,
 trecentas autem progenies, decem millia annorum valent
 (nam tres rerorum progenies Centum anni sunt) una et
 quadraginta que relictae sunt ultra trecentas, Mille
 trecentos et quadraginta annos efficiunt: qui additi
 conficiunt numerum undecim millium trecentorum
 quadraginta annorum quos regnauere homines illi
 quorum imagines Colossi referebant. et addit Herodotus
 Strabones his viris et multum ab his distantibus Deos
 in Aegypto regnauisse, eorumque unum semper
 existisse dominatorem: et postea unum illis regnasse
 unum Osiris filium. Strabo hos homines Aegyptiorum
 Reges, alios utque Aethiopes etiam regnum tenuisse
 in Aegypto scribit: et Amasium Aegyptiorum
 postea unum illi regnauisse, ad quem numerabant
 decem et octo annorum Millia ex quo Heraculum
 relictum quendam Deum, ex his qui duodecim
 erant, unum esse arbitrabantur. ¹ Diogenes quoque
 scribit, ab Osire et Osiride usque Ad Alexandrum
 Macedonem annorum paulo minus tria ac viginti
 millia existisse. Diogenes etiam Laertius refert ad
 Vulcanum Nilis Aegyptii filio ad eundem Alexandrum
 fluxisse annos quadragies octies milles octingentos et

¹
 Lib. 2. cap. 17

²
 Strabon. de
 rebus p. 1.

De Mundo, Cap. 6.^{um} 355

Sexaginta tres. Nilus autem ista, unus fuit
et trecentis quadraginta uno Regibus hominibus
de quibus supra, a quo Nilus fluvius dicitur est,
Cum antea Aegyptus vocaretur, ut refert Diodorus,
qui annorum numerum. Atque Conuenit Cum illo quem
ipsum Diodorum de hominum Regum duratione
traxit, supra narrauimus. Salmafius² Clarissimus
aetatis nostrae author affirmat eodem Aegyptios Aethiologia
aetiam iugiter hydrenum observatione, nec minore temporum
longinquitate, quam Chaldaeos innumerabilibus prope
saeculis consecutos putari. Breuiter ea relictissimi
cujusdam authoris fide scribit Aegyptiorum Dynastias per
annorum myriadas tres durauisse, quas exposuit,
millies decem millia cum tribus millibus annis.
Manetho quidem et Gregorius Syncellus hanc
computationem reduxerunt ad triginta sex millia
sexcentos vel quingentos viginti quinque annos, dempta
Anteonis Dynastia. Sed hanc per infinita feruntur
spatia in Aegypto durauisse, controvebant Aegyptii,
Inquit idem Salmafius.

Porro praeterea relictissimi monumentum illud mihi
videtur quod Herodotus, Solinus et Damponius Meta
referunt, nempe, eodem Aegyptios licetis mandatum
tenere dum Aegyptii sunt, quatenus Curus suos vestitille
Hydra, ac solum bis occidisset vbi nunc cithra; et bis
exortum fuisse vbi nunc occidit, quod equidem non
potuit euenire nisi longissimis temporum et locorum

lib. 2. cap. 1.

ii. paraf. adan.
cum cingit
plin. sup. 36.
cap. 101.

ii. cithra
2
cap. 35.
lib. 3. d. 11.
or. cap. 9.

Intinualis, ex quibus antiquitatem eorum conjicere
 licet. Quomodo autem id fieri possit ut Sol cursum
 suum et viam mutet, Olausius hoc modo
 exposuit. hic locus, inquit ille, locis multis viros
 doctissimos, et adhuc torquet. Sunt qui confugiant
 ad nescio quae aenigmata Astronomica: sed aliter illum
 exponemus. nemini dubium est, Egyptios pro certo
 habuisse, Caelum nunquam in initium habuisse; nam ex
 hoc fonte Plato Mundum nunquam incepisse dixit. —
 deinde Egyptios tanta superstitione velustatis laborasse,
 ut plane crediderint circulos motu proprio ab occidenti
 in Orientem quatuor absoluisse: sed cum octava Sphaera
 spatio centum annorum unum gradum peragat, erit
 annus cursum proprium triginta sex millium annorum,
 quae quatuor addita conficiunt centum et quadraginta
 quatuor millium annorum, hi enim anni velustatis
 Egyptiorum. sed quod Sol bis occiderit Unde nunc oritur,
 difficile erit exponere: quod tamen nos faciemus, summo
 honoris nostri periculo subituri hanc aeternam, ob
 praepudicatum nonnullorum auctoritatem, quae in hoc loco
 non obstat ^{quamvis} ~~quamvis~~ libere sentiamus. Notum est
 Sphaeras caelestis duas habere motus; alterum diurnum,
 quo omnes Sphaerae raptu firmamenti ab Orienti in
 occidentem rapiuntur, hoc quidem quatuor et triginti
 forarum spatio: et alterum proprium quo una quaeque
 ab occidenti ad Orientem movetur supra alios polos.
 Octava Sphaera spatio triginta sex millium annorum

in annot. in
 Metro. cap. 9

De Mundo Cap. 6. ^{um} 357

absoluit circulum: Sol uno anno. quod cum ita sit,
et sol ex sententiâ Ægyptiorum in fine Curfus sui
non solum redeat ad eundem gradum, sed transeat
ad alium sequentem, sic ut cum octava sphaera
attingit punctum Orientis, hoc est Semi-circuli, Sol
ipse Confectus habeat decem et octo mille
revolutiones. Cum vero eadem octava sphaera absoluit
alterum Semi circulum usque ad occidentem Sol habeat
peractas totidem. hoc modo supputando in duabus
revolutionibus octavae sphaerae, Sol erit in fine
Semicirculi qui est ab occidente in orientem, idem in
orienti ubi occidit, et in aliis duabus in eodem fine
ubi etiam occidit. hæc plana sunt si quis scribit
supputare, et adhibuerit sphaeram mathematicam.
Apud Mexicanos eadem observatio facta in qua apud
Ægyptios; et dicunt inquit Scaliger ante Annum ^{lib. 20 de an.}
Christi 694, quo caput numerus quo nunc Munter, ^{temp.}
quatuor soles perisse, et hunc quintum esse quem hodie
videmus. Quod sane non potest explicari videtur, nisi
id sumatur eo sensu quo Olinarius supra, expositione
satis clarâ, docuit. nescio an forte alia daretur expositio.
Bodinus enim refert Copernicum ad sempiternam ²
pastoratus memoriam in libris revolutionum: deinde ^{in marg.}
Reinoldum: post etiam Stadium, nobiles mathematicorum, ^{lib. cap. 2.}
perpicuis demonstrationibus docuisse Solis apud
terris esse propriorem quam Ptolomæi aetate, duodecim
partibus id est uno ac triginta hinc semidiametris.

Vel, in Germani, suis spatiis metiuntur, Viginti sex
 milli bus sexcentis et sexaginta milliari bus germanicis
 quae Gallicis aliter tanto majora feruntur: quod etiam
 Abu frequenti, et explorata demonstratione computum
 fabuisse Philippum Melancthonem asserit: et id ad
 caelestium, hirsutiumque Corporum labescentem naturam
 referendum putavisse. hoc modo venum et naturalem
 Solis intrinsecum intelligerent Mexicani, Cum dicunt
 suos Soles perisse; sed rationi convenientius id
 intelligitur. Supradicta Olivarii expositione. nam Cum
 Mundus sic Aethiops, et Soletram Mundi Oculum,
 nullus potest illius esse spiritus, nisi omnino fabulosus.
 Ergo in a. fabulosa vindicemus Mexicanorum
 monumenta, dicendum est mutationibus, et Sydenum
 Circumvolutionibus, uti; Soles suos perire potuisse,
 in lib. di. Aug. illudque secundum Platonis doctrinam expositum est,
 dicentis universum motum modo in quas nunc
 deorsum patet fieri; modo in contrarias. Et
 manifestum esse Sydenum et Solis mutationem in
 utriusque Circumvolutionibus fieri. Si in ista se
 tandem habeant, negari non potest aut ejusmodi
 mutationes et Circumvolutiones, ingentia temporum
 intervalla excurrere; et vetustissimos esse populos
 illos apud quos earum rerum monumenta servantur:
 annorum autem numerum qui in ejusmodi
 antiquitate reperitur, mirandus minime videbitur
 is qui Mundum Aethiops Crediderint, et quamvis

De Mundo Cap. 6. ^{um} 359

Historia earum rerum quae per haec immensa
temporum spatia gestae sunt, abscondita et
incognita sunt, nihilque nisi fabulosum de illis
referatur, non ideo tamen numquam amorem potius,
in dubium revocari debet: Res enim, quae in aliquo
tempore gesta dicitur, potius esse falsas, tempus autem
Certissimum est. Sic Cicero refellens Chaldaeorum
observationes in experiendis pueris quicumque
nati essent, non negabat per quadringenta et
Septuaginta millia annorum illos in hisce
observationibus operam potuisse. Sed illas
observationes esseullo modo certas, profus negabat:
et futurae praedicendae aeternae contumdebat esse vanam,
futilem et stultam, idcirco fallunt, inquit ille,
si enim factitium esset, non esset desitum.
Ejusmodi annorum fasciculi non erant Ciceroni
novi et incompti, Cum ipse iis interdum
retineretur, tanquam certis et compositis; hoc patet
in aliquo scriptorum suorum loco, ubi sic ait, ² ^{1^a} Tuscul.
Quoniam mortui miseri sunt, in miseriam
nascimur, sempiternam; necesse est enim miserum
esse eos qui Centum millibus annorum aut
occiderunt, vel potius omnes quicumque aut nati
sunt.

Sed non praetermittendum est, Circa hos magnos
annorum numeros, insignis quidam Plinii ² ^{lib. 7^o cap.}
Secundi locum, ubi ait Epigenem apud Babylonios ^{56.}

Tractatus

Septingenta et triginta annorum millia
 observationes Sydenhami coctilibus latroculis
 inscriptas docere. qui minimum, addit Plinius,
 Serotus et Critodemus, quadringenta octoginta
 millia annorum. ex quo, pergit ille, apparet
 ætatem litterarum rotas. hic aduertum me, totum
 rideo doctorum catenam iungere, et me falsi
 insimulare, in hac Plinii citatione, Cum in eju-
 dexte hoc verbum, millia, non reperiatur: sed
 tantum Septingenta et triginta annos, et quadringenta
 octoginta: dicunt me locum istum Corrupisse. —
 nimium facessant nimium timide mentis, ne
 dicant ignare, et veritatem a veri similitudine
 discant, antiquam rollum falsi probum mihi
 injiciant. fateor me, addidisse hoc uerbum, millia,
 et addi de dero contrido tanquam a Plinio sic
 scriptum et intellectum; Cuius si prima
 exemplaria haberemus, non dubium est quin in
 iis illud integrum verbum reperiretur, aut
 fortasse relictum oblitum, aut saltem in
 corruptum et adulteratum. Quis enim ratio, qui
 sentis cogitare et si si persuadere potuit Plinium
 sensisse et dixisse ætatem litterarum rotas. Ex
 quod observationes Sydenhami facte fuissent, per
 quadringenta octoginta, aut ad plurimum Septingenta et
 triginta annos. numemus sane dignus qui ætati
 fidem faciat, at potius risu dignissimus, et ridiculum

De Mundo Cap. 6. ^{um}

361

officiendae auctorem suum. Si Litterarum aeternitatem
ex tam exiguo annorum numero, lenis argumentati-
onem. quasi Romanam aeternam dixisset quod res a Romanis
Septingentorum triginta annorum spatio gestas legisset.
Nullo modo equidem verisimile est, Plinium ex tam
exiguis terminis aeternitatis argumenta sumere
voluisse. neque illi novum et inauditum, aut saltem
mirum fuisse, Septingenta et triginta annorum millia
referre. Cum tantum temporis spatium, vix sit aliquid,
comparatum cum aeternitate, quam omnino in Mundo
esse Assueverat, ut sequenti Capite referemus. —
Praeterea is numerus plane convenit cum illis quos
Supra ex pluribus auctoribus de Chaldaeis et
Aegyptiis retulimus. unde si quae fides tam validis,
firmisque Conjecturis, non dubium est quin haec
Chaldaeorum observatio a Plinio relata, Septingentorum
triginta millium annorum spatio fuerit comprehensa,
aut ad minimum quadringentorum octoginta millium
Annorum. quod si forte aliud scripsit Plinius, pace
tanti viri, sed aliorum clarissimorum virorum
testimonio fretus, dixerim, illum vehementer errasse,
et male retulisse ex Epigene, Beroso et Critodemo,
auctoribus ab illo citatis. Cum tanta tanque manifesti-
contraria argumenta erroris illum arguant.
Quae vero de Mithrae hoc annorum numero
narravimus, in dubium vix revocari possunt: haec
enim apud Aegyptios pro Computis Assueverunt

Tractatus

Hy¹ Euatpr.lib. 1^o contra
Ap.

Sacerdotes testatur, eosque sive ea assidue
 supputando, semperque annos datuendo. id etiam
 confirmat Josephus. Apud Egyptios, inquit ille, —
 Chaldaeos, Phoenicias, vix gestæ antiquissimam et
 permanentem habent memoriæ traditionem. Nam et
 locis omnes inhabitant quæ nequaquam aëris
 corruptioni jaceant, et multam providentiam habere
 ut nihil fori quæ apud eos aguntur, sine memoria
 relinqueretur, sed in publicis conscriptionibus semper
 a viris sapientissimis diceretur, et paulo infra sic
 adhuc scribit, apud Egyptios et Babilonicos ex
 longissimis olim temporibus circa conscriptionem
 diligentia fuit, quando sacerdotibus erat injunctum, et
 circa eos philosophabantur.

Quidam non negant annorum numerum ab Egyptiis
 et Chaldeis adductum: sed affirmant hos annos fuisse
 mensuros, aut saltem quatuor anni tempestatibus
 definitos, Vere, V. g. sumpto pro uno anno, astiti-
 pro altero, et sic de aliis eorum quondam apud Græcos
 deputati fuerant, cum nondum illis essent Cogniti Solis
 motus. venum exploratum et perspectum est ex Didoro
 Scuto, a anno apud illos populorum duodecim mensium
 intervallo semper mensore fuisse. Dies, inquit ille, —
 Egyptii, Thebæi, non secundum Lunam sed secundum
 Solem metiuntur, viginti dierum mensum conficiunt:
 quinque autem dies et quartum duodecim Mensibus
 adjungunt, Anni Cursum Conficiunt. Vix a libi —

lib. 2^o cap. 1^olib. 3^o cap. 4^o

De Mundo Cap. 6.^{um} 383

de Chaldaeis, Decorum præcipuos, inquit, duodecim
asserunt esse numero, quorum Cuique mensem, et
et annum ex Signis Zodiaci tribuunt, perque ea Solem
et Lunam reliquosque Planetas quinque efficere
motum suum: Solem anno, Lunam mense proprios
Cursus peragere. Et Lucianus idem affirmat
dicens Æthiopes Ægyptiis Astrologia artem tradidisse,
illosque menses Lunam metiri, atque huius recurrente
finiri. Annum vero Sole, et huius Cursu metiri.
Non negaverim olim confusa fuisse tempora nec
semper in annos et menses distributos fuisse Solis
et Lunæ Cursus. Sed id tempore prope infinito,
antiquam videlicet Astronomiæ artem excogitata
fuisse, quæ sane antiquissima dici potest. Nam Cum
Astrologiæ Scientia in experiendis præcipue observationes
factæ fuerint per quadraginta Septuaginta annorum
millia, ut ex Cicero retulimus; Astrologia
autem non nisi ex Astronomiæ arte leges suas et
Gnomones accepit, hæc profecto, ante huius illud
positum, viguisse certum est. et antiquam Astronomiam,
quæ Cursus Solis aliorumque Sydenum observati et
distincti sunt, ad perfectionem quam postea habuit,
pervenisset, immensi temporis spatia elapsa fuisse
necesse est: ideoque longius etiam tempus fuisse, quo
tempora adhuc confusa esset, et indivisa quibus
nunc est distinctum. At quantum ad annos illos quos
monumentis et Annalibus suis comprehensos

in lib. de
Astrol.

Tractatus

habuisse Chaldaeos et Aegyptios diximus, in mini-
 nisi illi tractis aut impostoribus, vel nugatoribus
 dubium est eos duodecim mensibus fuisse constitutos:
 et Menses Triginta diebus.

Inque annorum ille numerus qui hodie ponitur apud
 Christianos a Mundi, ut putant, ortu, minime
 Considerandus est, sed potius quasi falsus et absurdus
 explodendus, Cum tot annorum millia antiquorum
 monumentis, Ultra hunc terminum, Comprehensa
 reperiamus: et Astronomia nos doceat infinitum
 esse tempus, per quod infinitas etiam esse astrorum
 revolutiones manifestis et indubitatis demonstrationibus
 affirmant. Sicut in igitur horum superstitiosorum
 doctrinae quae Mundi exordia Constituit, et sequit-
 adeo limitibus illa metitur. nam equidem hoc
 cuius homini cognoscendum est, inquit Plato
 quod hominum ortus aut nullum omnino habuit
 principium, neque unquam finem habebit: sed et
 fuit semper, et penitus semper erit: aut immenta
 quaedam temporis longitudo introcessit ex quo
 principium incipit, et Tullius² Sennicus, non eo-
 atque inquit, se introitus potius humanae fragilitatis
 extendere tot originem Mundi facili potest ratione
 Concipere, aut explicare: praefectum cum major
 Apocatastasis, hoc est, exdeintegratio per Leprosam
 et Cataclysmum trecentorum annorum millium
 spatium perficiatur: In finitibus quoque elapsi magis illi
 anni, de quibus supra

Lib. 6^o

lib. 3^o marth.
 in praef.

De Mundo, Cap. 6. ^{um} 365

Annis, de quibus supra, fidem faciunt
antiquiora esse omnia quam Vulgo predicatur
a superstitione. Quin etiam id probant, variae
mutationes, et vicissitudines Superiori Capiti
enarratae; et confirmant in finitae fabulae a
diversis auctoritate de rerum origine excogitatae;
et variorum populorum figmenta circa suam
etiam originem vulgata et celebrata, argumens
sunt in finitam esse temporum retroactionem.
Longitudinem, Cum vera rerum historia proinde
ignorantur, et fabulae in locum illarum substituantur,
quae omnia si aevitatem Mundi non demonstrant,
tamen illi omnino favere videntur. et potissime saltem
probant, delirare eos qui rerum exordium a sex
millibus annis deputant. Quod si ea quae sola
Religione ^{et} fide persuadentur, validis rationibus et
argumentis destruantur, falsaque esse ostendantur:
non dubium est quin opposita sententia vera sit. Si
Mundum conditum fuisse a sex millibus annis,
Religione tantum Christiana creditur; qua propter
hanc opinionem esse falsam, ex praecedentibus
sufficienter declaratur: ideoque oppositam, quae
aevitatem Mundi affirmat, esse veram manifestum
est. Sed hanc aevitatem variorum auctorum
opinionibus confirmandam esse existimavimus,
quod sequenti Capiti attingemus.

Tractatus

Caput Septimum

In quo
variae illusionum & Errorum
de aeternitate Mundi
auctoritate adducuntur

HAC de Mundi aeternitate doctrina
non singularis quaedam opinio est, sed apud
Philosophos universalis dici potest, ut potest
illam constantiter ipsi tenuerint. Antiquitas
patam tuebantur eam. nunc tam ob metum
religionis. pauci hodie reperuntur qui illam
apud nos affirmare audeant. apud antiquos
plurimi libere de illa sentiebant. inter omnes
clarissimi sunt quos hic referemus. et divinum

¹
libal. de ratione.
cap. 1^o

¹ Ocellus Lucanus sic scribit. Universtum quidem
nec interituum unquam est, nec ullum aliquando
habuit ortum, cum fuerit semper, futurumque
sit. Si enim temporis subditum foret, non sane
esse perpetuo posset. ita igitur fit, ut et ingentium
sit, et iterum non interituum. Nam si quis ipsum
esse generatum ortu existimet, certe nullo modo
in quod dissolvatur et desinat invenire poterit.

De Mundo Cap. 7^{um} 367

prima si quidem uniuersi portio existit illa ex qua primo genitum fuerit. ultima in quam postremo dissipabitur, et vero uniuersum si generetur: et si intireat, pariter Cum eiusdem intireat opus est. hoc autem fieri nequit. Igitur Uniuersum principio caret, et fine, nec eueniet nec aliter quam hoc modo se habeat. ad hoc autem, quod quid generationis initium accepit, et dissipationis particeps futurum sit, id duae mutationes habeat necesse est: quantum sane altera a re minore in maiorem, et a detriori in meliorem progreditur, ac generatio quidem dicitur: altera vero a re maiore ad minorem, et a meliori in detriori efficitur. Hujus autem mutationis exitus, intiretus et dissolutio nuncupatur. hac igitur ratione si uniuersum et totum, genitum intireturum que sit, illud a minori ad maiorem, et a detriori in meliorem necessario mutatum fuerit. In quo etiam eueniet, nec ejusdem mox a maiori ad minorem, et a meliori in detriori sequatur mutatio.

Mundus itaque si generatus sit, et accretionem et statum accepit, sic decretionem et finem postea suscipiet. nam omni natura quae progressionem habet, hincini quidem tres, et duo attribuantur intervallo. hincini profectum, generatio, status, intiretus; intervallo vero,

Tractatus

quod inter generationem, Statum et finem
 medium et interiectum est. Verum enim vero
 vniuersum hoc, nullum ex se nobis huius modi
 iudicium praebet: neque enim originem
 conquam vidimus, nec melius aut maiore
 fieri; nec certe detrius aut minore euadere; sed
 totum semper et idem permanere, si lique
 par et sui simile semper existere. omnino
 autem si vniuersum intereat, illud aut in quod
 est, aut certe in nihilum dissipetur, oportet. in
 id quod est, fieri nequit; si quidem vniuersitatis
 rem non esse interitum, si in id quod est, fiat
 dissolutio. Nam id quod est, aut ipsum
 vniuersum, aut vniuersi potius existit, neque
 vero in nihilum, cum fieri non possit, in id
 quod est, aut ex nihilo fiat, aut in nihilum
 abeat. Aeternum igitur, nec villo modo
 interuentioni obnoxium est vniuersum.

cap. 3.

Item, nec vero inquit, primum humani Orbis
 initium, quemadmodum nec Caelestem
 animalium, neque plantarum, è terra ductum est;
 sed Mundi ornatu et dispositio cum semper
 existat, etiam quae in eo disposita digestaque
 sunt, semper existant necesse est. Si quidem
 Mundu primum semper manet, quae partes
 ejus cum eo statuenda sunt: partes, inquam,
 Caelum et terra, et quae illi interiecta sunt et

De Mundo Cap. 7, ^{um} 369

media. Non enim sine ijs, sed Cum ijs, atque ex ijs concretus est Mundus. Verum Cum partem simul existant, etiam quæ continentur uno Cum eisdem Statuantur: Ut Cum Cælo, Sol, Luna, et Stella tam fixa quam errantes; Cum terrâ, animalia, Stupes et planta, aurum et argentum: Cum Sublimi et Aerâ regione, Spiritus et Venti, nec non et mutatio in vinum calidiorum et frigidiorum consistunt. Nam istius Cæli illud est proprium, ut eas res intra se habeat, quas ejus ambitus complectitur. Terra, ut plantas sustineat, quæ ex ipsa pullulant, et animalia quæ partem capiunt. Sublimis et Aeria pars hoc sibi vindicat, ut quæ in ea gigni possunt, gignantur. Ergitur verè præscribit ratio, non solum Mundi partem unam Cum Mundo, verum et quæ Mundus continet simul cum partibus existere. His et aliis rationibus æternitatem Mundi Ocellus Lucanus Argumentatus est.

Thales Milesiense quoque Mundum æternum arbitratur esse, nam Sciscitanti quidam Utrum prius factum esset nox an dies, respondit, Non una prius die, quod Certè rerum æternitatem hinc est. Similis fit de Quo questio, Utrum prius factum sit Ovum an pullus; Cum pullus non

Lat. in
quæritur

Tractatus

¹
Ecoly. phys.
lib. 1. cap. 11.

line Quo gignatur: neque Quum sine pullo.
 Philolaus etiam ut refert Stobaeus negat
 intrare Mundum: Sic enim scribit in libro de
 anima. Qua propter etiam circa intrinsum et
 Calamitatem perpetuo durat: si quidem nec
 intro ipsum causa potiturus ulla reperitur:
 nec extra quicquam quod cum possit perdere.
 Quo circa fuit hic Mundus ab aeterno, inque
 aeternum durat unus ab uno cognato et
 praestantissimo gubernandus. Habet quoque
 motum et mutationis principium Unus et
 Continuus Mundus, et perpetuo volubilis.
 atque una quidem profectus mutationem non
 sentit. illa, totius anima ad Lunam usque
 definitur: haec, reliqua, ad Terram usque spatia,
 et quoniam res mouende quidem per aeternitatem
 profunditur: quod autem mouetur, id mouentis
 arbitrium sequitur: oportet aeternum Semper
 moueri: aeternum Semper affici: illud moueri.
 Atque anima est: hoc ortus et mutationis:
 illius potestate prior et major: huius posterior
 et minor. Tertium ex utroque Compositum in
 et Semper corrente numine, et Semper mutabili
 Mundo: quo circa non imperite dicitur Mundus
 Dei et ortus, secundum Naturae mutabilis Lenem,
 effectus, atque ille quidem eodem Semper pacto
 se habet: haec autem oriuntur et Occidunt;

De Mundo Cap. 7. ^{um} 371

tamen ut formas rursus easdem parenti-
atque opifici restituant.

Aristoteli similiter negat intrinsece Mundum,
et idem Stoicus auctor est. Sic enim ait in ^{idem}
libro de Harmoniâ. Quoniam autem principium,
et principium, ante omnia est, et ortu Carens
ac perfectum. (nam, nec si post aliud sequeretur,
ante omnia foret: nec si aliunde ortum
sumpsisset, ortu Careret: et si perfectum non
esset, aliud arguo sequeretur ipsum ac
moveretur, acquireret) manifestum sui
principium per se ortu carere, et æternum esse,
ortumque et motum efficere: reliquisque
perfectionem cum hincuat, ipsum per se perfectum
esse. Hujus porro principii imagines ac
similitudines in natura antiisque operibus
occurunt. quoniam autem nec moritur, nec
fatigatur auctor universi, patet æternum esse
Mundum, etiam si principium haberet,
motor aliquando fatigatus cessaret: quod si
fieret, et ipse non immortalis finem haberet motus,
et universum ortus. Quo circa necesse est
vel ortum rerum tollere, vel de nihilo Ena-
gignere, vel æternum fatiri Mundum.
Harmonia quoque natura ponitur, quatinus
omnia ratione Certa oriuntur: ut que se
autifex erga æthrem; sic natura erga Harmoniam.



Tractatus

Si quidem et arte et natura ratione Constant:
et sicut artis opus Porcum pitur, Cum artis
ratione destituitur: ita natura janthreum opera,
Cum harmonia rationem desiderant.

lib. de non
intrinseco
Mundo

Pitolaus an Philo Judaeus refert, hoc ratione
constabat an Mundum aetherium esse probaret.
Quod sibi ipsi bona valetudinis causa sit, id
nullo affligitur morbo: quin etiam quod ex se habet
non vigilat, somni experire est, quod si jta res se
faciat, id quoque quod sibi ipsi causa sit, Cur sit,
perpenium est, atqui Mundus sicuti ceteris
rebus, sic etiam sibi ipsi in causa in se sit,
igitur ipse aetherius est.

2
Videmus

Philo ipse negat etiam intrinseco Mundum,
Intrinseco, ait ille, nascatur in detritis mutatis.
dicitur quoque omnium perfecta Consumptio, qui
nulla necessario attribuitur Subsistentia, Nam
quem admodum ex nihilo nihil afficitur: ita
nec quod est in nihilum intrinseco: ex nihilo enim
non aliquid gignatur fieri nequit: atque id quod
est proxime deleri et intrinseco, nec audire
conquam, nec Credibile est.

Idem, loco citato, haec rationes, inquit, quae
Mundum neque genitum esse, neque intrinseco
affirmant, ex propriis illo cum ductae principiis,
qui ipsam intrinseco concedunt, proprio loco
sunt reponenda, non eorum quae eorumque,
habere rationem

De Mundo Cap. 7. ^{uno} 373

habere rationem videamus. duas namque illi esse causas cur res pereant, unam internam, alteram externam, statuunt. Nam femur et Os, et que hujus generis substantias a bolivi ex se ipsis compentias cum in aeruginem incidunt, quæ illas in modum serpentis morbi inuadens exedit. ex causis vero externis internitate accidia quando domus aut Civitas vi coniecto igne incensa, deflagrat et dissoluitur. pari modo et animalia partim morbo ex ipsis correpta, partim vi externâ, dum jugulantur, aut exaruntur, aut hurpi suspendii morbo afficiuntur, interiri solent.

Item igitur si interiturus est Mundus, id quidem Eveniet, aut aliqua interiore causâ: aut externa: quorum neutrum fieri potest: nam cetera Mundum nihil reliquum est, cum in ejus complementum omnia collata fuerint. Ita, unus erit, integer et Senio Cæcæ. Unus quidem quoniam si quid remansisset, alius ei qui nunc est, similis omnino factus fuisset. integer vero propterea quod in ipso construendo universa ejus substantia consumpta est. neque enim Senio, neque morbi particeps est; quia Corpora, quæ morbis et Senio obnoxia sunt, externo quoque et valido Caloris et frigoris aliarumque rerum Contrariarum appultu intereunt, quarum sane facultatum nulla vi. au fugis quo illum circumvenire aut aliqua ratione aggredi valent, cum

SS

Tractatus

nulla quidem ejus portio abscesserit, sed omnes partes
 clausa comprehensa que sint. ergo inanis, aut natura,
 quaedam impatibilis, quae nec agere quidpiam, nec pati
 possit. praeterea nec ab inferiori dissoluetur ob illud
 in primis quod pars major est quam totum. De
 valentior, quod sane absurdissimum, Mundus enim
 incredibili robore suas partes exuperat, quas quidem
 agit ac movet, ipse vero a nulla earum vicissim
 movetur agiturque.

Si Sibilonis rationibus perspicuum est Mundum
 aeternum ab illo existimatum fuisse, neque enim ortum
 habuit si initium non est expectaturae, quodcumque ab
 initio vindicatur omnino ortus exorsus est. Nam veluti
 quod ortum non habet, initium etiam habere non
 potest, ortum id habuisse, nullo modo possibile est, sed est
 prorsus aeternum.

¹
 lib. 2.º cap. 1.º
 a.º 3.º

Plinius Secundus hanc quoque Mundi aeternitatem
 affirmat his verbis. Mundum et hoc quodcumque nomen
 alio coelum appellare libuit, Cujus circum flexu terquuntur
 cuncta, Numm esse credi par est, aeternum, immensum,
 neque genitum, neque initium unquam. Rujus extra
 indagare, nec intra hominum, nec capie humanae
 Conjectura mentis, Sacer est, aeternus, immensus, totus in
 toto, imo vero ipse totum: in finibus, et finito similis,
 extra, intra, cuncta Complectens in B: idaque
 rerum natura opus, et rerum ipsa natura.

²
 lib. de inor.
 aui.

Compenatius, secundum Aristotelis principia Mundum

De Mundo Cap. 7.^{um} 375

æthærum esse dicit, et hominum æthærum, Cum Sol
a homo generetur hominum, 2.^o Phys. et 8.^o Sempit homo-
quiritur fieri ab homine, Cui proposito Cardanus dicit,
hoc ratiorem sum tales esse Constare, ut ubique indigere
habuerit, atque jam diu, ut tam multi indigena in-
insulis præsertim tam remotis, vix tam brevi tempore
concreverere potuerint. deinde quis impudens non necessitas
et copia hominum novas sedes querere Cœgerit. Si
spatium ab initio Mundi tot fuisse mortales, ut novæ
sedes querere Cœgerentur, res præsertim miraculo similis
dici potest. quare necesse non hominum genus
substantiâ potius propriâ, quam orbe consistere. * In
ipso mare æthærum affirmat. Quamquam, inquit, Mare
hoc loco quo nunc jacet, æthærum non sit; cum tamen
è mari mare fiat, æthærum esse ac fuisse necessarium
est continuitati aquarum. Indicium est quod omnia ab uno
derivantur, atque ob id æthærum omne mare aquarum,
non loci, continuo sibi, dicendum est. * In, si mare,
inquit, initium habuit, ab initio dulce, aut salum
erat, non salum fuit, cum tantum salis non potuerit
immisceri ut aquam Corrumperet, hinc enim omnia
facta esse existimandum est: nam que nascuntur,
ut lacus et flumina, sapore Carent, quod si sapore
caruit ab initio, successu vero temporis factum est
salum, salugo alant habet: Si, non habet, neque
enim nunc salum est quam olim fuit: Nunquam
igitur mare factum est. Vaninus vero dicit sibi et alia

1
lib. 8.^o d. var.
cap. 96

2
lib. 2.^o de
sub.

1
Dialog. 18.

Tractatus

Religione persuaderi mare habitum esse finem.
 Nam à quâ tandem et tantæ aquarum molis aboleri
 poterit? non a sole, reddit enim quod accepit; quare et
 si a mari aqua exhausta, iterum mutua gratia
 dispersione eidem restitui non etiam a b igne, neque
 enim sane à nostrati, hic enim permissur est, et
 non dubito quin omnes foci, qui sunt supra terram,
 a b unius fluminis aquis extinguere possint: neque a
 fabuloso ignis elemento; non enim, si esset, a suo loco
 qui sursum esse dicitur, dimovebitur; aqua igitur
 quæ ima petit, a b hâc illo tutâ erit.

¹ in ipsa vita

² Dico. la. ut.
in ipsa vita

³ Dico. in ipsa
vita

⁴ idem in
ipsa vita

Thorecides Syracæ, et Laetius de fen, scripti libelli.
 quem tunc servari dicebat. Us de rerum principis
 scribebat, Cujus hoc initium erat. Jupiter quidem atque
 tempus idem et Tellus erant semper. Superi doctores
 elementa quatuor esse dicebat, Ignem, Terram, Aquam,
 Aerem: amicitiamque quâ copulantur: et discordiam quâ
 distideant: hancque rerum ordinem esse æternum
 affirmabat. ³ Anaximander, pro rerum principis
 stabiebat Elementum hoc immensum et infinitum,
 (quod non desinebat) partes quidem ejus immutari:
 totum vero immutabile esse dicebat: quod est æternum
 quod enim mutationibus et alterationibus. Subjicitur,
 sempiternum esse necesse omnino est. Alcmaeon
 Crotoniata, Lunam sempiternam habere naturam
 dicebat. Et si Luna quæ Cæli pars quædam est,
 sempiterna sit, totum Cujus pars existit, æternum etiam

De Mundo Cap. 7. ^{uno} 377

esse oportet.

Democritus, Parmenides, et Melissus ¹ et Stoici
Auctor est, aeternum faciunt Mundum principi-
fieri que expetiri, qui que sempiternum faciunt
Mundum, pugna ille, temporum quosdam ponunt
Ambitudo, quibus eadem redeunt omnia, ipsiusque
Mundi Structura Constitutio. Tandem Galotius ² Martius
totam Philosophorum Catenam affirmare. Mundum
semper fuisse, semperque futurum, quin etiam
Diodorus Sicutus affirmat Chaldaeos Mundum esse
sempiternum dicere; neque principium habuisse, neque
solutum finem esse. * omnes denique qui de
terrenam naturam rationatione aliquid consecuti sunt,
hanc Mundi aeternitatem semper Asserere. Cum
enim perpetuam illum tenorem perscrutant inque
Constantiam qua Mundus permanet, et qua
semper in similibus est, animadvertunt, illum
immutabilem dixere, et laetum, qualis nunc est,
semper fuisse, semperque futurum arbitrati sunt.
Et quae haec sunt quae de aeternitate Mundi
Philosophi sentiunt; ex quibus manifestum est,
omnes quae de Deo habentur opiniones, tanquam
Mundi Conditoribus, esse vanas, futes et a
ratione omnino abhorrentis, ideoque Heraclitus,
in referent Plutarcho, negavit ullum Deum
esse, aut hominem qui hunc Mundum creaverit,
aliud autem est eujusdam religionis fide opinionem

1. Log. phys.
lib. 1. cap. 1. 9.

2. cap. 2. de
doctr. promiss.

lib. de curat.
anim. cap. 5.

aliquam tueri; aliud ratione verâ atque
 anticipationem illam diffendere. Primum Theologorum
 est, secundum Philosophorum. Inter antiquos quidem
 Philosophos et Theologos in Ethnicorum religione,
 de Mundi æternitate maxima erat Contentio, et in
 utramque partem disputare fas erat: quippe Deum
 æternum cum Mundo æterno admittere sedulo
 curabant ij quibus rerum æternitas placebat. Sic
 Aristoteles Deum et intelligentias Cæli æterni-
 causam motivam et æternam dixit. Sic Plato,
 Omistis suis de Ortu Mundi in Timæo editæ
 nugis, de æternitate Mundi Sententiam a libi-
 tulis. Sic plurimi alii Philosophi res ipsâ Attæ,
 sed ob metum plebis Deos palam Confiteri,
 nec tamen quid Dii essent declarantibus, æternitatem
 Mundi vixit susceperunt: et in hoc Religioni et
 rationi aliquo modo placuerunt. Deos enim non
 negantibus Religioni et populo placebant: Ortum Mundi
 refellente, rationi omnino consentiebant. Ac in solâ
 lege Mosâicâ, et in aliis ab eâ pendentibus, hoc de
 Mundi Ortu adeo inualuit opinio, ut hinc contraria,
 si penitus prohibita, et profligata, nefariaque halitus:
 Nam et apud Christianos variis conciliis, et præsertim
 Lateranensi, sub Leone decimo, Anathematum
 fulminibus percussa violenter fuerit. jubentur que
 publice docentes Philosophi cuncta de Mundi æternitate
 argumenta excludere, quia ista de Mundi ortu opinio

De Mundo Cap. 7. ^{um} 379

a Mose traditâ, sublatâ, Christiana religionis
fundamentum ruere, et tota insuper annihilari
videtur: Cujus quidem præcipua talis est opinio
de creatione Mundi; idcirco, Moses, cum Scilicet
Bodin^{us}, Capitali pena subjecit eos qui Sabbathum,
^{restarent} cã potissimum de Causâ, quod Mundi Creationem
Sabbathi violatione in dubium revocare viderentur. —
itaque solâ religionis auctoritate hanc de Mundi
ortu opinionem contumaciter Christianorum et aliorum
Legis Mosaicæ scriptorum animis in harore non
dubium est. Nisi omnes fidem suis Theologis præstant,
et a philosophis penitus abhorrent. Nisi autem
quorum mens Philosophorum rationibus imbuta,
libere et vinculis soluta argumentari sibi
concedunt, æternitatem Mundi affirmare non
verentur, quando quidem ea omnino sui rationi
naturæque conveniende; Cujus eo magis valida
est et potius auctoritas, quo imbecillius est fidei
et Religionis figmentum, Cui de Creatione Mundi
Sententia incumbit. Hoc autem figmento destructo,
non dubium est quin error iste omnino etiam
destruatur. Quod propter sequenti tractatu Religionem
nihil nisi æternam politicam esse abunde
declavabimus. /.

in unis.
hist. cap. 8.

380

De Religione

Tractatus Tertius

qui est

De Religione

∞

Caput Primum

In quo

Vnde et quid sit Religio
declaratur.

Quandoquidem & —
praecedentibus de Diis et de Mundo tractatibus, —
Philosophorum opinione, illos nullos esse, quales eos leges
ponunt, Mundumque esse aeternum, satis superque
declaratum est, de Religione scribere superuacuum
videbitur. Cum enim antecedentibus falsis, consequentia
esse etiam falsa necessarium sit, et fundamenta
vitiosis, quae eis inniuntur non minus esse vitiosa: —
erroribus quoque de Diis et de Mundo Cognitis atque
explicatis, alii etiam errores qui ab istis originem ducunt,

K. P.

Tractatus

discussi et perspecti videntur. Ideoque Religio quæ vim
 omnium suam ab opinione quam de Diis habent homines,
 mutatur, pro nihilo habenda videtur, et id Circo
 præmittenda, Natim atque de Diis opinio sublata est.
 Sed quia multi sunt qui exterioribus solum Religionis
 signamentis decipiuntur, existimantque Deos esse, non quia
 illos esse vere sciant, sed quia Religionem id docere
 animadvertant, prohibereque ne aliud homines sciant;
 Cum è Contra Religionem duci non deberent, nisi in
 quantum Deos esse cognoscere; non præmittendum
 censemus quid Philosophorum et Politicorum opinionibus
 de illâ dictum sit, ad maiorem de omnibus ad Deos
 pertinentibus cognitionem et certitudinem. Incipiam
 ergo a Religionis origine.

Sola ratio humana, id est Prudentium Astutorumque
 sagacitas ad principatum iuvandum, ea omnia quæ de
 Diis diximus commenta est, nam absque hoc signamento
 difficile admodum illis fuisse populorum animos ad
 obsequium conuocare. Cum enim natura omnes hoies
 æquali sortis gaudere voluerit, nulli supra alios concessit
 imperium: sed ambitio quorundam illud inique, tam
 ingenii quam Corporis viribus occupavit: plus equidem
 sagacitæ ingenii, quam Corporis vires, in hac re
 primum profuerunt: nam persuadendo vincere, quam
 pugnando superare rectius et securius semper fuit,
 tum præsertim cum prima dominationis insuetudine

De Religione Cap. 1: ^{um} 383

fundamenta ponuntur. Quibus igitur quas incessis-
regnandi libido, ad artis et commenta animum
traduxere, et leges ad Societatis vinculum condidere,
Deosque excogitauerunt, eo modo quo, in tractatu De
Diis, retulimus: et Religionem, quæ ex de rebus ^{cap. 4.º}
ad Deos pertinentibus tractatio, instituerunt: ad quam
peruenirent, postquam Deos esse docuerunt, illos res
humanae regere et gubernare finxerunt, quod
providentiam dixere. Neque enim ullo modo profuisset
Deos immobiles, omni sensu priuatos, perpetuoque otiosos
et inertes excogitare, generique humano profus inutilis;
quod certe ridiculum omnibus visum fuisset, id Circo
præmi illi Legislatores, Deos rerum nostrarum rectores
prospectoresque fecere, et docuerunt illos omnibus in
rebus hominibus opitulari posse, et bona plurima
immittere. Sed quia homines sola bonorum spe
illucti, solis etiam bonis inhiassent, et absque ullo
pœnarum metu mala perpetuare non destitissent;
Legislatores, suos quoque Deos iracundissimos et
vitiis hominum infensissimos dixere, sicuti virtutibus
eorum propitios, rebusque fauentis, atque utiles.
Cum que homines tunc in lege naturæ adhuc uiuunt,
indistinctique perpetuarent quæcumque illis libebat.
Quondam enim fas et nefas in usu erant, nec ritium,
nec virtus erant nota nomina; legistatores iustum
iniustumque legibus statuerunt, et bonum malumque
definiunt; ita ut ea omnia quæ in lege naturæ bona

Tractatus

erant, in bona et mala, legibus hominum, diuisa atque
 diuisiuita fuere, docentibus legislatoribus malum esse, id
 quod leges vetitum esset, et ab illo abstinendum: bonum
 vero id quod leges præceptum et sancitum esset, et id
 faciendum. præterea Cum ad continendam plebem, Spem,
 metumque res esse efficacissimas, et præcipuam in-
 vitâ Tyrannidem obtinere agnoscerent, quia hęc
 his potissimum duobus affectibus ducuntur, Spem
 præmii bona agentibus dederunt, metumque pœna
 mala agentibus iniecerunt; et hæc, iustitiæ distributiue
 partem, præmiari et vlcisci, in Diis eminentiv esse
 prædicauerunt: nec tantum in hac vitâ præsentiv, sed etiam
 in altivâ quam æternam vocant, præmia au pœnas dari
 docuerunt: Ideoque animam corpori esse superstitam
 finxerunt, et homines vivere etiam Cum mortui sunt:
 Inde Inferi ad vlciscendum, et Paradisus, siue Regnum
 Cælorum ad præmiandum, ortum duxerunt: Cum autem
 Deos bonis beneficientis et propitios finxissent, malisque
 malefacientis, et erga humani generis vitia iracundissimos,
 docuerunt etiam populum, illos et placatissimos esse, facileque
 ab illis veniam delictorum impetrari, modo debitas illis
 honos haberetur. Itaque sacrificia, caeremonias et
 mysteria instituere, ceteraque id genus deuotionis
 suppellectilia, quibus Deos placari posse etiam
 prædicauerunt, et ab his bona quam plurima obtinere;
 Idque Deligio appellatum est. Hinc vero Legislatores,
 ministros Sacerdotesque proponere, quibus Deligionis

De Religione Cap. 1. ^{um} 385

Cura Commissa est, ut essent qui autis et
deceptionis Scientiam, deceptivæ industriâ tueri valerent.
et quia hæc Credulis tantum et idiotis, quorum
maximus est numerus, persuaderi poterant animadvertentibus,
ita horum meli catros perspicaciores ad obsequium
adigerent, affirmaverunt ea omnia quæ Religio
docebat, sola spe et fide Comprehendi atque
intelligi posse: fides autem et spes ejusmodi sunt
affectuæ, qui, ut ait Cardanus, vacuas. blum mentis ^{lib. de an.}
occupant, et ob id in stupidis ac plebe, quam in eruditis ^{im.}
ac ingeniosis, vis eorum major est: ideo effectum est. In
perspicaciores idiotis, tanquam numero fortiori luce
cesserint, et fides credulitas que primas obtinuerunt
apud populum, cui adversari non audent qui sapientiores
sunt, sed inuiti trahuntur, et populo morem gerere
coguntur. Idcirco sacerdotum. Coepus omnis hic est. Ut
fidem, hominum animis præcipue insinuant, et
persuadeantque nihil a Diis, nisi præviâ fide, obtineri
posse: nec quidquam in templis frequentius intonant,
quam hoc verbum, Credit, Credit, nihil a Christo
et ab apostolis diligentius commendatur: et Seneca, ^{Epist. 35.}
primum Deorum esse cultum dixit, Deos credere, sicut
quisque magis credulus est, magis etiam pius ac
religiosus erga Deos existit. hoc itaque modo Religio
introducitur, et accepta; quæ definiti potest, prælatæ
ac speciosa divini cultus ratio, quâ populus per spem
ac metum melius ad officium ducitur. Fides autem

Tractatus

Religionis fundamentum, est humilis huiusce rei, omnium rerum quas Religio docet, summa persuasio, sine qua Religio annis, sacerdotisque eius ministri, funditus ruerent.

Religio vero ad Dei Cultum et populi utilitatem primum instituta, eo tandem devenit, ut omnis utilitas illius ad solos sacerdotis Religionis ministros redundaverit, quorum auctoritas temporis progressu, tantum apud credulos et devotos invaluisset, crevitque, ut sacerdotis tanquam Deos reputari, nec non illi honores solis Dei decretos reddant, jusque ac potestatem quam olim soli Legislatores habebant, scilicet ficta et falsa, ad populi utilitatem pervadere, sacerdotis hodie usurpaverint, et in se omnem Religionis vim et auctoritatem transsumpserint, quam variis artibus adeo auxerunt, ut penes eos sit cuncta rerum potestas, et in ceteros homines independentiter domineantur, veluti olim in Insula Sanchaâ, ut Diodorus Sicutur auctor est, soli sacerdotis omnium erant duces, illique publicarum rerum et controversiarum judicia arbitria que erant concessa: Utinam, reliquos deliciis vacabant, et vitam mundam ac sumptuosam ducebant; sic hodie apud Christianos præcipue, ad hoc auctoritatis fastigium pervenire, ut summo rerum fruantur imperio, et vivendi licentiâ super ceteros impune gaudeant: quod ineptâ credulorum, stolidorum veneratione,

De Religione Cap. 1. ^{um} 387

Religionis respectu protegitur: hōrum enim
conscientias sacerdotis omnino alligant, et in
obsequium fidei, ut inquirunt, illoꝝum intellectu
Captiuaunt, legibus que suis Constingunt, et tam
Sæuiter Subjiciunt, ut nulla Tyrannis sit Sæuior,
nullum Imperium firminus Stabilitum, nec Latius
patens. Cum terras, animas, et corpora ipsa illi
occupent: unde nulla dominatio tam longo tempore
intacta nunquam permanſit, nec tyrannis diuturnior,
quippe hominum animi illoꝝum vinculis,
Religionis prætextu, capti, jugum illud quod
suave vocant, non tentant excutere. imo magis
magis que inanium bonorum spe delusi, sese illi
Submittere conentur. Sic Religione Sacerdotum
crescit et firmatur Imperium: Sic Multitudo
nostrâ in nos ipsos Sæuiunt: ex quo Religio-
Sacerdotum causâ excogitata fuisse videtur, Non
vero Sacerdotum Religionis causâ instituti. et hæc
omnia, quamuis mala, absque ullo impedimento
in immensum eunt, et nullâ remediorum ope
curantur, quia plebs imperitia, Religionis respectu,
cæcâ menti probat quæcumque Sacerdotibus placent,
ac pro, religiosoque consensu illis plaudunt et
adulantur: Sapientis autem ob inechum plebis
obmutescunt: et Principes non solum ea tolerant,
sed etiam fouent atque tuentur politicâ comodorum
et utilitatis ratione. Semper enim a Principibus

Tractatus

et Legislatonibus omnes Religionis Ritus
 Introduce, aut saltem fomentatae fuerunt, ut
 per eas populos redderent ignorantis, riles et feruos,
 quo deinde facilius in illos dominari possent, et
 feliciusque regnare. utilem ergo et necessariam
 rem esse Religionem existimandum est, tum ad
 Societatis vinculum, Cum ad Principatus
 conservationem, ob quam potissimum a primis
 Principibus excogitata est: deinde a Succedentibus
 conservata, et multum aucta fuit, quia
 perspexerunt summum Regni praesidium esse
 Religionem ob occultos tumultus, ut Circa
 Candanore, quem admodum justitiam ob apistos.
 Itaque Aristoteles vult Principem pro alicui
 Deicolam videri; minus etiam putant subditi a
 tali Rege pati aliquid iniquum, et minus contra
 illos machinantur, tanquam habeant propugnatores
 etiam Deos. unde, ut idem histatur, olim divini
 Cultus cura penes Reges erat, et Ceremoniarum
 facultatem erga Deos habebant. Unde etiam Dij
 habebantur. Vos estis Dei Terra, inquit David, et
 Aegyptii affirmant Deos apud se primam
 regnavisse, non quod Dij vere fuerint Reges isti:
 sed quia ad excitandam in hominum animis
 majorem venerationem, se Deos appellari volebant,
 et cum Diis familiariter Conuersari simulabant,
 ut sequenti Capite diffuse referemus. et apud nos adhuc

lib. 3^o de sap.

Polit. 2^o 3^o

Tractatus

Caput Secundum

In quo
diffuse ostenditur Religionem
omnino esse artem politicam.

Religionem tanquam Artem
politicam, Superiori capite, primis, ut dicitur,
latis tantum attigimus: nunc illam diffusioni-
narratione complectimur; et ostendemus hanc artem
Principum esse artem, regnandi et populos in officio
continendi gratia excogitatum et introductam. Quod
equidem haud erit difficile cum perspexerimus
primos Legislatores, Religionumque institutores,
fuisse etiam omnes Principes, et populorum Duces,
ab illisque cuncta quae ad Deorum Cultum pertinent
mysteria, Cereemoniarumque instituta manasse,
atque ad Deos ea omnia quae agebant propter
Impiorum utilitatem, referre Consecuisse, ut Deorum
respectus, Spe et timore animis insinuatus, in
veneratione Summa populos erga Principes detineret,
et firmioribus Vinculis Subditi constringerentur;
Desque publica Securitas Inveniret. Primam enim Reip.
Legem, ac omnium aliarum fundamentum, Deorum

De Religione Cap. 2.^{um} 391

opinionem, ac persuasionem esse Colotis
existimat, ut refert Plutarchus. Hujus ope
Lycurgus olim ad sanctiorem vitæ normam redegit
Lacedæmonios, Numa Romanos, Ion Athenienses,
Deucalion Græcos reniuatos, ad Decorum cultum spe,
ac metu illorum animos Conuertentis. nec ullam
gentem aut ciuitatem reperiri affirmabat, quæ
absque diuinitatis opinione, ac Religionis Vinculo,
Imprium suum tueri posset, sine artibus quidem,
sine litteris, sine auro argentoque Subsistere posse.
Adiuro omnes Legislatores se, Deos, legum suarum
auctores habere dixerunt. Sic, primus Cuius
memoria ad nos peruenit, Menas apud Ægyptios
multitudini persuasisse dicitur ut legibus viverent,
et finxisse eas Mæxuvii datas præcepto, tanquam
magnorum bonorum causam futuras. Plures
quoque alix nationes isto modo traduntur Leges
suscepisse, quæ obtempvantibus multorum
bonorum causa fuere, ut idem Diodorus scribit,
Cumque illo Plutarchus a Valerius Maximus,
Zabastus Ariam. Simulato Numine, leges dedit. Minas
Creteusium Rex nono quoque anno in quoddam
præaltum et vetustâ Religione Consecratum specus
scendere solebat; et in eo moratus tanquam a
bono, a quo se ortum ferebat, traditas sibi Leges
prærogabat. Lycurgus consilio Apollinis
præmissimæ Lacedæmoniorum Ciuitati leges compositas

lib. adu.
Colo. cap. 28

ibid.

in 2^o lib. Nu.

lib. 1^o cap. 29

Tractatus

*Terre se, persuasit. Zeuleucus apud Locrentes,
 sub Mineræ nomine, prudentissimus habitus est.
 Zoroaster Bactriam's Persisque Leges tradens illas ad
 Romanam referebat. Trismegistus etiam apud
 Egyptios, Mercurio duce, leges tulit. Draco et Solon
 Atheniensibus simili fictione olim imposuere,
 Mineram consulere præ se ferentis. S. Lato-
 Magnæ et Siculis in Torum et Apollinem leges
 referebat; Silius in recuperandâ tyrannide
 quam amiserat, simulatione reducentis se in
 avocem Mineræ et usus, cum per ignote-
 mulieris ostentationem, quæ Sthya vocabatur,
 formatæ ad habitum Deæ, Athenienses deciperet.
 Pythagoras in Italia, ut Laertius auctor est,
 ejusmodi Commentis usus est, et intra octavo,
 subterraneam fecit domum, matricque mandavit
 circa omnia quæ contingerent tabulis inscriberet,
 et tempus quo exacte notaret: deinde in hanc domum
 ipse descendit: Anno autem exacto, in lucem ex-
 tenebratâ hac domo ascendit, squalidus ac macie
 confectus, per matrem rescivit cuncta quæ evenissent.
 tunc advocatâ concione, Rex Anaximander ascendere
 dixit: ut quæ sibi fidem facerent, populo, quicquid
 evenisset, recitavit. His vero quæ dicebat homines
 affecti in lachrymas ejulatusque prorupere,
 Pythagoramque jam divini quippiam habere
 existimantibus, uxores suas illi in disciplinam castitatem
 dederunt, ut ex illo*

De Religione Cap. 2.^{um} 393

dediderunt, ut ex illo aliquid discerent. Zanolæus
Pythagoræ discipulus, exemplum Magistri lectus
Thracæ isto modo lusi, ut refert Herodotus, ille ^{in Melponibus}
enim cum animadvertiret Thracæ male et jussiti-
riuentis, ipse edoctus Tonicum vivendi genus, et
mores liberaliores quam Thracum, ut qui cum
Græcis conversatus esset, cumque Pythagora,
domicilium instituit in quod primos quotque
popularem in Convivium accipiebat, et jussu
Convivandum docebat, neminem hominum intrare,
sed in eum locum ire, ubi Superstitis omnium
honorum Compotis essent. Dum ea ageret atque
diceret, subterraneum ædificium struebat, quo
protinus absoluto, à Thracum conspectu se
subduxit, descendens in illud subterraneum ædificium ubi
vixit triennium egit. desiderantibus eum Thracibus ac-
descentibus tanquam mortuum quarto anno se eis in-
conspicuum dedit, atque ita, credibilia sunt officia quæ illi
exposuerat. Numa Pompilius quoque Populum Romanum
tandem atque imperitum novis sacrorum ritibus implicavit.
quod ut faceret aliquâ cum auctoritate, inquit Lactantius,
Simulans cum Diâ Egenti nocturnos se habere congressus
erat quaedam spelunca prope in nemore Aricino, unde
civis peregrini fontis manabat. huc remotis arbitria
se inferre consueverat, nos inventiri potest monitu Deæ
Conjugis. ea sacra populo se habere quæ essent Divæ
Acceptissima. Omnium primum, inquit Livius, rem-

L.L.

lib. 1.º fal.
lib. cap. 21.º
L. Livius
lib. 1.º

Tractatus

ad multitudinem imperitam, et illis seculis eadem
 efficacissimam, Deorum metum incutendum ratus
 est; qui cum descenderet ad animos sine aliquo
 commento miraculi non posset, simulavit sibi hos
 esse cum Dea illa nocturnos congressus, his esse
 addendus Sertorius, qui Hispania populos simili modo
 apte delusit. Cernam civicam et domesticam habebat,
 quae illum quocumque iret familiariter sequebatur, —
 quamvis inter armorum multitudinem, bellique tumultum,
 et haec in se illi addiderat, ut ad. illum ejus nutum se
 movere didicerat, adeo ut paulatim id Sertorio in
 miraculum cesserit. Finxit igitur hanc Cernam domum
 esse Dianae, ejusque Ministro Deam istam multa sibi
 praedixisse futura, quidque vitandum et quid fugiendum
 esset, ab ea admoneri. prout ad superstitionem animi
 barbarorum, fidem his signentis dabam, id facilius
 quo Sertorius ejusmodi Astu credulitatem illorum
 habebat. Cum quidem per Nuncios resciverat (quos
 clam et inscius barbaris in colloquium admitteret.)
 Cernam floribus redimitam in Concione ad se adduci
 Anculum curabat: quam quasi sponte venientem
 conspicens Sertorius, barbaros bono animo esse
 habebat, et ad spem et sacrificia Diis agendam
 gratiarum causam hortabatur, pronuncians sibi a Diana
 per Cernam bonum et felicem nuncium affari. Sape
 etiam simulabat Cernam illum dormientem nocte
 allocutam, et praemonuisse ut in armis suis militare

De Religione Cap. 2^{um}

395

esse Curaret. his itaque Palladis Sijustitionum
 artibus barbaros in officio continebat, et ad-
 obediendum promptiores paratiorisque illos sibi
 Conciliabat, non hominum illum Cæcis præstantiorem
 tantum, sed diuino etiam numine afflatum barbaricæ
 existimantibus, esse. Non prætermittendus est
 Moses Iudæorum Legislator, qui, ut Didorus tradit
 a Dæio quem Deum vocant, acceptas leges dare præ-
 se ferebat: Sive putans rem diuinam, mirandam,
 maximeque mortalibus utilem leges esse: Sive ve-
 citus populi, ob rei excellentiam, Deum timore,
 legibus obtemperarent. Ma homines etiam, ut refert
 Campanella, in antro ad montem Arabiæ pphabatur,
 ut finxit leges suas ab Angelo Cæciliæ, accepisse:
 Cumque morbo sacro laboraret, simulauit spiritu-
 Dei hunc rapti. Cinghis quoque apud Tartaros se
 filium solis finxit, et signa mirabilia fecit. Nam
 transire visus est mare Caspium sicco pede, sicut
 Moses Enithreum transiit, legesque tulit hæc
 ratione, ut idem Campanella refert; Non desunt
 etiam qui Christum se Dei filium finxisse extulerunt,
 ut facilius hominum animos religione conciliaret.
 Hæc sectatores post modum Diuinitatem illi attribuerunt,
 et Deum ipsum esse mentiti sunt. Chæritus tamen le
 Dhotinus, ut in historia hypostasia legitur, in illo
 Diuinitatem negabat. Mahometes idem Negabat,
 scilicet Christum esse Deum; et a multis aliis

lib. 2.
cap. 39.

Thasos
triumph.
cap. 13.

Divinitus ejusmodi exstoditur. Deinde Sapientiam
vnum illum tantum fuisse contenti si omnes qui
ejus Sectatores non sunt; sed de hoc diffusius in
sequentibus.

Thy. timaeo

Nunquam finem facerem si illos omnes re ferre vellem
qui se Deorum colloquio gaudere. Simulabant, et
famam aut imperia sibi Compararent. et eor
etiam qui se Deos esse, aut filios Dei finxerunt,
ut scilicet major fides a populis prestaretur iis
qua Deorum titulo imbuerentur, quod apud plebem
indoctam consequi haud difficile est. Unde Plato,
dicit impossibile esse Deorum filios, id est, Legislatibus
non credere, quauquam impossibilia dixerit
videantur. Et Cicero astuti illi politici animum
imperio secure potiri volentis, ejusmodi nomina de
industria sibi hinc cura bant. Notum est illud de
Lycurgo habitum oraculum, Venis o Lycurge ad
meum religiosum Templum, Poui Chanus et orbus
qui Caelum habitam, Incertum est Vtrum tu Deum
esse praedixem, an hominem: sed Magis tamen
Deum. spero o Lycurge. Notum etiam illud Pouide
Hammonis Oraculum ad quod olim Alexander
Magnus profectus, qui, inquit Curtius, haud
contantus ~~maxima~~ mortali fastigio, Pouem genens sui
Autorem credi volebat, igitur per praemissos
Subornatis Templi Antistites, quid sibi responderi
velit, per Rusticus re. fert, cum maximus natus e

lib. 4^o

De Religione. Cap. 2. ^{um} 397

Sacerdotibus, illum filium appellat, hoc nomen illi parentum Nomen reddere affirmans, ille se reddere, ac, et accipere et agnoscere, Consulenti deinde an totius orbis imperium satis sibi destinaret; cuius aequae in adulationem compositae, humanam omnium rectorem fore ostendit, et adiecit fore iuvenum, donec ad Deos excederet. Amicis vero ejus oraculum Consulenti per adulationem, vel ipsius Alexandri Themi, an Iupiter auctor esset, sibi, divinis honoribus Colendum Aequum, hoc quoque acceptum fore Nomi, Vatis respondit, ut ipsi vicinam Regem divinis honore Colerent. Dehinc Alexander Nomi filium Leonem appellari passus est, sed etiam iustis. Ceteri magni nominis atque fama viri, originem suam ad Deos referre semper conati sunt, ut a populi majori veneratione Colerentur, et Religione illos ad obsequium traherent; Sic Aeneas Dea Veneris filius fingitur. Romulus Vero, Martialis, ut sub magnis auspiciis magni Imperii primordia illustraret, inquit Livius, Cynus Dei Commisitarius simulatur. Nabuchodonosor Deus praedicari voluit ubicunque. Quos semes imperium suum ostenderet, Idem recentis memoria, Nomen Divinitatis studuit adipisci Faxiba Japonensium Nonan-ha; et alii iuvenum pari Libidine venati et simulati fuisse, quin etiam multae miranda

Tractatus

Visi sunt facere quae populo disconere nescienti visa
sunt miracula, inquit Campanella, et post mortem
curauerunt occultari corpora sua quo crederentur in
caelum esse translati. Benipactis et Machiavelis
hoc videntur fecisse Moses et Christus, addit ille,
quorum corpora nusquam post mortem comparauerunt
sicut nec Corpus Aeneae, nec Domuli, quod Livius
refert. Haec de causa absconditum fuisse non in caelum
translatum crederetur; adeo fuit vehemens
politiconum impostura, ut etiam Deos Credi voluerint,
qui nequidem amplius homines esse poterant. Unde
Manifestum est, omnes Legislatores et Principes
esse deceptores ac Simulatores. Religio nempe qua
populo habuit nihil esse, quam Astutiam et Commentum
ad dominatorem utilitatem, aut ad famam comparandam
excogitatum et introductum: populum vero, qui tam
facile imponitur, ignarum omnino et imperitum esse:
aliter enim Religio non staret. hanc profecto de Religione
opinionem Plutarchus testatur dicens, omnes fere homines
superstitiones aliqua hauri: et nonnullos esse qui hanc
vanitatem ignorantia et imbecillitate sequantur. alii
vero ut Diis grati a populo habeantur ad quos omnes
suae actiones referunt, tanquam ad illorum auctores;
atque insomnia a Diis sibi missa, apparitiones,
aliaque ejus modi deliramenta callide fingunt,
hominibus jam superstitione captis facile imponunt.
quod sane haud inutile et vanum est ijs qui hominibus

De Religione Cap. 2^{um} 399

in rerum administratione praesunt, Vulgus enim religionibus tanquam freno coercetur. Machiavellus eandem luctur opinionem et assensum nullam unquam novam magnamque legum latorem existit, qui ad Deum tanquam ad auctorem illas non retulerit, quia absque hoc Commento nunquam acceptae essent a populis. multa enim sunt utilia et Commoda, solis prudentibus nota et manifesta, quae in seipsum nullas habent evidentes rationes quibus aliis persuaderi queant. Ad Circo sapientis Legislatoris, ut has difficultates amovant, a Deo suae leges sibi vadi simulant; Non Dubium est prope Machiavellus, quin ejusmodi Leges, Religionis quae sint, in rudi adhuc et imperita plebe multum valeant: in talibus enim hominibus Novae rerum modum haud difficile imponitur, et qui hodie novum rerum statum Condere Vellet, minori negotio id Consequeretur apud populos montium incolas, agrestes et jncultos, quam apud illos qui Civitatis corruptae vivendi quibus experti sunt; haud Secus ac Saturnius ex impolito et rudi marmore pulcherrimam Statuam effinget, quam ex marmore male jam informato et addit, non solum jncultis et agrestibus hominibus (quamvis his facilius) novam opinionem ac Religionum persuaderi posse, Verum etiam ijs qui vitam Civiliorem volunt, et qui se nullo modo rudes esse praesumunt, tanta Religionis Vis est, et in

lib. 1.º d.º
Dix. cap. 11.º

Tractatus

400

Exemplum adducit Florentinos qui nequidem rudes
et inexperiti sibi esse videntur; illis tamen
Hieronymum Saonarolam de Dei Colloquio fecit
persuasisse affirmatis: et quod mirandum est, nulla
extrinseca causa extraordinaria et insolita, aut ita rem
illam credent; et tamen innumeri credebant eam,
quia illius vivendi genus, doctrina et materia de
quâ agebatur, erant ejusmodi, ut ad fidem illi
præstandam sufficerent. id profecto maxime probat
quod Candanus dicit, Religionum, videlicet, apud
populum Regem esse, quantum autem hæc apud
mortales valeat, addit ille, ostendunt Johannes
Vincentius qui Bononiæ per annum præfuit, et
Jacobus Bursularius qui Ticinum annis quatuor
in sua potestate retinuit: Vtrique vi extrinsecâ tantum
pulsus. Sed et Hieronymo Saonarola parum defuit
quin eadem ratione Florentiam occuparet. Quin
etiam si qui virtus bellicâ præditi et armis quorum
maxima vis est, sunt instructi, Religionis tamen
authoritatem sibi adjungere debent, ac idem
Candanus, ij præsertim qui humili loco sunt nati,
quod David et Vespasianus fecerunt, Ceterique
optime res, et Numæ quia virtus bellicâ decore,
Religionis commentum omnino necessarium fuit,
sed quia varia et instabilis est mens Vulgi (Ar-
eum facile est novas opiniones illi imprimere, sic
difficile est in eisdem illum diu retinere), ut recte

¹
lib. 3.º. cap.

De Religione Cap. 2. ^{umb} 401

animaduerti Machiavellus) propheta necesse
est Vincipem res suas ita disponere, ut vi
populum ad Credendum cogat, statim atque
incredulitate factus est. Sic Moses, sic propheta omnes,
armati semper fuerunt; et Vicines semper fuerunt
ij omnes qui armorum et Religionis simul auxilio
populos continuant. Si absque armis regnare
legesque ferre & uscepissent, inquit idem author, Nec
diuturnum, nec stabile unquam fuisset illorum
imperium: Sicuti nostra aetas accidit Hieronimo
Sauonarola, cujus auctoritate Religione
Comparata, in ipsa incunabulis Concordia, quia
sine armis erat; nec potuit alio modo populum
florulentum in fide sua mutantem retinere; et
ad obediendum impellere. Idem dicit, Christum a
Judais Condemnatum fuisse, quod esset sine armis,
non re fert Cardanus, loco supra citato, Prodius <sup>lib. 5. de Dip.
cap. 1.</sup>
vero ait veteres Scythae gladium in terram
defixum pro Deo coluisse, quippe ab armis et gladiis
leges, Religiones, et omnia Dei momenti pendere
arbitrabantur. et hodie etiam apud Christianos
D. Petri Ecclesia Pauli gladio defenditur. haecque
Religio cujus primordia simplicitate, et humilitate
solum fulcebantur, armis postmodum auctoritatem
suam trahi coacta est: quae nunquam eo Voguepquo
perducta est, Creuisset, nisi ferrum et ignes in
auxilium suum Vocasset. id Testatur innumera

402 *Tractatus*

historia Christiana exempla, et private
 publicæque Cædes propter Eclesiæ et Religionis
 auctoritatem perpetuæ. Necesse adhuc est funestum
 illud et triste Joannis Russi supplicium, qui ad
 concilium Constantiense a Sigismundo Cæsare
 vocatus, quamvis illi publicâ fide cautum
 esset, tamen cum ad colloquium Pontificis
 et Cardinalium venisset, captivus detinetur:
 tum damnatus tanquam hæreticus et seditiosus,
 vivus crematus est; cineres vero dissipati in
 profluentem Rhenum, ne quæ superessent ejus
 reliquæ. Post eum, simili supplicio vitam finit
 auditor ac discipulus Hieronymus Bragensis:
 Savonarola etiam, quia, inquit, Turis, Novæ
 opinioniones et Romana Eclesiæ adversantibus prædicabat,
 publice ignis gehennæ perire, Pontifice sic iubente.
 plurimos alios non homines tantum privatos, sed
 populos et nationes quaedam totas Sauli gladio
 necatæ Religionis causâ, præmittito: ut potè sit
 notum et manifestum omnibus Romanum hodie
 Imperium non minus armis et Religionis stare quam
 olim. Sic Mahometus quoque Imperium suum armis
 et Religionis luebat, et nulla unquam Dominatio
 longa fuit, in quâ vis armorum cum Religionis
 juncta non fuerit, ut scilicet arma succurrerent
 cum Religio deficeret, et Religio vicissim, cum
 arma non prodessent, fatendum enim est, hæc duo

lib. 10.º hist.

De Religione Cap. 2. ¹¹¹¹

403

In Rep. maximum pondus habere, adeo ut
difficile sit existimare. Vtrum eorum praestit.

Religioni tamen Machiavellus Salutam
tribuere videtur: illa enim, inquit ille, exercituum
ducibus multum semper profuit in Rep. Romana:
hac milites Securitas faciliusque reguntur. In
Civitate plebs diversa, religione moderabatur, boni
Cives in officio confirmabantur: sedivosi
reducebantur. An ut si quareretur, Civitatem

lib. 1.º de Rep.
cap. 7.º

Principi Romulo an Numae, plus debeat Romana
Resp., credo Numae vinceret, ubi enim Religio
floret, Civitas introducere facile est: Verum ubi
Religio spreta jacet, et in armis viris omnis consistit,
vix ibi poterit illa locum ullum habere. Sed

Senatum instituendum, civitatisque et militaria
disponenda, Dei auctoritas nullo modo necessaria
fuit Romulo; sed Numae, Cui viri armorum decus,
omnino necessaria fuit. Et Bodinus hoc rerum
administrativarum animadvertendum esse docet,

lib. 5.º de Rep.
cap. 1.º

quasdam nempe esse gentes quae Cum armorum viri
dici nequeant Religiois auctoritati ac Numini Melu
cogi debent, Ut quidem Christophorus Columbus
fecisse dicitur, qui Cum iudice Populos ad hospitalitatis
iura et humanitatem blandiriis pellicere non posset,
Numini Melum iniecit, prospexerat enim Lunam,
quam iudi Summâ veneratione Colunt, deliquitum
breui fulminum; Et igitur Lunam elatis manibus

h' status est eam injuriam non aequa menti
 Naturam, quod se hominem Lunae amicum et
 Cultorem, ab hoste, ab hospite, ab aquis, a
 Convivatu prohiberent. In duo posse Luna de se
 lumine Barbaros sic h'ruit, ut lumina
 voluntate Solvendi jura facerent. apud populos
 ergo omnes Religionis maxima vis est: ita ut Principes
 qui illa videntur eam tanquam firmum auctoritatis
 et potentiae Columnam adhibeant. idcirco suat potissimum,
 Inquit Candanus, ut eorum Deo Princeps videatur.
 Constantinus ob hoc, qui magnus dicitur esse, ut
 Ambrosius Auctor est, Clavum unum quo Christus
 crucifixus est, fixo equi: Alimus galax infixi; Natis,
 addit Candanus, an religiosis, an Superstitiosis; sed
 tamen ad opinionum hominum multum pondus. et dicit
 ad Religionis Cultum hanc gravitatem sentire: Nihilque
 putam qui simplici ornate et aequo potentia sedunt
 Religionum, quae vix sic in hominibus manet, posse retineri:
 Unde illa tot Pontificis Ceremonia; proficiunt
 Antecidium Eucharistia; ipse in palma solennitatis
 defertur a Cardinalibus; Unde purpure amictus: Hoc
 Arcanus: tanta pompa. ⁺ hanc me h'ruit. Sui vera
 hujusce artis politica arcana; quae si tollas, Nihil
 inde deturmenti regnum pati posse: Itaque Principes
 omnes, Inquit Machiavellus, vel Republicae quae suam
 dominatorem diu conservare volunt incorruptam,
 prospicere in primis anni curae debent, ne, vel minimum
 Religiosa Ceremonia

De Religione Cap. 2. ^{uno} 405

Religionis Cerecmonia habe factantur: imo in in
summa veneratione semper habeantur, et quia
nulla est religio Cujus authoritas et vis omnia
non pendeat ab aliquo Statu gemati, quod illius quasi
fundamentum et anima est, sedulo caere debeant
Principes, omnes quique videlicet, secundum Religionem
suam, in hac Principia ac fundamenta intriqua semper
et incorrupta perseruent. Sic religiosi ac deuotos faciles
reddent populos, et Consequentur bonos, humiles ac
temeros. Punctis etiam rebus, quae religione
gratia sunt, fauere debent Principes, quamuis
falsas, con fictasque illas esse perspiciant, imo illas
augere debent: idque eo magis facere, quo prudentiores
sagaciores, et rerum naturalium peritiores sunt. quod
quia multi homines sapientissimi fecerunt, et quidem
seruissime, inde nata est illa miraculorum opinio,
quae in omnibus religionibus adeo celebrata fuisse,
tantumque Claruere, eo quod Principes prudentis, illa,
a quocumque fonte maneat, augent et amplificant:
Simulantesque ejusmodi rebus fidem sinceram
praestare, eorum authoritate reliquis hominibus
imponitur, et vere populi Credunt, quod Principes
tantum fingunt. Talia fuisse illa miraculorum,
Syllabarum, Anulorum, Faruspitum, et
Prophetarum figmenta, a quibus omnia
Religionum Cerecmonia, ritus et sacrificia pendeant:
templa etiam, vota, supplicationes, et alia ejusmodi
M.M.

Tractatus

Deuotionum portenta, ab illis originem ducebant, quae tamen omnia Divicijsun et Sacrosanctum Commenta fuisse, Conspicuum et manifestum est, quibusde populos in admirationem Conjiciebant, illosque in Summa Veneratione ac Religione detinebant. Sed Cum in haec de miraculis, oraculis, et aliis Mentionem incidimus, quae arti politica in Religione excogitata et introducta fuerit; quorsam fuerit eorum origo exponemus, ut melius de Religionum praecipuis fundamentis iudicetur.

Caput Tertium

In quo

De Oraculis, Sybillis, Prophetis
 et Miraculis in Religionibus
 Introductis agitur, quibus
 Religionum auctoritas esse politicae
 Insupra Ostenditur

Sic fabularum, mendaciorum, fraudum, Imposturarumque omnis generis et callidorum arti politicae arcanonum campum est vastissimum,

De Religione Cap. 3. ^{umb} 407

quo Religio sustinetur atque alitur: sine ejusmodi
Commentis, breui sane vilesceret: Ita et ea, propter quae
contumui debent, famam, auctoritatem pondusque
concedunt; et illa fidem apud omnes mendacis ipsis
Consequatur, quae omnia ~~Ammonium~~, ~~revelationum~~;
sacerdotum maximam ex parte signavit fuisse
Experientias, si ista ab origine repetantur. In
primum Oraculorum primordia revolvemus, quae
Hydronus talia fuisse scribit Dodonaeorum nempe ^{in Lybia}
in ~~Lybia~~ Ammonis, quae vetustissima Oracula, et
prima omnium, quorum videlicet ad nos memoria
perveniret, extitisse feruntur) Antistites Dodonaeorum,
thiqui illes, haec aiunt; geminas Thebis Aegyptiae
Columbae migrare adolavisse, utraque nigram,
unam quidem in Lybiam; alteram ad istas, quae
saepe jactant humanam vocem elocuta sa; eo loci
Jovis oraculum Condi debere, et se interpretatos esse,
quod ipsis annuntiaretur id esse divinitus, et ob id
se ita fecisse. Eam vero quae ad Lybias abiisset
Columbam, justites illis in Ammonis Oraculum
Conderent, quod et ipsum Jovis est. Ita referebant
Dodonaeorum sacerdotibus Cum assensu Cydonum
Dodonaeorum templo vicinorum. Alii dicunt haec
ipsae in Dodonaeo Nemore Aolo quaeque, ubi Jovis
templum erat responsa consulentibus dedisse; quarum
Altera Delphos, Altera vero in Jovis Ammonis
Templum volavit. et ambae ibi deinde responsa dedisse.

Tractatus

Alii arbores ipsae vocales fuisse aiunt, et
 consulenti bus oracula edere solitas, ab istorum
 Oraculorum exemplo, multa alia toto pene Orbe
 prodire oracula, pari figmento et arti non
 absimili. atque haec est Oraculorum origo, fama,
 veneratione, deuotione et Religione per tota Saecula
 Celebratissimum, quae principibus, populis ac
 nationibus futura responsis suis praedicebant. haec
 sunt ad quae tanta hominum multitudo religione
 et incta undique confluebat, quaeque tam diu omnium
 Credulitatem variis imposturis illufere. Fatendum
 profecto est nihil humanae menti quidquam hebetius
 esse, quae iam faciles decipi potuit ubi fraus morose
 fabulose, et diuinitatis absurdissime solum
 legebatur. Verum Religio in causa in qua Numini
 metu in plebem iudicium vim suam exerceat, praeter
 aliorum famam potius quam ratione haec cuncta
 Creduntur, ideoque non mirum est si apud omnes sine
 pro veris certisque Creduntur: maxima enim pars
 hominum famam et timorem percipiunt ea, potius quam
 ratione dijudicant. Itaque soli Philosophi has fraudes
 detegere possunt, quae in vulgore edere non erudent
 ob metum publicae potestatis quae semper patitur ut
 populus in deligiones decipiatur. quia etiam adulo
 prospicit ut sic fiat.

Sive domantia
 Sive domantia

Istorum porro Oraculorum fraus omnis a Luciano mirum
 in modum detecta et divulgata in, in fronte Alexandri

De Religione Cap. 3. ^{um} 409

Cujusdam impostoris narratione, qui se pro vate
venditabat, hanc autem narrationem hic apponere
non incongruum erit. Cum duo facinorosissimi et
immansi audaciâ præditi viri societatem jussissent,
Alexander nimirum, et alius nomine Cocconax,
facile perpenderunt hæc duo potissimum in vitâ
hominum Tyrannidem obtinere, Spem ac metum,
quo cum utroque si quis ad utilitatem
reverteretur, fore ut is illico ditesceret. Si quidem
Utrique juxta vel ei qui metum laboraret, vel
huic qui spe levaretur, videbant præscientiam
quam maxime necessariam esse, summeque
desiderari: atque hæc viâ Delphos fuisse olim
ditatos; factaque celebres: præterea Delum, clarum,
et Branchydæ: hominibus nimirum per hos
quos dixi tyrannorum, nempe spem et metum,
ad sacra confluentibus, ac futura prædicere
cupientibus, atque hujus gratiâ pecatombus
immolantibus, auroque dedicantibus Latere.
Hæc ubi intus se reversassem Alexander et Cocconax,
utroque ac citro agitantes, ritum ex oraculum ac
vaticinium Constituire: etiam si res ea
procesteret, sperabam se profinque divites atque
felices fore. Quod quidem negotium feliciter quam
initio speraveram illis successit, & quia ad tantum
tem hominibus crastis, superstitiosis et stolidis opus
esse Cognoscere, de Abono Daphlagonia oppido

Tractatus

Inter se Conuenerunt: hujus enim Provincia
 Populi adeo sunt stolidi ut si quis tantum
 apparuisset cribro, quod aiunt, uaticinans, illico
 perinde ut Caelum quempiam intueantur. Itaque
 primum ad Templum apollinis quod est in Chalcedone
 robustissimum profecti, ibi arceas de fodium tabellulas,
 qua dicerent breui admodum Esculapium una cum
 patre apolline in Pontum aduenturum atque Aboni
 Maro inhabitaturum. Ex tabella cum essent
 de industria reperta facile effecerunt ut hic
 rumor in omnem usque Bythiniam ac Pontum
 dimanaret, multo autem ante alios in Aboni-
 muros: nam hi protinus statuerant etiam
 Templum erigere, jamque fundamentis locum
 effoderant. in Chalcedone igitur relictae Decoras
 in Templo Apollinis, accipitua quaedam atque
 ambigua obliqua que Conscriptae responsa. Deinde
 mortem obiit, et in ejus locum subito Alexander
 accersitur, quia comatus jam Casarique
 promissa, et tunicam indute purpuram albo-
 intermixtam, supra eam ueste amictus candida
 pro diuino haberi caperat. Ubi multa Oracula
 composito facta edidit, qua illum diuinum
 predicarem. inter alia unum repertum est
 oraculum quasi Sybilla praediuinantis, uenturum
 sacerdotem quendam in Baphlagoniam qui
 mortalibus agrorum operum latentes esset. quod

De Religione Cap. 3^{um} 411

Oraculum congrue bar Cum Tabellis qua-
antia reperiunt fuerant. his itaque instructur
et praemunitur fallaciar, in Baphlagoniam
Suspiciunt et ornatu quodam bagico splendide
ornat: furore afflatum nonnunquam
adsimulabat, ore spumâ Completo, quod illi
facillimum erat, radice radice, qua est herba
lauandis Lanis ponea, commanducata: Rerotic
autem Baphlagoniar diuinum quiddam ac-
formidandum spumâ videbatur: Sed ut supra
dictionum Oraculorum fides euentu confirmaretur,
A Scylasium videlicet in Abonum aduenturum,
in quo Alexander ipse hunc commemorabatur,
hanc fabulam agit, quâ cunctos Baphlagoniar
delusit. Nocturne venit ad Templi super flosa
fundamenta, in quibus lutum et aqua
constititum: illic omnium antea excavatum deponi,
quod occultabat factum recens editum Serpentis
Cujusdam quem domi familiariter enutriebat. id
Cum alio demersisset in additâ luti cauerne,
discessit; Amane Cum in forum profuisset
nudus, subligari tantum deaurato circa pudenda
tectur, saltum suam gestans, illamque Ventillaus,
iaciansque Comam porum more qui a Cybele
Deorum matre afflatis conueniunt, ac Numine
rapiuntur, conscensâ sublimi quâpiam arâ
Concionabatur, Ciuitatem beatam esse predicantur

Tractatus

cam quæ Mox Deum palam esset ostidura
 mortali luce. Sono qui adorant (nam Concurrere
 vniuersa fere Ciuitate) rina cum mulieribus,
 senibus et pueris, admirabantur, ac vota
 facientes adorabant. At ille voces quasdam
 sonante incognitas, nihilque significantis,
 Cujus modi sum Hebraeorum aut Schemicum,
 attonitos eos reddebat, ut qui nihil intelligerent
 eorum quæ dicebat, nisi solum hoc quod
 Apollinum et Esculapium passim admiscebat;
 deinde ad præceptum Templum Curri, accedensque
 ad fundamenta effossa aquam ingreditur, magna
 voce laudes Apollinis et Esculapii cantans,
 trinitabat Deum voti felix in Ciuitatem
 adueniret. tum Sialam in Aquam immergens,
 rina cum aquâ lutoque Ouum illud Pauris
 in quo nimirum Deum illum concluserat. id cum
 manu cepisset affirmabat jam Esculapium
 sese tenere. Tutrim omnes stupidi de fixisque
 intuebantur oculis, admirantis Ouum in aquâ
 esse repositum. ille autem fracto ovo, Serpentis
 factum exclusum excepit, quem populus
 mouentim Conspiciens protinus exclamans
 Deum Consalutat, fortunatam Ciuitatem dicens
 Unus quisque autem vota certatim facit, opes,
 thesauros, prosperam valetudinem, aliaque id-
 genere flagitans ab eo bona. Va fer autem

De Religione, Cap. 3. ^{um} 413

Alexander domum Ser. L. Curtim abripuit, rñã secum asportante modo editum in lucem Asculapium, bis natum scilicet, cum semel duntaxat nascantur homines. propulsi autem omnis consequeretur, uniuersi Deo afflati, atque ob spes animo conceptas furore quasi Conrupti. Interea igitur Alexander se continebat domi, sperans fore id quod euenit, ut famã permoti Saphlagoes undique concurrerent. Ergo postquam rñã esse hominibz referta, ut iam redundaret, sed quibz omnibus iam tum Cerebrum, tum Cor exentum esset, nec prater figuram a pecudibz distaret: impostor ille, et prestigiator ostendebat serpentina illum Deum, quem ita effinxerat ut humanam speciem omnino referret, parato autem quodam simulachro ex linteis confecto, colorumque fucis mire adsimulato, quod pili equinis os et aperiret et clauderet, præterea in loco obscuro hoc monstrum ostendebatur, et in tanta hominum turbã ut alii supra alios humultuanti's ruerent: hoc astu effectum est. ut fraus non facillè detegi posset. Fama tandem huiusce rei per omnes adjacentium Prouinciarum part's perculgata, tempore esse perspexit, ut Cuius rei gratiã hæc omnia fuerant. hactenus excogitata, — Responsa nempe et oracula ab illo redderentur

Tractatus

futuræque prædicentur, exemplo Antiochi
 qui a prædicatoribus valem egerat, postquam
 patriam pulsus fuisset, et binos obolos pro
 singulis responsis accipiebat. Alexander
 simili modo diuitiis inhians, prædicatoribus
 qui aderant, Deum Serpentem Asculapium
 consulenti bus responsa daturum, diemque
 certum præstitit quo hujus negotii causam
 conuenirent. Russia autem ut quisque quod
 videretur, quod que maxime discere velle,
 id in libello conscriberet, eumque funiculis
 obuincum cerâ argillâue, aut simili re
 quapiam obsignaret, se vero receptis libellis,
 ex adytis per præconum ordine euocaturum
 eos qui tradidissent: dehinc ubi de singulis
 esset edoctus a Deo libellos redditurum
 obsignatorum eo modo quo traditi fuissent, et
 subscripto illius responsis pro cuiusque
 argumento, Deo nimirum respondentis quacunque
 de re quis esset sciscitatus. Erat sane hic dolus
 rudis emunctæ naris nominibus, sed idiotis prodigiosum
 sane et incredibile quiddam id esse videbatur. Enim
 cum varias esset Alexander commentus Arturæ,
 quibus signa tollerentur, que quisque sciscitabatur
 ea legebat, atque ita que viderentur ad interrogata
 respondebat, deinde rursus obsignata reddebat, non
 sine summâ admiratione eorum qui recipiebant: non

De Religione, Cap. 3.^{um} 415

enim existimabam fieri posse, et iis qua tam bene essent ob signata, adeo precise responderetur nisi a Deo, cui omnia perfecta et manifestata sunt. Reddebat igitur oracula, futuraque hoc modo illi predicabat, ingenio et Arte rem probabiliorum reddende, dum aliis obliqua quadam et ambigua responderet ad ea qua proponebantur; aliis penitus obscura, quando quidem et hoc oraculo conuenire iudicabat. Alios timore deterrabat, alios adhortabatur prout sibi magis conducere coniectasset; Nonnullis remedia morborum vitæque rationes præscribebat, Cum scires complura atque efficacia Pharmaca, Dono spes, renunquæ successus et incrementa, neque non hereditatum obtenturæ semper in aliud tempus rejiciebat, illud inuicem addende, Cuncta hæc tunc obtingent cum mihi placuerit, Cum que vates meus Alexander me rogabit, proque vobis vota faciet, demique merces erat responso unicuique præstituta. Dracma Cum duobus obolis, nec hic quæstus hinc pusillus, quam ~~videtur~~, Cum in annos singulos ad septuaginta aut octoginta millia redierit: usque adeo responsoꝝ et oraculoꝝ avidis insatiabilibus que hominibus, et singuli supra decem aut quindecim rogationes præderent. Cæterum hæc thesauris congregandis, et tanto negotio solus Alexander non sufficeret;

416 *Tractatus*

plures alios sibi adjungebat comites, adjuutores et
Ministros, qui sciscitarentur, qui verbis oracula
Conderent, qui responsa seruariant, qui subscriberent,
qui obsequarent, qui interpretarentur, quorum
unicuique pro dignitate et merito lucrum
impertiebat. ad hoc nonnullos foras et in longinquas
regiones mittebat, qui famam ejus oraculi intru-
gentis disseminarent affirmantes ipsum etiam
predicare, reuocareque fugiuos, fures et praedoneos
iudicare, thesauros effodiendos ostendere, morbove
laborantibus medari, quosdam etiam vitam functos in
vitam reuocare. Concurrebatur igitur undequaque
ad illud Oraculum, sacrificabatur, munera dabantur,
eaque duplicata propheta Dei, jam enim tale
quoddam exierat Oraculum.

Muneribus decorati meum vatium atque ministerium
Incipio, nec opum mihi cura, ac maxima Vatis.

Venim vbi plerique jam quibus plusculum mentis iuuat,
tanquam ex profunda ebrietate resipiscuntis, praesertim
illi qui Epicuri Sectatores erant, vniuersam hanc
praestigiam tuam, fictumque fabula apparatus
deprehendissent, et in illum conspirassent,
horrendum quiddam in eos edidit Alexander, dicens
impiis et Christianis Sontum impleri, qui non
reuerentur in se se turpissime maledicere: populo
hustie eos lapidibus pellerent, si modo Vellent Deum
habere propitium. Cum Epicureis sauum et
irreconciliabile erat.

De Religione. Cap. 3.^{um} 417

Irreconciliabile erat bellum, quippe hæc omnia
oracula ridicula, fabulosa, ac tantum ludicra
ducerent: ideoque certas Sacrorum Ceremonias, et
initiationes quasdam instituat, quæ antiquam
peragerentur, denuntiabat, nequis impius, Christianus,
aut Epicureus, Sacrorum explorator accederet. Sed si
quis esset prostratus discederet: tum illo præcuncti
universa multitudo acclamabat, foras pellantur
Christiani, foras Epicurei, Sic Oraculi sui famam
et auctoritatem vulgi solidavit, habatur aduentus
Sapientis, hujus autem Oraculi fama in Italiam
romanam, et in ipsam Romanam. Nam vero
nullus erat qui non alios avertente suaderet,
dum hi ad illud ipsi proficiscuntur: alii mittunt, sed
qui mittebantur, erant ut plurimum leni, indocti
et indocti, qui facile decepti domum redibant, referentis
partim quæ viderant, partim tanquam viderent
audissent quæ, permutata insuper accumulanti,
et ex se se effingentis, ut dominis suis fierent
Commendatiores: qui vicissim cunctis aliis, haud
dissimili modo, ipsi narrabant: Sic omnes fabulis
et mendaciis delusi, tanquam vera tamen ista
accipiebant, et urbem Oraculi famam complebant.
Porro Alexander adveniens comitis excipiebat,
muneribusque donatos remittebat, eo Consilio, ut
non solum renunciarent oracula, verum etiam
Dei Laudes canerent, ac portantota quadam de Oraculo

N.N.

Practarus

de que ipso mentirentur; Exploratores item ex
sua conjuratione quam plurimos Roma constituerat,
quæ sibi, quæ quisque menti esset, judicarent, ac
prius quam Oraculum adissent, illi significantis
quid essent percunctaturi, quidque potissimum
Cupere viderentur, ut priusquam ipsi aduenissent
ij qui mittebantur, ille jam ad respondendum
instructus ac paratus esset. his et aliis
Ejusmodi Artibus impostor ille hominum mentes
in admiratione et oraculi sui Veneratione
delusas retinebat.

Pætra quæ unquam in Mundo existere Oracula
non alia fuisse ac diuenta ab hoc Cujus
fraudes Lucianus hic retigit. huic etiam addi-
possunt fraudes sacerdotum Bæli Bæli, qui cibos
illi appositos occultè auferrebant, et Regi
Credulique populis persuadebam hos ab eo
manducari, ut narratur in Danièle, ex quibus,
omnia, quæcumque illa sint, Oracula, Prophetias,
Syllinæ responsa sacerdotum esse Commenta,
Inuestigatorumque imposturas æstimari potest. —
Quidam tamen ista ad causas naturales referre
Conantur, et Blutauctus hujuscensententia esse
videtur, et oracula vere edita esse censet ab hominibus
furore quodam Concitatis, quorum futura prædicendi-
rim ac potestatem in hinc exhalationes trans ferri.
Cujus rei rationem hanc adducit Dodanus, ut ex

Cap. Ultim.

²
lib. 6. cur.
sta. c. 22.
cap. 27.

³
lib. 1. di. 2. r. t.
var. cap. 62.

De Religione Cap. 3.^{um} 419

Uino impetus intus, ita ex Lemâ exhalatio
animum circumferre, ut ex duobus, motus ille
fiat, naturali et ipsius vaporis. Circumferitur
igitur animus ex his duobus motibus, ut divina
prædicet. Impetus is Vaporis Si Validior Sit,
et in Caemina offerenda, et in futura
prædicenda animum impellit: Si vero impetue
minor Sit, solutam orationem solum proferre
Cogit, verum quod Vapor prædicere Cogat,
caemina etiam Condere, hæud absurdum esse, idem
Plutarchus affirmat: Nam et vinum talia
afficit, cum vapore suo Cerebrum occupante,
mentem adeo mouet, ut secreta etiam reticere
cogat, illamque furore quodam diuino implet:
hunc enim omni prudentiâ amotâ, quæ diuina
illis inspirationibus maxime est. Contraria,
animus in flammatus Concitatusque, timorem
omnem abjicit, cui addi potest Siccitatem cum
Calore in exhalatione misceri, mentemque hæc
ratione subtiliorem et penitus igneam reddi. Censeo
idem Plutarchus vim istam diuinatricem ab
exhalationibus hęc procedentem, tandem Senescere,
et alterationibus variisque mutationibus cessare,
nam exhalationes illæ vel aquarum rapidiorum
torrentibus auferuntur, vel tonitruis dissipantur
et etiam motibus opprimuntur, autis, in quibus
Conclusæ erant Cumulatis, Aeris alterationibus

Tractatus

istae exhalationes omnino consumi, testatur id quod in Civitate Orchomene olim accidisse fertur, ubi Tyresia Oraculum famosissimum penitus obmutuit post vehementem pestem, cujus lues majorem hominum partem occiderat.

loco codicis

Supra citatus Pandanus praeter vim istam Librae qua mentem agitabat, ad vim etiam Caelorum Oracula Sythiae retulit. Autro, inquit ille, et virgini (nam virgo futura erat) Venens Cum sole atque Saturno vis dominabatur; unde et veridica Vaticinamina Oracula solebant edere. Ista fit Cum vis esset Caelis, ut mutata Virgine, veritas major vel minor in oraculis reperiretur: et mutatis etiam temporibus, ut vis illa conveniret. eadem quoque Virgo ex diversa astronomi Constitutione, variam in oraculis edendis claritatem, veritatem, et elegantiam Praesentiae ostenderet. Venerei igitur astri apte collocati, haec vis fuit, et ut melius collocabatur in Virginitatis geniti et in antri juitio, ita omnia rectius succedebant. Componebatur igitur Oraculum oribus, ut Librae qua agitabat mentem, ut caelesti in puella, et ut caelesti in Autro. Cum enim in penitione antri ingrediebatur, vapor ille in extasim deducebat vigilantem. Aus extasis vigilans etiam si Casu Contingat, diversa ostendit: quae in Sythia ab astro in veritatem et ea quae futura

De Religione Cap. 3^{um}.

421

erant, dirigebantur.

Hæc sunt quæ ad huc Oracula dicuntur: quæ et si vera essent, cum ad causas istas naturales referantur, non majori veneratione quam Cætera nature imperio contingentiæ, protequenda videntur. Verum tamen, ab eis, ut vera sint, cum ne Verisimilia quidem a gravissimis auctoribus existimata unquam fuerint: et Blætauchi rationes, hæc mendacia astruuntur, eorum argumentis recte profecto impugnari possunt. Ciceronis auctoritati potissimum illas destruemus. Cur, inquit ille, ea quæ olim Delphis oracula edicere solent, isto modo nunc non eduntur? non modo nostræ ætati, sed jam diu, jam et nihil posse esse Contrarytude? Hæc loco cum argueretur aduertari, euanescente, aient vetustate vim loci illius, unde anhelitus isti hærere fieret, quo Bythia menti incitata, oracula ederet, de vino aut Salsamento potius loqui, quæ euanescent vetustate. De vi loci agitur, neque solum naturali, sed etiam diuinâ, quæ quo tandem modo euaniat? Vetustate inquit. Sed quæ vetustas est, quæ vim diuinam conficere possit? quid tam diuinum quam afflatus ex hæræ mentem ita mouens, ut ea non modo cernat multo ante, sed etiam numero verbaque pronunciet? quando autem ista vis euaniat? an postquam homines minus creduli esse ceperunt? Demosthenes quidem qui ab hinc annos quadringentos

lib. 2. d.
diu?

Tractatus

fuit, Nam tum φιλίππειν Dystnam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere, hoc autem co-
spectabat, ut eam a Philippo corruptam diceret, quo licet existimare in aliis quoque Oraculis Delphicis, aliquid non Sinceri fuisse. Sed nescio quomodo isti Philosophi Superstitiosi, (Stoici Nempe) et poene fanatici, quidvis malle videntur quam se non inextos, evanuisse malunt, et extinctum fuisse id, quod si unquam fuisset, certi atroxnum esset: quam ea, quae non sum credenda, non credere.

Boetius etiam in Phutavcho, negat omnino ista oracula, et tanquam falsa penitus rejicit, contuditq. futura quaedam praedici casu tantum et fortuna, quae ejusmodi eventuum arti fex est idonea; innumerabiles enim praedictiones fortuito, et absque consilio collo editas, et quasi in aerem projectas, difficile in individuum aliquam earum ad exitum non perducere. Sic Sybilla in finitimum rerum, effectuum et accidentium omnis generis verba quaedam projecit, tanquam in profundum vastumque aliquod mare, absque Consilio, aut Conjectura ulla, iudicio-ue. haec autem penitus falsa sunt eo temporis momento quo edita sunt, et si aliqua eorum deinde effectum sortiantur, haud secus ac vera futura sunt, cum fortuito aliqua eorum contingunt.

De Religione Cap. 3. ^{umb}

423

Itaque Sybilla, Prophetæ, Atridi, et alii
ejusmodi futuri conjectores, eodem ordine quo
Oracula reponendi sunt, et æque æstimandi.
Aristoteles hæc omnes non divino, ut inquit, ¹ *Stoll. Sect.*
afflari Spiritu, sed ex Calida atvabili sic dispo- *30.*
nial. Multi, inquit ille, propterea quod calor ille
Sedi mentis in vicino est, morbis vesania
implicantur, aut instinctu Lymphatico infomesunt,
ex quo Sybilla efficiuntur et Baccha, et omnes
qui divino Invaculo instigari Creduntur, Cum
Scilicet id naturali intempore accidit. ¹ *Idem*
alibi, illud impellit, homines, inquit, ut fidem *in lib. de*
ejusmodi rei arrogent, quod idoneam nullam penitus *proas. quæ*
vident Causam, unde illa proficiatur divinatio. *Somn.*
At quidem judicare Deum esse qui fundat et imitat,
præter id quod nullâ ratione talis assertio sustinetur,
insultum quoque est ut non optimis, et idemque
prudenter nimis suppeditatur, sed de populo quibus-
cunque et despicata fortuna hominibus. Venim hæc
sublatâ causâ, quæ ad Deum refertur, nulla alia
omnino apparebit. ¹ *Idem*
Idem divinationes per *Idem*
insomnia et Prophetias irides, et inquit. Cum de
Bacchæ, inquit ille, etiam quaedam somniant, judicare
debemus, somnia a Deo non suppeditari, nec illius causa
fieri. Quæ sane res eo patitur argumento, quod infimo loco
homines Nullo Deo auctore, futura prospicere atque
Ariolari Consueverint: Nihil enim quicquam natura jamulæ

Tractatus

Et melancholicus est, ita multiplici visionum genere tenetur. Cum enim multiplici visionum agitatione exerceantur, tum feliciter assequuntur: quales non nulli sunt qui partiendo tandem parva arripiunt, ut etiam illud in adagi consuetudinem veniens, si multa loquas, modo hoc, modo illud eris, Ita de his quae ad multam tensionem aspiciunt, decernendum est.

lib. 2. de
Divina?

Cicero quoque ista omnia Sybillinarum divinationum absurda haud distincti modo impugnat et destruit. Quid habes, inquit ille, auctoritatis furor iste quem divinum vocant, ut, quae sapiens non videat, ea videat insanus? et is qui humanas sentit amittit divinas sit assecutus? Sybilla virtute observamus, quos illa furem fuisse dicitur, quorum interpretes nuper falsa quaedam hominum fama dicitur in senatu, putabatur, cum quem re vera Regem habebamus, appellandum quoque esse Regem, si salvi esse vellemus. hoc si est in libro, id, quod hominem, aut in quod tempus? Callide enim qui illa componit, perficit, ut quodcumque accidisset, praedictum videretur hominum et temporum definitione sublata, adhibuit etiam Latineam obscuritatis, ut idem Virgilio alias in, aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud Cuius furentis, cum ipsum poema declarat (est enim magis artis et diligentiae quam incitationis et motus) cum vero ea quae Aeschylus dicitur, cum deinceps ex primis Virgilio libris aliquid connectitur, id certe magis est attentum animi, quam furentis.

De Religione Cap. 3. ¹¹¹¹ 425

Namque in Sybillinis versibus, ex primo versu
cujusque Sententia primis litteris illius Sententia
cauimen omnes praestititur. Hoc scriptoris est, Non
surrentis: adhibentis diligentiam, non insani. Num
igitur nos cogent fabulis istis Credere? quae
delectationis habeant quantum volēs, verbis, Sententiis,
numeris, cantibus adiuuentur: auctoritatem quidem
nullam debemus nec fidem commentitiis rebus
adungere.

De praedictionibus autem per insomnias, quibus
Propheta olim, et Arioli animos decipiebant, et
Credulis imponebant, non est maior apud
Ciceronem aestimatio. Haec enim sicut et Cassius
diuinationes inuictis argumentis refellit, ac destruit.
Sive animi, inquit ille, per semet ipsos in
dormiendo moueantur: sive, ut Democritus Constat,
externa et aduentitia visione pulsentur, videri
possunt per multa somniantibus falsa pro veris:
nam nauigantibus moueri videntur ea quae sunt:
et quodam obitu oculorum duo pro uno, lucernae
lumina, quid dicam insani, quid ebriis quam
multa videntur? quod si ejusmodi Vis
Credendum non est, cur somniis credatur, nescis?
nam tam licet de his erroribus, si velis, quam
de somniis disputare, et ea quae sunt, si moueri
videantur, terrae motum significare dicas, aut fugam
repentinam aliquam, gemino autem lucernae lumine,

Tractatus

declarari dissentionem, ac seditioem moueri. Nam
 ex insanorum aut ebriorum visis innumera bilis
 conjecturâ trahi possunt, quæ futura videantur: quis
 est enim qui totum diem Taculanæ: non aliquando
 collat. Totas noctes Somniamus: neque vlla fore
 est, quâ non dormiamus; et miramur id quod
 Somniamus euadere. quid est tam innocuum quam
 talonum iactus, tamen nemo est quin saepe, iactandi,
 Venereum aliquando jaciât, non nunquam etiam jñnum,
 ac hircum. Num igitur, re jnepti, Venereis id fieri
 impulsu malumus quam casu. quod si Extrix
 Temporibus, falsis visis, credendum non est; Non
 video quid præcipui Somnus habeat in quo valeant
 falsa pro veris. et si insanorum visis fides non
 est adhibenda, quod falsa sum. Cur Credatur
 Somniantium visis, quæ multo etiam perturbatiora sunt,
 non intelligi. An quod Sani sua visis conjecturi Non
 narrent, narrent qui Somniant. Breuiter aut
 diuina vis quædam Consultor nobis, Somniorum facit
 significationes: aut Coniectores ex quâdam conuenientia
 et Coniunctione naturæ, quam Sympathiam vocant,
 quid Cuique rei conueniat ex Somniis et quid quamque
 rem sequatur, intelligunt: aut eorum neutrum est,
 sed quædam observatio constans atque diuina. Et,
 Cum quid visum secundum quietem sit, quid euenire
 aut quid sequi soleat. Primum igitur intelligendum
 est nullam vim esse diuinam affectivam Somniorum.

De Religione Cap. 3. ^{um} 427

Aque illud quidem perspicuum est, nulla visa
Somniorum proficisci a numine Deorum, Nostram
enim causam Deum id facerent, ut prouideret futura
possemus. Quomodo igitur est quisque qui Somnia
pareat? qui intelligat? qui meminerit? quam multi
toto qui contemnunt, eamque Superstitionem
imbecillis animi atque stulti putant. quid est igitur,
Cur his hominibus consulendi Deus, Somniis moueat
eos, qui illa non modo curant, sed ne memoria quidem
digna ducant? nec enim ignorare potest Deus, quam
menti quisque sit: nec frustra ac sine causa quid
facere, Deo dignum est. Ita si plerumque Somnia aut
ignorantur aut negliguntur, aut nescit hoc Deus,
aut frustra Somniorum Significationes Utitur:
sed horum neutrum in Deum cadit: nihil igitur
a Deo Somniis Significari fatendum est. illud
etiam requiro, Cur si Deus ista visis nobis
prouidendi causa dat, non vigilantibus potius
dat, quam dormientibus? Sive enim extimus et
aduentitius pulset animos dormientium
Commovent, sive per se ipsi animi mouentur,
sive quae causa alia est, cur secundum quietem
aliquid videre, audire, agere, videamur: eadem
causa vigilantibus esse potest. idque si
nostra causa secundum quietem Deum facerent:
vigilantibus idem facerent, praesertim cum
multo clariora et certiora sint, quae videantur

Tractatus

Vigilantibus, quam quæ Somniantibus. fuit
 igitur diuinâ beneficentiâ dignius cum nobis
 Consulere, clariora visa dare vigilantibus, quam
 obscuriora per Somnium. quod quoniam non fit,
 Somnia diuina putanda non sunt. Nam vero
 quid opus est circuitione, et an fractu, ut sit
 rotandum interpretibus Somnionum, potius quam
 Deus directo. Si quidem nobis Consulere, diceret
 hoc facito, hoc ne feceris. idque vitium potius
 vigilantibus daret, quam dormientibus. iam vero quis
 dicere audeat omnia Somnia esse vera? At, si
 quaedam tantum vera, quaedam falsa sunt; vera
 autem a Deo mittuntur; falsa unde nascuntur?
 Nam si ea quoque diuina, quid inconstans Deo?
 quid inscius autem est, quam mentis mortalium
 falsis et mendacibus visis concitare? An vera
 visa diuina sunt, falsa autem et inanimata humana,
 quæ est ista designandi licentiâ, ut hoc Deus, hoc
 natura fecerit potius, quam aut omnia Deus, aut
 omnia natura. probabilius ne est Deus concupere
 omnium mortalium qui vbi que sunt, non modo
 Lectos, verum etiam grabatos, et cum stridentibus
 aliquos tenderent, objicere visis quaedam obscura
 et tortuosa, quæ illi exhibiti. Sino ad conjecturam
 manere deferant: An naturâ fieri: ~~et~~ mobilitate
 agitata animus, quod vigilantibus videre, dormientibus
 videre videatur. Verum philosophiâ dignius sagarum
 Suppositiones ista

De Religione Cap. 3 ¹¹¹² 429

Suppositione ista interpretari, an explanatione
naturæ. ut si jam fieri possit conjectura vera
Somniorum, tamen isti qui profitantur, eam facere
non possunt: ex leuissimo enim et indoctissimo
genere Constant. Nihilur nulla diuinaris est, quæ
Somnia mittat, prædictionesque officias. Per
Sympasiam autem prædictiones fieri posse a
Medicis, fatendum est: illi enim signa quædam
habent ex Venis, et ex spiritu ægroti, multique
ex aliis quibus futura præsentunt. gubernatores
Cum exsultantibus Soligines viderint, aut
Delphinas, se in portum conijcientis impetum
significari putant. hæc, rationes explicari et ad
naturam reuocari possunt: ea vero quæ Somnia de
portanduntur, nullo modo. Ad observatio diuina,
Hæc enim pars restat, et notandis rebus fieri autem:
An tandem Somnia obseruari possunt? quomodo?
Sunt enim innumerabiles varietatis, nihil tam
prepostere, tam inconditè, tam monstruose cogitari
possunt, quod non possintur Somniare. quomodo
igitur hæc infinita, et semper noua, aut
memoria complexi, aut obseruando notare
possintur? quomodo etiam distingui possunt vera
Somnia a falsis, cum eadem et aliter aliter
euadant, et ipsæ non semper eodem modo? Et
michi mirum videatur, cum mendaci homini,
ne verum quidem dicenti credere soleamus

430 *Tractatus*

Quomodo isti si Somnium verum evasit aliquod, non ex multis potius vni fidem derogant, quam ex uno innumeralia confirmant. Si igitur neque Deus est effector Somniorum, neque naturæ Societas ulla in eum Somniis, neque observatione inveniri potius Scientia, effectum est ut nihil proinde Somniis tribuendum sit: præsertim cum nihil ipsi qui ea vident, nihil diuinent: ij qui interpretantur conjecturam adhibeant, non naturam: Quæ autem innumeralibus pæne sæculis in omnibus plura mirabilia, quam in Somniorum visis effecerit neque Conjectura quæ in varias partes duci potest, non nunquam etiam in contrarias, quidquam fincerius. Explodatur ergo hæc quoque Somniorum diuinitas pariter cum Cæcis: nam, ut vere loquamur, Superstitio fusa per gentis oppressæ fore omnium animoræ, atque hominum imbecillitatem occupavit.

Igitur ex supra Citatis auctoritatibus patet neque prædictiones et diuinationes per Aristos et conjectores, neque ipsa Oracula, Sybillæ ac Prophetæ ulliuræ esse momenti, nec quidquam in se nisi multum vanitatis, fraudis et Superstitutionis habere, quibus sola plebs indocta credere et decipi potuit: Sapientis autem, nullo modo: Isti enim cum perspicerent hæc

De Religione, Cap. 3.^{um} 431

omnia fabulas esse, sacerdotumque illusiones, *U-*
ait Vaninus, ad Laudis et Lucri aucupium, —
Principumque signenta ad Plebem metu, superari Numinis
in Senitio detinendam, nullo modo istis fidem praestabant:
et ipsi quoque indocti credere tandem desierunt, postquam
has sacerdotum deceptiones delixerunt, *U. Cardanus de*
Oraculis loquens his verbis innuit, forsitan Pythia
Conseruerat, dixi enim, ut homines, licet, Serius, ad
motum illam tendere. Supplentis vero Sacerdotum,
Malum mala fraude addidere. Emanauit rumor et
illos corrumpi pecuniis, gratia, et auctoritate Virorum,
ac Regum potentia: Unde de seri Caperunt, postquam
incommodi et damni plura afferrent, quam Utilitatis. Cum
Verò, pergit ille, esse desierint, ante Pharsalicum praeliū,
non est ut defectus eorum ad Christi natiuitatem
transferatur, Nam et post Christum dedere responsa,
et ante illum deseri Caperunt, et jam temporibus Birthi,
et Caesariibus in solutam orationem transieret, ut jam
degenere non parum a illo Pythii Videretur. Ergo
Certum est, non a Deo Oracula fundi, sed hunc ex
Sacerdotum fraude, Cum ex Causa naturali ea
processisse. Unde etiam frater Bartolomaeus Monopolitanus,
ethenicus de Aetia Theologi Scripserunt, ut refert
Campanella, Catharinam Senensem, at Pythiam, non
diuinitus, sed ex fatigato phantasia diuinasse.
De Miraculis in Religionibus tantopere Celebratis,
par exitus ratio. Ea enim aut ad causas naturales

U. dial.
cap. 55.^o

U. lib. de diuinit.
no. 1. q. 1.^a

lib. 5. d. 20. 7.
22. cap. 81

referre necesse est, aut ad fraudes, sacerdotumque
deceptiones; sed praesertim ad has: miracula, inquit
Cardanus, huius causis confinguntur, et difficillime
falsa a veris sejungantur: primum quidem avaritia
sacerdotum. certatim quoque ob ambitionem. Ut, cum
dolo colentis jactarent se: Iudaei ex aduerso majorem
proferbant: multo vero magis in Christiana, quod
haec fides potissimum his iuratur: neque enim
regna habebat, quibus se lucratur, ob id adeo
abundant eis, et tanquam seges sub inutilibus
herbis, quae verissima sunt latrant, quaedam ficta
sunt ad excusationem. * Nam ille, miracula, inquit,
contingere nemini dubium esse debet; cum in
singulis legibus aliqua videantur: tamen si
pleraque sint commenta dolique hominum. Quae
enim fiunt videnturque miracula, alia quidem,
dolo fiunt, et pleraque: alia quae fieri possunt,
non tamen fieri posse naturaliter videntur, de quibus
dubium non est. alia quae omnino fieri nequeunt,
contra quae abunde disputatum est a Peripateticis
a quibus vero fiunt, denuo lis est: quorumdam
tamen constantis causa est; haec autem trium sunt
generum: alia ab abditis causis naturae: alia a
sensuum perturbatione: alia a vi animae et
consilio hominis. * miracula fieri dicuntur
Cardanus, in his maxime qui fortuito laeduntur, in
Vulneratis, submersis, cadentibus, ictibus serpentium,

De Religione Cap. 3. ¹¹¹² 433

morbis hinc Canum rabidorum, et aliis non sponti-
venientibus morbis, aut judicio damnatis, aut
si res ipsa pereat furto, vel naufragio, in
quibus quod contingant miracula, multae causa
esse possunt. Prima, quoniam multa primo
occurtu nos praestant, quae reabsumptae
rationali, naturae sola duces restituntur. Deinde
quod in his parum discrimen exiguaeque ree
magnorum errorum, et varietatis eventuum
Causa sunt: quae omnia in religionem
referuntur. praeterea repentino adventu percussit
animus in his facile decipitur: non ita, in
praemeditatis. magnas etiam hae Cum sint, et ad
Religionem referantur: in eis enim illa omnem
locum occupat: Dei metu: sunt autem magnas,
quia repenti eveniunt, videnturque ita Dei contigisse,
et ob id etiam auxilium expectare, unde periculi
causa ortum duxisse creditur. demum fides
major est in his, ubi nullum speratur auxilium
aliud, quoniam supra naturam, non solum
humanae vires esse creditur. fides autem et
Corpora unidas, et Superioribus mentibus animum
Conjungit, ut videatur miraculum vere fieri in-
talibus potes: Natura quoque, alioquin inhyra,
multa Corpora sanat, Cum in sponti aegrotantibus
nihil sit prorsus sanum, videntur quoque ex
Astrorum influxibus talia fieri, illis autem vir-

Tractatus

Unquam accidit ut multa non immisceantur, adeo ut nihil tale sine magnâ mixtione contingat. pleraque autem miracula in iustis promulgationis Legum, et in constitutione magnorum imperiorum, et anti maximas res, aut contingunt punitionibus causis, nobisque obscuris, sed natura illustribus: aut finguntur, ut non culpa et opera hominum, sed Dei voluntati accidisse credantur. quæ ut videantur, aut videre se existiment hœs, potæpe contingunt causis supradictis. Certe ubi Lex renovatur, aliquid majus humano Consilio affulget. Multa tamen ex hinc, Sacerdotum testimonio habita sunt, quorum proprium est mentiri. *

lib. de incant.
cap. 6. 697. 89

Somponatius etiam ad causas naturales, vel ad Sacerdotum Deceptiones cuncta miracula refert. Et dicit, secundum quosdam quos ponit modos, ex Seripaticorum doctrinâ, in lege Moysi et Christi nulla esse miracula, quamvis hæc Leges, potissima nomina et fundamenta a miraculis sumant. nam quæ in veteri lege et in Exodo dicuntur de stupendis per Moysen factis Coram Pharaone potunt referri ad experientiam Philosophiæ naturalis et Astronomiæ quam habuerit, (veluti etiam nunc quidam existimant de eo) et nihil veteri videtur, ut magi Pharaonice qui, eadem quæ Moyses, faciebant, habuerint.

De Religione Cap. 3^{um} 435

Consimiliter per scientiam, præterea quod Elias
de quo 3^o Regum Cap. 18^o legitur excitasse
a mortuis filium viduæ; Et Elizæus de quo
etiam 4^o Regum Cap. 4^o legitur consimiliter
fecisse de filio prophete ex præcibude uxoris,
dicemus hæc non fuisse vera miracula, non
enim enim mortui, aut Elias et Elizæus fecerunt
eos reviviscere, sicut multa alia medicamenta
possunt Consimilia facere. Item dici potest de
gestis per Christum et Apostolos, non enim
videtur Contra naturam quod Umbra petri Sancti
Languores, quoniam possit reduci in causam
naturalem; Consimiliter quod ad imprecationem
Betræ Ananias cum uxore Saphira moriatur, non
est ultra Vel supra naturam; quoniam quidem
ad sibilum Reguli, sive basilici animalis
jactantur, et homines imprecantes ex dirâ et
vehementi imaginatiâ venenum expirant.
naturaliter etiam passio Christi potest figurari
in Cordibus humanis: et sic quæ dicuntur de sanctâ
Catharinâ Senensi, et de quibus aliis sanctis mulieribus,
non erit ex divino miraculo, et consequenter dici
potest beatum Franciscum ex miraculo non
habuisse, (si modo habuit) Stigmata Salvatoris
nostri, quoniam si ex fixâ mulieris Cœcitate
imaginatione, factum secundum Stigmata potest

Assimilari realiter, rei imaginatae: et in
 muliere pregnantis, V. g. malum granatum, fetus
 habet Stigmata mali granati. & ex imaginatione
 Leprosae, innascitur Leprosae. Cur igitur et in Conde
 et in reliquis membris talia Stigmata fingi non
 possent? certi non dispar videtur ratio, ex Notis
 quoque non sanantur homines miraculo sed ex
 Vehementi imaginatione et Consideratione
 infirmi habitae de medico. quantum vero ad illud,
 quod Statius Sudauius, Sanguinis guttas
 emanauerint, Lachrymas emisserint et solum
 mutauerint. haec omnia sunt hominum et
 sacerdotum deceptiones, Veluti Albertus, 2.
 mineralium, saepe commemorat, et admonet:
 et nos vere scimus temporibus nostris haec
 aliquando contigisse. Idem Albertus, ut videm
 Symponatiuae refer, ea omnia quae miracula
 dicuntur, cuidam naturali dispositioni, et Corporum
 Celestium influxu praestare, acerbis: veluti sunt,
 mortuos resurgere, mari impurare, Sanctorum
 Reliquiarum virtus, orationum vi quae petimus
 obtinere, et quam plurima alia, et praedicunt
 Astrologi homines nascituros qui talia facere
 possint. quare videntur fieri in virtute Calorum
 venim haec non esse communicanda Vulgaribus dicitur
 quoniam horum arcanorum non sunt capaces.

Somp.
 lib. 10.
 cap. 10.

De Religione Cap. 3. ^{uno} 437

Cauendum esse etiam cum imperitis Sacerdotibus
de his habere sermonem, quia multos pph-
fuerunt a vrbibus expulsi, aut incarcerati,
aut lapidibuz et ultimo supplicio afflicti, et sic
prophr beneficium tulerunt supplicium.

Bodinus ad magiam quoque, siue maus ad
Causas naturales prodigia et miracula Christi
refert. et dicit ab eo nulla esse edita, quin Amon
Magus, Apollonius Thianus, et innumera libe
alii eadem fecerint, imo multo plura. quid enim
Sortilegi non moluntur. quid Saganum turba
non facit. Cujus tam perspicaces oculos non
prastringit. Hic sunt Magi Pharaonis,
Orpheus, Iesthe Medea, Circe, Cleomedes, Astypaleus,
Apollonius Thyanus in primis, tanta
prodigionum varietate mirabili exitu, ut veteres
illum non modo ipsi Christo, verum etiam oibuz
paganorum Diis longe ante ferunt. Hi enim
dicitur complures a mortuis excitauisse, morboze
populare seduiste, saepe moribundos curauisse,
saepius futura praedixisse, saepissime Daimones
sui praesentia fugauisse, et alia id genus quae a
Christo facta fuisse praedicantur, quantum ad
miraculum Transmutationis aquae in Vinum,
quod maximum existimatur, a pura Causa
naturali proficisci arbitratu, idem author, et
dicit saepissime ex acidi similitudine Vinum formis,

lib. 6. de nat.
Sub. auca
manusc.

Tractatus

Colore, sapore, odore Thyanaeum elicuisse.
 Et profecto permulta et varia fici naturae
 viribus dicuntur miracula, quae a Deo manare
 falso praedicantur. *Silvius* multorum meminisse
 qui vim et potentiam herbarum curiose indagati,
 mirabilia ediderunt. *Pythagoram* primum de
 earum effectum volumen composuisse dicit, *Apollini*
Esculapioque, et in totum Deis immortalibus
 inventionem et originem assignatam: idemque *Democritum*
 fecisse, Ambo peragratis *Perfidis*, *Arabiae*, *Aethiopiae*,
Aegyptique *Magis*: adeoque ad haec aeternam
 antiquitatem fuisse, ut affirmaret, etiam, dictu
 incredulitate: Et *Xantum* historicarum auctorem in
 prima eorum tradere occisum draconis Catulum
 reuocatum ad vitam a parente herba, quam *balin*
 nominat, eademque *Thilonem*, quem draco occiderat
 restitutum salutem. *Tubam* item in *Arabia* herba
 reuocatum ad vitam hominem tradere. Dixisse etiam
Democritum et *Credidisse Theophrastum*, esse herbam
 cuius contactu illatae ab alio quodam, ex *liver*
Cunae a pastoribus arbori adactus: quae etiam
 si fide caret, admirationem tamen implere
 fatetur *Silvius*. Neque paulo post, ex
 multorum gravissimorum auctorum sententia
 dicit, nihil esse quod non herbarum vi fieri possit.
Suetonius etiam *Scribae Vespasianum* quaedam
 miracula fecisse, Cum e plebe quidam lumine

lib. 25 hist.
nat. cap. 20

Thyana
arbor

De Religione Cap. 3. ¹¹⁷⁰ 430

orbatus, Jam alius debili Cruce, illum sedentem
pro tribunali pariter adissent, orantes opem
valetudinis sibi demonstratam a Serapide Deo
per quendam; restitutum oculos si inspiciisset; —
Confirmatumum Crux, si dignaretur (alce)
Contingere. Cum vir fides esset, rem ullo modo
Successuram, ideoque ne experiri quidem auderet:
Extremo hortanti bene amici palam pro concione
utrumque tentavit nec eventus defuit. haec et
similia miracula, (si vera sunt) a Deo —
non proficisci certum est; sed a causa tantum
naturali. Vanus quidem assere, ad fraudem ^{Dial. 57}
a deceptionem ista Vespasiani miracula facta
fuisse. Nam Vespasianus, ait ille, Cum
Religione dominicâ conseruari et augeri intelligeret,
Nunquam Pompeii praesertim et Romuli exemplo
edoctus, ut majori in Veneratione a Subditis
haberetur, diuinâ potestate se Communitem
fingere ausure est: quare duos se Subditos,
pecuniâ datâ, subornasse, ut unus se caecum
simularet, laudum aliter, et coram populo ad
illum accederent, amicitiam deprecantibus, et
post modum curatos se praedicarent. quid velut
Cetera miracula istis similia, pari modo
conficta fuisse, existimare. Resurrectio
mortuorum sane, omnium miraculorum
maximum est, et creditu difficillimum

Tractatus

lib. 10^o. di.
 2. p.

lib. de iucant.
 Cap. 8^o

Vel pot' si natura etiam viribus impossibilibus,
 tamen illud miraculum accidisse tam in
 religione Ethnicâ, quam in Christianâ fingitur,
 et a multis etiam creditur; quæ supra de
 Apollonio Thyano, et ex Plinio retulimus,
 testantur apud Ethnicos id celebrari. Quin etiam
 Plato dicit quendam Eurum Samphilium
 reuocatum ex inferis fuisse, et incredibilia
 narrauisse. Contra ista miracula Comptonius
 asserit 1^o animalium resurrectiones a Plinio
 supra allatas, illas eundem Plinium non probare,
 et alibi illas non solum in bestiis negauisse, imo
 in hominibus; et vtraque in quibuscunque
 mortalibus. præterea dicit qui illud se vidisse
 retulerunt, deceptos fuisse: nam si illis id
 verè visum esset, et non sit dictum pro fabula,
 talia animalia non erant verè mortua, sed
 aestimabantur mortua, veluti multoties
 etiam visum est temporibus nostris vnde
 quodam fure suspeso Bononia, de mulieribus
 prægnantibus, de correptis ab epilepsiâ, vel
 magis ab apoplexiâ, et in talibus Casibus
 non inconuenit tales herbas proficere, et
 multa alia a naturâ ordinata; quod autem
 additur de Samphilio et aliis a mortuis
 resuscitatis, dicit idem Comptonius, illa esse
 fabulosa, et poetice dicta ad homin' instructionem
 veluti existimamus

De Religione Cap. 3. ^{um} 44ⁱ

Veluti existimamus illud Damphilii fuisse. —
Plato enim ibi instruit vulgares et plebem,
qui ad bona opera non trahuntur, nisi ex spe
premi, et a malis non retrahuntur nisi timore
pœnæ. et secundum eundem Platonem in 2^o
de Rep. in tali casu licet mentiri, vel fingere,
et scævola dicebat expedire in religione falli
Civitates. quod si ejusmodi miracula apud Ethnicos
pro veris affirmata, a Christianis existimantur
facta; quare non etiam facta ea existimari
poterunt, quæ a Christianis pro veris habentur?
tandem enim originem ista habere necesse est,
tandemque auctoritatem. Cum naturæ vires
superant itaque cuncta miracula, (si quæ forti
edita sunt,) vel naturæ esse opera, vel hominum
Commenta, fatendum est. quæ naturæ tribui
requerunt, fortunæ saltem tribuas necesse est, aut
omnino censeas fabulæ esse confictæ,
veluti Apoli apologetos, inquit idem Simpsonatus, lib. 1. cod.
cap. 10^o
ad plebis instructionem et præsertim in religione
Sacerdotum sunt aucupia ad subripendas pecunias,
atque in honore habeantur, quales sunt
prestigiatores, et illusiones illæ quas continue
videmus in istis percursoribus et prestigiatoribus
qui videntur miracula facere, cum reverè
nihil faciant nisi pecuniarum subreptionem a
plebæis et simplicibus, qui maxime sunt creduli

S. S.

lib. 3^o de
sap.

maximamque præstante fidem huiusmodi generis hominibus. Cardanus quoque censet ista miracula quæ præcantationi tribuuntur esse vel plurimum naturæ opera, alia etiam hominum fragmenta.

Ergo miracula a Deo non provenire manifestum est, quæ nisi credulis mentibus prædicarentur, nulla profecto unquam persuaderentur. et de his dicendum est quod Plinius de Augustis a Seneca, illa nimirum nihil significare, sed ex nostrâ duntaxat imaginatione vires sortiri: quare ad incredulum pertinere ablegat.

Credulitas equidem in his fabulis præcipuum habet momentum: nec miracula unquam facta absque fide præviâ fuisse. Unde Galenus, tibi agit de thomericâ medicatione, miratur quam plurimos aliter curari non posse. quam si certissimam habeat salutis fiduciam qui curari cupit. et his ideo Christi verbis utuntur vulgo sortilegi, Credo et sanaberis, ut Supercilium Bodinæ loco eodem retulit. Solam profecto ægrotantium fidem atque Credulitatem requirebat Christus ipse, ut illos a morbis curaret.

Mat. 9

Mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, fides tua te salvam fecit, ait ille, et clamantibus cæcis, ut eorum miseretur, Creditis inquit quæ hoc possum facere vobis. dicentibus illis utique

De Religione Cap. 3. ^{um} 413

Domine, tetigit oculos eorum dicens, Secundum
fidem vestram fiat vobis, et aperti sunt oculi
eorum. 'Ceco petenti ut videret, respice — Luc. 18
inquit Christus fides tua te saluum facit. —
Paulus et iohannes sanauimus etiam claudum Act. 3.
ex utro matris, fidei nominis christi. Multi alii
tum a christo, tum ab apostolis, ad sanitatem
reuocati sunt sola fide et credulitate. et
Cum aliquando miracula cessauisset christus,
dictum est, quod non poterat facere signis
propter incredulitatem eorum, quibus perspicuum
fuit, sola imaginationis vi, et fidei potestate,
in agrotantibus, ex vehementi sanitatem
recuperandi cupiditate, christum morborum
curationes edidisse; ideoque absque ullo miraculo,
Cum prima pars sanitatis sit, sanari velle,
ut ait Seneca, quod cum in agrotis haud dubie
reperiretur, credendum est a christo quam
minimum operatum esse. et nisi illis voluntas
sanitatem recuperandi, et fidei fuisset erga
medicum, existimandum est quod christo omnino
impossibilis fuisset eiusmodi morborum curatio
(si nimirum vlla unquam fuit.
Haec igitur sunt oracula illa, Lybilla, Prophetiae,
et miracula toto pene orbe diffusa et maximam
reuerentia suscepta ac credita, quae omnium
Religionum validissima semper et potentissima

Tractatus

In Reg. Rom. 5. Lib. 2. Cap. 1.
 fuisse bases: et Plato ideo existimavit inane
 esse rempublicam quæ has non haberet artes,
 et non timuit eas reponere in numerum
 Scientiarum. hæc autem, succedenti tempore,
 evanescent et fieri desinunt quia increduli
 homines facti sunt. postquam prorsus deperita sunt,
 ait Machiavellus, et Principum esse
 commenta prospectum est, increduli facti sunt
 homines. plurima quidem hodie adhuc fieri
 possunt miracula, sed in iis solum locis in
 quibus, ut supra diximus, homines impii
 solidique et ad credendum apti reperiuntur.
 illa autem quamvis omnino falsa et sapientibus
 ridicula videantur, Principes tamen atque
 Sacerdotes in Religione retineri semper curant.
 Eratobus multis in rebus antiquitate ait Cicero,
 de hisce loquens, quam vel usum, vel doctrinam
 vel vetustatem immutatam videmus, retinetur
 tamen ad opinionem vulgi et ad magnas Reip.
 utilitates hic mot, Religio hæc et authoritas, quæ
 cum ita sit et certum sit publica tantum
 utilitatis ratione ista confingi et retineri;
 Religionum, quæ hæc cuncta docet ac persuadet
 inram esse autem politicam confitendum est.
 Religio, inquit Campanella, ex Aristotele 7.º 8.º
 politicorum est ars regnandi, et retinendi populorum
 in officio et obedientia. quo circa fabulosos Deos

2
 in lib. di-
 6.º non
 rehm.

De Religione Cap. 3^{um} 445

retinendos esse Censebat, quamvis vere Dij
non sint. et sacerdotium deberi militibus
retrahatis ad quietem, quasi hujus sit gratia,
non Dei colendi ratione, et ad Deos iter. et dicit
vanitius proter legem nature omnes leges non
nisi figmenta esse et illusiones, ^{ut} *Philos. assenisse,*
non cacodæmones inductas (fabulosum namque
illorum genus dici ab illis) sed a principibus
ad subditorum pedagogiam, excogitatas, et a
sacris sacrificiis ob honoris et Auri aucupium
confirmatas; non miraculis, sed Scripturâ cuius
originale nullibi adjuvenitur, quæ miracula
facta recitit, et bonarum ac maliarum
actionum reprobationes pollicetur, in futurâ
tamen vitâ, ne fraus detigi possit; quis enim
inde redire? atque ita rusticanam plebeculam
in servitio coerceri, ob metum supremi
numinis; quod omnia inspicit, et pœnæ
proximiisque Cuncta compenset æternis.
Magnatis vero et Philosophos his fabulis
nequaquam fuisse deceptos, illos enim non pro
fine Religionem habere, sed pro medio ad finem,
qui est imperii conservatio et amplificatio, quæ non
nisi sub aliquo Religioniis pretextu haberi potest.
Mosephus ipse in lege Dei Mosis traditâ educatione
illam non tanquam ceteris veniorem sed
tanquam maxime Utilem tuctur dicens, quid Valius?

Dialog. 50°

lib. 2°
cont. App?

Tractatus

In bello quidem mortem Continere? in
 pace vero artibus aut agricultura vacare?
 et semper et ubique credere Deum respicere,
 et solum omnia gubernare? quibus verbis
 omnino conuertia Moysi Religionem et legem
 totam, ad utilitatem quæ ex eâ percipiēbatur,
 et in sequentibus diffuse declarabitur
 quantum Moses ipse hac Religionis auctoritate
 utitur sit, cum illi expediebat, quin etiam
 infinita prope ex historiis adduci possunt
 exempla, quibus ostenderetur oēs Principes,
 populorumque rectores, nec Pontifices ipsorum
 Romanos excipio, Religione semper,
 secundum quod illis expediebat, tanquam
 præstanti arti politicâ atas fuisse: paulo
 superioribus præsertim temporibus, quibus
 Religio christiana in tantas tamque diuersas
 factiones sectas est, sed ad historiam ipsam
 lectorem mittimus, ut transeamus ad omnium
 tam in generali quam in particulari Religionum
 origines, authores, superstitiones et imposturas quæ in
 omni quâque Religione excogitatae et introductæ fuerunt.

Caput Quartum

In quo
De quatuor præcipuis Religionibus
Ethnicâ videlicet, Judaicâ, Christianâ,
Et Saracenâ, siue Mahumetanâ,
deque illarum universarum causis
in generali, originibus, et auctoribus
agitur.

Quatuor has Religiones totum orbem
Terrarum, variis temporibus, obtinuisse comperio.
Ethnicam olim in retroantiquissimis temporibus,
saltem nobis notis, floruisse certum est. illa vero
Deorum pluralitatem admittit, et omnis generis Deorum
semper fabricata est; ita ut in Cælo, terrâ, marique
cunctorum Deorum sibi materiam acquisiverit. Hanc
omnium antiquissimam esse potest, quia aliarum
originem ad id usque recentem videmus, et illarum
natalia adhuc hodie celebrari conspiciantur; Ethnicæ autem
principium magno sæculorum numero oblitum latet, nobisque

Tractatus

penitus ignotum est. ideoque quis primus ejus auctor
 fuisse compertum non habemus; nec quidquam aliud de
 hoc asseruari poterit, quam quod de primâ Deorum notione,
 in titulo de Diis, diximus. Verisimile enim est illum, —
 Deorum Cultum excogitasse, qui Deos excogitavit. ab
 Aegyptiis, ut diximus, hoc primum mansisse creditur;
 sed hoc incertum: Empiricum solum habemus multorum
 legislatores diversis in locis Religiones et Deorum Cultum
 instituisse, se sequi illarum auctores præbuisse, ut Numam
 apud Romanos; et alias alibi, veluti jam declaravimus
 in precedentibus; sed illud aliorum exemplo fecerunt:
 hi vero ab aliis iam didicerant. Cujus rei initium
 extra omnem, non solum memoriam, verum etiam mentis
 humanæ conceptionem positum est. quia per sæcula
 innumeralia usque ad nos perseverasse, verisimile est;
 et infinitas, secundum speciem has et alias
 Religiones in Mundo celebratas fuisse, et celebrari
 in partem debere, ut dicemus infra. Judaicas aliud
 divinitatis generis, auctores Moyses, excogitatas, in Mundum
 prodire ab annis sex mille ducentis; et adhuc per
 orbem sparsa apud multos hodie viget. ab illa, tanquam
 a stirpe ramus, exiit Christiana, auctore Jesu
 Christo, ab annis mille sexcentis quinquaginta novem,
 et ex utraque Saracena a Mahometo condita et
 conflata, ab annis mille circiter triginta sex. has
 omnes Religiones a legislatoribus confectas et introductas,
 utilitatis publicæ ratione, fuisse, sicut supra declaravimus.

De Religione Cap. 4. ¹⁰⁰ 449

qua propter originem illarum ad nos referri debere manifestum est, tanquam ad eorum causam. Verum hæc causa non tantummodo secundaria et particularis: alia insuper primaria, naturalis et universalis causa legum et Religionum a quibus gravissimas auctores maxime celebratur; Ea que Patrum motu et acta, a quibus sicuti hæc inferiora moventur; sic, Religiones et Leges eorum mutationes pendere affirmant, et ortum occasumque sortiri, secundum corporum celestium certam dispositionem, Astrorumque conjunctionem. Ita et Oracula, Prophetias, miracula, et alia id genus, (si non sunt fingenda) in Religionibus tantopere celebrata, non a Deo gubernari, sed ex certo invariabilique naturæ ordine procedere etiam assuerunt. Quæ omnia sollemnissime Candamur a penit et explicitis: idque ex aliis illustribus auctoritatibus Astrologia asti peritissimi.

lib. 2.º comment.
in Stolom. cap.
4.º Text. 17. 18 et
19.

Omnes leges, inquit ille, in hæc diebus, in medio habitabilibus promulgantur, et ex illo in extrema perveniunt, quia Mercurius Dominus est ejus partem, scilicet mediam. leges autem indigent multo rationibus et rationibus, et mendacis etiam, si oportuerit et volubilitati cerebri: quæ omnia a Mercurio significantur. Nihilominus Mercurius non potest per se dare legem, sed sicut fit Saturno, et dat legem Judæorum, quæ est durissima et fœditissima, plena mendacis et abominatione, Cum

Tractatus

Avaritiâ et Uirâ, diuortio et connubiis illicitis,
 et leprâ et immundities genitalis. et Associatur Ioui
 et datur Legem Christianorum, quæ est munditiæ,
 Castitatis, pietatis, misericordiæ, probitatis et in qua
 plura fuerunt regna, et honos summus Sacerdotis,
 quia Iupiter præes Sacerdotis, et non admittit
 diuortium. et Associatur Mercurius Marti et facit
 Legem Mahumeti plenam uolentia et crudelitatis,
 fudam diuortio, et Uxorum multitudini et libidini
 junctam, fabularum mendaciarum et impudentibus
 repositam, abhorrentem a pietate et humanitate. Et
 facit Sanctus Venetiæ Dolorum Legem debilem et
 luxui deditam, in qua omnia licent, et multiplicem
 propter Mercurii potentiam. Ideoque Cum ueniret
 debilis in comparatione superiorum factus est leuis,
 plurimum Deorum plena superstitionibus et diuinatione,
 et fabulæ quæ plena sunt adulteriis, et flagitiis
 aliis, puerorumque amoribus, Mercurius enim
 talia omnia significat, et ex hoc patet, quod
 Lex Judaica ortum habuit ab oriente, quia
 Saturnus Orienti præes. Mahumeti autem ab
 occidente, quia Mars occidenti dominatur, et Nouis
 Impurum est a Septentrione, ideo in ea parte
 fundata est lex Christiana, licet et ipsa ab oriente
 propter Coniunctionem Cum Judaicâ, Originem
 sumptis. Dolorum autem Lex quoniam a Venise
 ortum habuit initium sumptis a Meridie, licet

De Religione. Cap. 4. ^{unv} 451

Assyria, Babylonia, et Chaldaeis: haec autem
dicta sunt quae ab Italy excitantur non obiter, —
sed re accidentia quae in Legibus contingunt, et
mutationes et haereses ex Astute praevidei possunt. —
Affligentur autem leges maxime, ut in Trigone
oppositae conjunctiones maxima fuerint. est
autem Trigone Christiana Aries, Leo
Sagittarius, et ejus Dominus Jovis quia Sol
Communis est. Idolatriae, Taurus, Virgo, Capricornus;
et ejus Dominus Venus; nam Luna Communis
est. Judaicae, Gemini, Libra, Aquarius, et ejus
Dominus Saturnus: nam Mercurius communis est,
quia omnibus fauet, et ideo posteriores leges
Judaicam non deserunt, sed recipiunt. quia Mercurius
quo omnes leges indigent, proprie dominatur Trigono
Judaicorum: ideo decreta ejus Leges tanquam
fundamenta ab aliis recipiuntur: Trigonus autem
Cancer, Scorpionis et piscium, Mahumeticae praest, —
nam Mars Religioni illi dominatur, et Jovis
dediti conjunctio media Anno Christi quingentesimo
nonagesimo primo in Cancro: quae post modum
perseveraverit ad annum septingentesimum
octogesimum primum in signis aequis. Neminis
autem dubium est quod Mahumetis natus est intra
Haec terminos, legemque ipsam promulgavit. Christus
quoque natus est post sex annos a Conjunctione

Tractatus

Maxima in Aetate promulgauit quae Legem
 in trigono Aetatis, Lemur et Sagittarii vigenti.
 Itaque tum ab Origine temporis, tum regionum
 ubi coeperunt, tum moribus, patre hos Trigonomi,
 hosque Planetas, has leges moderari, aduersantes
 autem Trigoni prout et Planetae; Trigonus
 quidem Aetatis, Trigono Cancori, quia Mars et
 Iupiter inimici sunt, et maxime potentes Ambo,
 deoque diuturnum bellum, Similiter Trigonus
 Tauri, Trigono Geminorum quia Venus et
 Saturnus inimicissimi, sed ambo debiles tamen.
 Una quaque etiam lex maxime posterior aliam
 destruit. Animaduertendum quod ad Trigonas attinet
 atque Leges, Mahumeticam, quae sub Marti est, Libi
 adungere Venere et Lunam ut in triangulo videtur
 esse, Venere ob inexhaustam libidinem, diemque
 illi dicatum colunt; Lunam quod laborosi sunt atque
 vagi, ejusque imaginem in vexillis referunt. Et
 utramque etiam plures accipere uxores Lex illa
 permittit. Iudaica autem Mercurium Saturno
 adjungit, unde ipsi maxime sunt industrii, loquaces et
 miserii, et paranda rei pecuniariae dediti. Christiani
 Noui Tuncum habent Solem illiusque diem colunt
 Dominicam sicut et Iudaei Sabbathum propter
 Saturnum; Sol autem significat iustitiam et
 veritatem; Christiana autem lex plus continet reuerentiae
 et simplicitatis.

De Religione Cap. 4.^{um} 453

et simpliciores reddidit homines. Idolorum Lex Veteri
Lunam adiungit Orientalem, sicut Nabumetica
Occidentalem, ob id multae Deae multaeque illorum
formae fingebat, pro varietate formarum Lunae.
observatas, autem Kalendas a Nouilunio sumptae
more totius Graeciae, et antiqui ritus Romanorum.
Iudicium enim ex unicuique Legi, Provincia, Genti, Regno,
Civitate, familia; denique homini Cuique, ut a liquid
obtinere eorum quae a dominatrice Stella significantur,
vel etiam ipso nomine ad eam pertinent, quod autem
Majus testimonium verae et subtilissimae inventionis
Stolomaei esse potest, et ipso Lex orta. Caput enim
duodecimo Constituit anno disputare; promulgata vero sub
Conjunctione superiorum in Sagittario, in regione Arieti
subjecta; et nunc quod, ut dictum est, mediorum
triangulorum vice major sit in extrema opposito, videt in
Gallia, Italia, Britannia, Sicilia, Germania, Hispaniaque,
quae omnes trigono illi Aetivae extremo subijciuntur.
Nantes, hoc ipsum Nabumetica sub Aqueo Trigono
fundata est, et in illius quadrante; in Aqualia sub
Aquanis promulgata in medio Trigono; confirmata
autem magis in Amentia, Nivania, Machana, Bactria,
Caspiana, Setica, Automatiibus, Oxiana, Sydiana;
denum propheta Concursum Aquei Trigoni, qui in
quadrante quarto videt, promulgata est etiam in
Numidia, Carthagine, Africa, Phylania, Natamoniis,
Metagoniis, Bithyniis, Colchis, Lyria, Cappadocia, Lydia,

Tractatus

Commagene, Cilicia, Samphilia, Arabia Austri-
 adiacet Egyptus, Grenata, Ethiopia, Media, con-
 et Scythiam gentem in extremo trianguli quadrante
 hinc, ultimam futuram, quae nomen Mahumeti
 relinquit, sicut et Hispaniam et adjacentes regiones, ut
 dixi, Regem Christi, hoc tamen subtiliter sunt si causam
 diversitatis intelligit, quoniam illa majoris, Cujus
 quadrans Consentit cum tempore promulgationis,
 quadrans enim duos habet Triangulos: et duo
 Trianguli, duobus Triangulis respondent inter se
 jacentem oppositae, Itaque firmior, Cujus Triangulus
 Consentit cum tempore promulgationis.

h. G. d. j. n. c. u. t.
 Cap. 12.

Componatur similiter leges omnes ac Dehrymona,
 et illarum miracula naturaliter mediabiliter
 corporibus caelestibus oriri et occidere Asserit: et
 illarum institutiones ex impressione Astrorum hi-
 disponi, quorum Cum diavoli situm sint, continua-
 variantur: passim quoque disposita cum sit flexibilitas,
 in continua etiam variatione sit: Ita fit, ut modo sic,
 modo aliter res eveniant: et ortum, sive principium,
 Augmentum, Autum, et declinationem habeant: Veluti
 accidere in aere, de quibus agit, semper ritum est.
 Nam et oracula olim cum jurgissent, et finem
 etiam illa Capere debebant: omne enim
 judicium generabile, corruptibile etiam est, si quod
 Corruptum, aliud ex eo generatur quod corrupto
 Contrariatur, et habent Contrariae dispositiones. Cum

De Religione Cap. 4. ^{um} 455

Itaque antiqui Dij haberent de ficere, quoniam
et iuge preant, ideo dispositiones et ritus Deorum
illorum debebant corrumpi per generationem, et
ritum aliorum Deorum sequentium; veluti ex
introductione dispositionum hominis corrumpitur
Sanguis Menstruæ. Quare cum ritus Deorum illorum
erant oracula, talia qualia conveniebant Diis illis,
ideo per adventum novæ legis novæ dispositiones et
novæ Consuetudines debebant induci, priores
corrumpi, et sic rationaliter oracula illa difformant.
Cum autem Legum mutatio, maxima sit mutatio,
et difficile sit a Consuetudine, ad maxime inconsumpta
transire, ideo oportet pro secundâ lege succedenda
inconsumpta, mirabilia et stupenda fieri. Quare a
corporibus Cælestibus, in adventu Novæ Legis
debent prodigi homines miracula facientur. Unde
tales prostrum pluvias, grandines, hinc motus, et
talibus Confinitibus inducere, et removere; ventis
et maribus imperare, Sanguores multifarios sanare,
secreta pandere, futura prædicare, prohibita remem-
orare et esse extra communem hominum
sensum. aliter enim non possent novæ leges et
novæ more ita dissimiles inducere: Unde quod
spartum est in Febrile, Lapidebus, et animalibus
rationalibus et irrationalibus omnium esse
videtur in eis ex Dei et intelligentiarum munere
(hoc est. ex naturæ virtute et corporum cælestium impressione)

Præctatus

adeo ut Dei filii credantur rationaliter. Verum
 non solum unus talis primus est, sed sunt etiam
 multi alii, qui vel eandem Deitatem ab eodem primo
 recipiunt, vel eam recipiunt a Consimili in flumine
 intrinsece dicimus legem perficere. Quorum Lex
 habet augmentum et statum, veluti cætera generabilia
 et corruptibilia, nam quod intrinsece firmum, intrinsece
 et omnia in finem necessaria, siue sit præcedentia,
 siue consequentia, siue concomitantia. Unde
 videmus talæ Legum Conditoræ per multa
 vaticinia et multos prophetas certitudinaliter prædici
 per multa sæcula Antè; Videmus in eorum
 Ortu magna prodigia: in eorum vita stupendiora:
 et si lex illa debet propagari multum, ille legifer
 multos habet sequaces, qui vel Deitatem ab illo
 recipiunt, sicut aliquod ferrum ex Virtute quam
 recipit a Magnete, ferrum aliud potest habere;
 vel ab eadem influentiâ quæ est pro illo Legifero,
 virtutem etiam habent languores laudandi, plures
 omniarmulantiur, nihil jactant, erant. et. illinc
 huc venit, hinc illuc, et quotlibet occupat antea.
 spiritus, ei que fecit humana in corpora transire,
 Inque formas nostras, nec hinc inde deorsum ulla.

Uque novis fragilis signatur cava figurarum
 Nec manet ac fuerat, nec formas semel eandem,
 Sed hinc iuxta eandem est, animam hinc semper eandem,
 Itaque in varias doctos migrare figurarum.

In ¹ phaedro Plato etiam in alia atque aliis Corpora animam ¹ve
 dicit; et in ²idem, unde venit, unamquamque animam
 reverti post decem annorum milia, recepta illius anima,
 qui absque dolo philosophiam secutus est. aut cum
 Philosophos quorundam amator fuit. Hec enim, hinc mille
 tantum annorum circiter, illuc revertitur. Nuncius ambo
 lib. 4. ² de plac. i. th. Pythagoras, admodum, et Plato, in repha ² Platonicus
 philosoph. cap. 6. partem animam rationalem tantum, immortalem: Irrationalem
 vero, corruptibilem dixere. in qua Sententia, Socrates
 fortasse apud ³Plato suam opinionem de Natur
 anima Constituire, et affirmare, ut ³Potestus repha
 omnem quidem animam esse incorruptam; transire autem
 in alia Corpora sive bonorum; Improbiorum vero
 Interminabili Supplicio Cruciri.
 Empedocles vero animam dicebat omnigenam animalium
 atque arborum species includere, seque fuisse quondam puerum
 atque puellam, plantamque, gricem et volucem. Quic
 simile dicebat Pythagoras, seque olim fuisse asseruabat.

lib. 4. ² de plac. i. th.
 philosoph. cap. 6.

³
 lib. 18. ant.
 Quic cap. 6.

De Animâ C. I. ^{LIBR} 663

¹ Hæc ego (nam meminî) Trojani tempore belli.
Panthoïdes Euphorbæ enim, cui pectores quondam
hæsit in aduerso pectus hasta minoris Aræde.

¹
Quid. antea.
15°

Aliam immortalitatis speciem, alii commentati sunt,
eam videlicet, quæ per transmutationem fieri dicitur.

de quibus sic ²Blutarchus, Multi animas æque ac corpora
transmutari arbitrati sunt; & veluti ex limâ gignitur
aqua, Air ex aquâ, Aquis ex aere, in sublime semper
naturâ tendunt. Sic, Animæ ex hominibus in bestias
transmutantur: ex bestiaribus in Demonas: & ex

²
in lib. de Orac.
quæ esse, cap.
19°

Demoniibus, paulo post, diuinitatibus participare fieri
merentur: quædam autem iterum in corpora reuertuntur
obscure vitam degunt. Item alibi dicitur, animam esse
quasi flammam quæ dum materia adhaeret, grauis est,
nec sursum ferri vllò modo potest, sed sicut ac-
cussus vapor, materiâ vero abstractâ, statim, hoc
inest pondere relicto, in æthera animam ferri.

³
in lib. de Orac.
cap. 19°

E credendum quæ esse firmior animæ Sapiendum beatitudine
quædam tunc fieri: deinde, in bestias transmutari:
et posteaquam, purgatione profectâ, ab omni mortalitate
segregata sunt, atque ab omni conuentione sejunctæ, in
Deorum mutari. Cum omnis felicitatis ac diuinitatis
complemento.

Marcus Antoninus, aliud transmutationis genus
in animâ admittere videtur. Si permanent animi, inquit
ille, eorum ab æthero Caput aer, quomodo hinc ab æthero
atque humanorum corpora recipit. quemadmodum hæc

⁴
lib. 2. de Orac.
cap. 29°

Tractatus

Corpora cum aliquandiu delituisse, mutantur, & dissipataque spatium aliis Cadaveribus præbent. Sic anima in aërem subvertitur, cum aliquandiu ibi persistunt, mutantur, fundunturque, & ad mentem omnium aliarum generis adjunguntur, eaque ratione aliis aduentantibus locum cedunt. hoc autem dicitur, addit ille,posito animam esse Corporibus supersistere. neque vero tantum multitudo signulorum eo modo Corporum consideranda est: sed et eorum quæ quotidie comeduntur a nobis et bestis animalium, et sic, quodam modo sepehantur magno numero, ac nihilominus suppeditas spatium aliis propter eorum in sanguinem, aërem, caloremque mutationem.

lib. 9^o de Sigil.
plac. cap. 8^o

Pythagoræ Numm cum Platone, et Plutarcho refert, animam ponentem immortalem; et Corpore excedentem, ad animam universalem mundi, unde profecta est, reverti dicebant.

ibidem

Plotini autem, et idem testatur Plutarcho, animam corpore vincit solutam, si delibet et infirma, et veluti ea in qua in judiciorum corporibus includitur, in Corpore permanere. si fortis et prestans, veluti in sapientium Philosophorum animas, usque ad Tercium generalem in aëre perduratum arbitrabantur.

lib. 3^o d. Vari.
cap. 47^o

Plato junum, et Cardanus³ author est, omnem belluarum animam spiritum immortalem: sed animas fœdiorum animalium non spiritus immortales, aut Vulgi rumorem metuentem

De Animâ Q. 1. ^{um} 665

rumorem metuentis nimis, aut ne Cogere tur etiam
resque ad Stygias descendere, par autem ratio erat de
sensibus Animalibus, Nam et si Scorpiones et Apece
jussu fieri in Animalibus, audituque Carere videntur,
homo tamen Selectiâ magis cum his Convenit,
quam cum ovis vel bovis. Pythagoræ etiam Sermon,
de Lacertis Scorpibus, vivere Cuncta quæ calori participem
existimavit, atque p[er] se et plura in Animalibus Animam
Cuncta esse immortalem non aliter statuit, quam quoniam
Cum si anima Anulso Ethere calidè & frigidè, id ac hinc,
a quo Anulsa in, sit immortale, illam consequenter esse
immortalem existimabat.

tandem, Collectivè omnium opinionibus, cunctis, N.
quomodo anima sit immortalis, affirmari non possit,
probabilior autem videtur opinio eorum qui animam
Mundo præter universalem existimant, ad eam
omnia rerum inferiorum animas, sive hominum sive,
sive aliorum animalium, sive plantarum, redire
affirmant. Maxime Antiquè maxime Cum Platone
& Pythagorâ Supplicatis, Hujusce Sententiæ est, N.
omni loquitur, Unum est lumen solis, etiam si
intercipiatur partibus, muris, aliisque innumeris rebus;
una in Communis natura, et si certo modo affectus
corporibus differentiè distinctus. Una etiam anima, et
si naturis innumeris, propriisque Circumscriptioibus
distributa videatur, una quoque mens, et si discreta
videatur, ad hanc autem animam omnes alias redire

lib. 11. cap.
26.

KKK

Tractatus

¹
di. Van. ser.
cap. 52.

²
Laet. i. p. 101
Thal.

affirmabat. Manichaei hanc etiam opinionem
 tuebantur, ut re fert Agrippa, dicentem unam esse
 solam omnium, seu uniusque animam in singula corpora
 tam animata quam inanimata distributam, sed omnino
 partem partem quae nobis videntur animae distinctas; magis
 autem quae animatae; maxime vero Caestiae; atque
 tandem Concludunt, non nisi uniusque partem in
 singulare animae. Hoc autem opinio, quae animam
 etiam tribuit his rebus quas inanimatas vocamus,
 minime rationi consonae videtur. Verum Pythagoras Milesius
 pro quoque animae praesente Considerabat, idcirco et
 Accius et magneti; quorum primum paleas, alium, firmum
 acco hii. et inefabile, cum omnino rerum omnium
 quae in Mundo Continentur, ad animae Cognitionem Physici
 pervenerint; nihilque si quod non moueat huiusmodi
 vegetabilis, siue sensibus, siue Motu; rectissime
 potest affirmari omnium rerum animae sub uniusque
 animae de functione contineri, et omnia quae in Mundo
 sunt, maxime etiam ea quae inanimata dicuntur, singulare
 habere animae, quae Corpore Confecto ad uniusque
 Mundi animam reuertuntur. Hoc autem omnia, non
 adeo anima privantur, ut statim atque una effugiat,
 alia deinceps non habeat. Sic, in rebus omnibus si
 perpetuae animarum aliarum egressio et aliarum
 Ingressio, siue in ejusdem naturae, siue diversa. Hoc
 patet ex quotidiana experientia, quae Conspicuum habemus
 nihil in Mundo perire, sed tantum in aliud esse

De Animâ C. 1. ^{um} 667

quàm quod erit transmutari, quod necesse quoque
est animatum esse. Sed alio modo quàm erat. Neque
Democritus, ut refert Platon hinc, aerebas omnia
esse anima Cujusdam participantia; mortua etiam
corporis, eò quod sine calore Cujusdam et Sulfure
non existit, majori parte jam exhalata: Sed rectius
Animata esse ostenditur, si consideretur nullum esse
Corpus mortuum quod pereat. V. g. Fimo constituta
corpore et animâ, cum dissolvitur, anima seque ad
Universalem mundi animam revertitur, unde fluit;
Corpus autem in Vermes transmutatur; quorum
anima tandem ad universi quoque Animam recedit.
Vermium Corpus in aliud Vermem esse transmutatur, quod
eo modo animatur quo cetera, partisque animari definit,
et eadem materia perpetuo alternat formam et variat
Animam in infinitum. Inque continuo sunt animata
ea omnia quæ in Mundo sunt: animam que sumunt
ab animâ Mundi que universis Corporibus, pro
faciunt disposita, atque formata, particulariter
animata dividit, quod Cum ita sit, omnem animam
tam plantarum et lapideam, quàm hominum, et
Cæterorum item animalium, immortalem esse, recte
affirmare possumus. hominum autem solam
animam immortalem Nature, eo modo quo Leges
precepimus, profecto delirare est. et contra si parentis
Animam immortalem, possum equidem dicere quod
Sopponatur contra Aristotem in alio casu dixit.

66. q. 1. de p. 1. l.
p. 1. cap. 9.

Tractatus

Profecto a pud me quicumque eam opinionem imaginatur,
fortissima est imaginatione, Et doque pictores nunquam
qule hinc monstrum hoc monstrum finisse.

Atamen quaecumque sit ejusmodi monstrum, Nihil
majori veneratione ac religione ab hominibus
suscipitur, nihil omnium consensu magis comprobatur;
et hac opinio, vel hac ratione, quod populus placet,

libique semper inualuit, inquit Cardanus, nihil denique
utilitate persuadetur et creditur: sed nihil minus humana
ratione probatur: omnia sunt non docentis, sed optantis,

opinionemque magnorum virorum gratissimam rem
promittentium magis quam probantium, ait Seneca,
omnium Consensu, inquit etiam ille, unica fere
immortalitate animae probatis est. Cum de aeternitate
Animarum Dissertimus, non leue momentum apud
nos habet consuetudo hominum in feros timendum aut
Edentium: Vt hac publicâ persuasione? Hanc
opinionem Ane omnium Animi infirmari Leges
semper magnopere Curauerunt, quia utilissimam esse
animaduertebant; et in illâ persuadendâ adeo semper
Ancubere, et auctoritate, sicut alias res ad
Religionem pertinentur, quia prosperebam id ratione
fieri non potest, in republicâ abolendam esse
consuevit, inque tantum antiquitas in hac re
valens legum auctoritate, et adeo firma in
omnium animis illius erat persuasio, ut nullus illum
in disputationem adduceret. Theophrastus Syrius,

lib. 3^o de sapi.

Epist. 107.
117

De Animâ C. 1. un 669

ut notat Cardanus, primus fuit qui de animarum ^{lib. de imm.}
immortalitati a suis ^{ant.} (disputare), cum autem
ceteri potentius assentirentur, quam defendere non
auderent. ob hoc fuit publice iudicium nequis-
de illâ verba faceret. verum cum is diuine
prope haberetur, primo ei permissum. inde licentia
permagata, qua ad nos usque peruenit. Hinc autem,
na de publica permissio, et religio, feminamque
per suasionem contraria, conciliorum auctoritatem, animâ
curâ principes, et Pontifices Romani opposuere.
Lateranensi Concilio præcipue decreta contra hanc
licentiam edita, ostendunt quantum in illâ prohibendâ
accuratè prospectum sit. decreti quidem verba
hæc sunt. ² Nonnulli superseminantur errores
perniciosissimi, ab ijs qui de naturâ præfectam animam ^{Conc. Lateran.}
rationalitè disingunt, quod videlicet mortalitè sit, aut ^{sub. l. 1. x.º}
anima in cunctis feminibus: et nonnulli hinc ^{scilicet}
philosophantur, secundum Salmæ philosophiam verum
id esse assensum. Contra ejusmodi pestem opportuna
remedia adhibere cupientur, approbanti Concilio,
damnamus et reprobamus omnes assertentis animam
intellectivam mortalem esse; aut univiam in cunctis
feminibus. sed cum illa non solum vere per se
et essentialitè humani corporis forma existat, verum
et immortalitè, et pro corporum quibus funditur
multitudine singularitè multiplicabilis et
multiplicata et multiplicanda sit; quod manifestè

Tractatus

Contra & Evangelio Cum Dominus ait, animam
autem non possunt occidere, et cum aeterna
praemia & aeterna supplicia pro merito judicanda
repromittit, alia's incarnationis & Christi mysteria nobis
minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret;
ac sancti & Justi immutabiliores esse iuxta Apostolum
1.^o Cor. 15.^o cunctis hominibus. Cumque verum vero
minime contradicat, omnem adstruendum veritatis
illuminate fidei contrariam, omnino falsam esse
definimus; & ut alius dogmati fore non liceat, distinctius
inhibemus. *

In re idem ab ejusmodi decreti auctoritate sola, anima
immortalitatis persuasionum pendere. Omnis Philosophia
mortalitatis adimplatur opinioni. sola Religio, Non
immortalitatem quidem fatetur aut probat; sed ob
utilitatem, & ad dandum majore pondere Evangelio, a cujus
auctoritate hoc pendet decretum omne, illam procipit,
Contrariamque persuasionem damnat & prohibet. omne
pro immortalitate anima argumentum a sola Evangelij
fide mutuatur. a Philosophia autem, id est, a sana
ratione mortalitatis argumenta sumuntur; quae
secundum eam vere affirmari dicuntur. Itaque
si Evangelium refellitur, Philosophia verum hinc
affirmabitur. at, multo certior sunt ea quae
Philosophia rationis quae argumentis probantur,
quam quae Evangelij fidei & Religionis auctoritate
sustinentur. praeterea Cum verum vero non contradicere?

De Animâ C. 1. um 671

Concilium dicit, Nuncia Philosophia quidem vera
esse argumenta, sed fidei illuminatæ majorem esse
necessitatem. At, cum fides, penes philosophos, sit
fragmentum, sequitur Philosophia argumenta esse
potiora. idcirco si verum verum non contradicit; illud
quod ex fide est, fandi dubie Philosophia assensionibus
non debet contradicere, minus enim certum est
quod fide, quam quod ratione constat. sed Cum
maxima parte hominum Religionis præceptis Cum
superstitione quædam inveniatur, quamvis Philosophia
a doctrinæ rationi magis congruere esse intelligant,
non audent eam amplecti, sed legum timore, et stolidâ
credulitatè, Religionis decreta semper adferunt. Neque
opinionem quam de Anima immortalitatè habent a
Religionis auctoritatè omnino pendere, manifestum
est. Unde Cajetanus scriptis de Credere quidem
animam rationalem incorruptibilem esse, at nescire
tamen, ut Melchior Canus refert, profectò nisi
prohiberet Acligo sentire quod quisque in facere æquum
diceret, et verum esse arbi traretur, non dubium, si
quin omnium, ratione omnia præpendente, pro anima
corruptione, et mortalitatè inirent: quæ causa
Augusti Pontificis Romanorum, a liis que politicos, et
disputationes omnes Contra immortalitatem Animæ
jussu berent, ne tam utilis præfusa rationis viriliter
labe factaretur, et argumentationum pondere tandem
obrueretur.

lib. 11. d. 1. in
1. 1. cap. 11.

Tractatus

Sed ridiculum propterea et absurdum est, tantam
 contradictionem immortalem affirmare etiam, de qua
 non bene constat, quid ea sit, ubi sit, unde sit,
 varia enim ac diversa hujus rei sunt sententiae,
 quae incertam et incomprehensibilem animae essentiam
 faciunt. de quibus capiti sequenti distremus.

Caput secundum.

In quo

De animae essentia, substantia,
 sede, et origine agitur. de eorum
 discordantibus opinionibus illam
 esse inexplicabilem et
 incomprehensibilem affirmamus.
 Ad eandem immortalitatem quae esse
 unquam fictionem asserimus. —
 argumenta propria quibus haec
 immortalitas adstruitur, utique
 Experimenta, Scriptura, videlicet, et
 Mortuorum apparitione, —
 et falluntur. et resurrectione inque

De Animâ C. 2^{um} 678

tam generalit. quam
particularit. nullam
Ostendimus.

S omnes qui ad animantia motum
res perierunt, Animam in illo esse existimaverunt sed
quid sit anima illa inter se nullo modo conveniunt; & an
unica sit, vel multiplex æqua disputant, quidam unicam
tantum in singulis animantibus animam esse
affirmauerunt, per diversa organa actus suos explicantes,
eandemque esse quæ Vegetati, Senti, movet, ratiocinetur,
Intelligit; eam autem cum Corpore indivisibile docuerunt, alii
diviserunt Animam in Vegetativam, Sensitiveam, et rationalem,
duasque primas brutis cum hominibus esse communes,
easque mortales, alteram vero in solo homine, eamque esse
immortalem dixerunt. Cumque tandem rationalem etiam ab iis
vindicare non posse animadverterint, quia in cæcis
Animalibus illam reperiri quæderent, finierunt in homine,
præter rationalem animam, aliud esse, quod intellectum et mentem
appellare, ut, scilicet, hominem a brutis excellentiâ quâdam
discernerent atque segregarent, mentem vero esse intellectum,
omnino spirituales, relictis a Corpore distinctum, incorruptibilem,
immortalemque esse affirmaverunt: hinc varias facultates
atque operationes attribuerunt, qualis sunt, imaginari,
Comprehendere, Intelligere, Judicare, resolvere, velle, et

Tractatus

has omnes doti illi esse proprias, hincque solum a
 ceteris animalibus hominem differre docuerunt. in quo
 duo maxime notanda sunt. Primum, multo vni similitud
 esse unam solum animam pro omnes diuersos effectus edere,
 vegetare, nimirum, sentire, ratiocinari, intelligere, quam
 plures distinctas; Quod sicut ac Sol, cum vnus idemque
 simpliciter maneat, plurimos, eosque diuersos, effectus producat,
 secundum dispositionem subjectorum, in que agit, vni que
 suam reddit. Sic animas, vnas eademque permanens, hinc
 variare edere operationes; Sol producit plantas, mineralia,
 animalia, liquorem visum & ceram, indurat gypsum & lutum,
 alioque producit diuersos effectus; nec tamen in eo ulla
 multiplicitas essentia, aut facultatis est; Sed subjecta solum
 in que agit, sunt diuersa & a natura sic disposita ad hanc
 effectus edendum; Anima similiter, vegetat, sentit,
 ratiocinatur, intelligit absque ulla essentia multiplicatione,
 quamquam eius modi actus sint omnino diuersi; Sed Cum
 agit per diuersa organa, que vegetationis, sensationis,
 ratiocinationis, et intelligentiæ habent aptitudinem, hinc
 variare atque diuersas operationes edere, qua propter vnica
 tantum animam in hominibus ceteris fatendum est, non
 multiplicem, neque realiter distinctam, sed multiplices diuersosque
 actus, secundum multiplicia diuersaque organa, producentem.
 Alterum quod notandum venit, est, animam nostram, non
 aliam aut diuersam esse a ceterorum animalium animalibus,
 tam quoad intelligentiam, quam quoad ratiocinationem,
 sensationem, et Vegetationem, de duabus ultimis non dubium

De Animâ C. 2.^{um} 675

est. de alia non conveniunt omnes. Intellectum enim
Bruti concessio, Animam illorum, sicut leonem atque
felinum, immortalitatem bene fieri gaudere, necesse est
concedere. Verum Cum visaque animalia, homines inquam,
et bruta, ratione uti et omnes intellectus operationes edere
videamus, (ut infra et in hacate de vita secundum naturam
diffuse demonstraturi sumus) neque vltimo modo hominibus
servandi rationem a ceteris animalibus distare, ut loquitur
Sclimius, vel ut Salomon, Cum anima jactetur sit hominis
et jumentorum, et aqua utriusque conditis; nam sicut moritur
homo, sic et illa moriuntur: Similiter spirant omnia et nihil
habet homo jumento amplius, de terra facta sunt, et in
terram patitur revertuntur. nihil prohibet in utroque
animalibus partem et similem, quantum ad Conditionem
et naturam, animam esse affirmare. in similibus enim
effectibus similibus causa inducitur. non ideo quidem brutis
conceditur immortalitas. sed, ut hominibus quoque con-
tribuitur. verum, animam penitus eternitatem, tam
formam quam illorum, affirmabimus. quod verum esse,
capite sequenti ostendemus. quare unam tantam animam
per diversa organa ac hinc hinc explicantem, in homine
ponere, rationi conveniunt esse. contrarium vero, est
argumentum. quod autem de anima ita, quae vegetat, sentit,
ratiocinatur, et intelligit, sive difficultimum, sive
impossibile existimo. Accipe tamen, si poteris, et discordantibus
philosophorum opinionibus.

Anaxagoras, et per se per Aristoteles, animam ipsam mentem

lib. 2. de nat.
cap. 56.

lib. 2. cap. 2.

lib. 3. de Ani.
cap. 9.

esse a serie. Nam Animalibus communiſſe tam patuit
quam Magnitudo; tam praestabilitudo, quam minus etiam
praestabilitudo, mentem iuste dicitur. atque carnis tamen et
intellectus, cui prudentiar hinc dicitur, non communiſſe Similitudo
Animalibus; quia etiam neque Cunctis hominibus iuste
videtur.

Platon lib. 1. de
Egil. plac. cap. 7.

Pythagorae de finibus Animam, numerum se ipsum
momentum; illumque Numerum, intellectum esse arbitrabatur.

1668

Thales Milesius, Naturam se ipsum Tempus momentum,
animam esse dicebat.

1668

Plato, substantiam spirituales se ipsum Numerus harmonici
momentum.

1668

Aristoteles, actum primum corporis naturalis organici, potestatis
vitam habentis. idque Entelechiam appellat hinc dicitur anima
intellegendi, Sentendi et mouendi principium.

1668

Democritus, Harmoniam, et quatuor elementorum concussionem.

1668

Aclepiades medicus, communem omnium sensum exitum
atque operationem.

Si omnia, inquit Democritus, animam incorpoream sua
natura supponant, acunque esse Corporis pluribus organice
compositi, et vitam habentis. Sed Anaxagoras dicitur, illam
corpoream, et aëream esse dicunt. Stoici, spiritum, vel ventum
calidum. Democritus, quandam rerum mentis tantum
preceptibilem igneam compositionem, futuramque rerum cum
aëre sic ignea, Corpus ideo esse.

1668

Epictetus, quatuor rerum contemplationem et mixtionem,
nimirum, nescio quid ignis, nescio quid aëris, nescio quid venti
et quatuor altitudinem

De Animâ C. 2^{um} 677

Et quartæ altitudinis nomine Carceus, quæ, secundum ejus
dogmata est vis sensitiva.

Senectus, Animam mundi esse, humorum, qui in illa sunt. ^{lib. 2}
eius portionem. et Animalium animam gigni tam ex humorum
extremorum, quam intermediorum, ejusdemque generis, Evaporatione.

Pythagoræ sententia, ut Latinius auctor est, animam esse ^{lib. 1^{us} Byz.}
Austriorem æthere calidi et frigidi, eo quod sic præterire frigidi
Asperit, existimat. Semper autem esse cerebri Sphæram
quæ in se calidum continet vaporem: ex eo vapores, sensum
atque animam Constat.

Pythagoræ dicebat, animam nihil esse præter Sensum.

^{lib. 2^{us}}
Sens. Part. 17
unde Prot. et
2^{us} lib.

Senectus, quoddam ex Calido et frigido, aridoque et
humido Conmixtum, vis, a Nullo eorum plusquam a Cerebri
obineatur.

Alii, inquit ³ Cicero, Cor ipsum animus videtur, in quo Voces, et ³ simul
acordes, Concordesque dicuntur. Impedientes animum esse Confusum,
cordi suffusum Sanguinem, alii pars quaedam Cerebrivisa in
animi principatum tenere). Alii nec Cor ipsum placet, Nec
cerebri quandam partem esse Animum: sed alii in Corde, alii in
Cerebro dixerunt animi esse Sedem et locum. Animum autem
alii animam nominant: nam et agere animam, et offlere
dicimus; et, animosus, et, bene animatus, et ex animi
Sensitiva. Quoniam Stoici Animum, ignem videtur.

Aristoteli ⁴ multum idemque Philosophum, intuitionem ^{lib. 2^{us}}
ipsum Corporis quaedam, velut in cantu et fidebus, quæ
harmonia dicitur; sic, ex Corporis totius naturâ et
figura variis motificari, linguam in Cantu Sonare.

LLL

Tractatus

Nid.

De uocatore animi figuram et quasi corpus negauit esse
 uerum numerum dixit esse, Cuius uix, ut jam antea
 Pythagore uisum erat, in natura, maxima esset.

lib. i. ii. somn.
Scip. cap. 12.

Hippocrati, ut et in Maioribus, spiritum hunc per corpus
 omne diffusum, animam esse affirmauit.

Heracleide Pontice, lucem. Heraclides Phrycus, scintillam
 Stellarum aetheris. Critolaudae Sarpapetidae, Constatum
 Animam de quinta essentia dixit. Hippocrate igitur esse.
 Anaximenes Aethera. Empedocles et Critias, Sanguinem,
 Parmenideus in terra et ignem, Xenophaneus in terra, et aqua.
 Boetius in aere et ignem.

lib. di. Van.
Sci. cap. 51.

Diogenes Tyriacus, ut Agrippae fuit, cui adstruatur
 uano, dixit, animam esse aethera ore conceptum, de fixa faciem
 in pulmone, temperatum in Cordes diffusum in corpus,
 Alii aquam, ut Hippasus. alii hircinam fecinam, ut Gelodorus
 et Democritus.

Multi autem alij, inquit idem Agrippa, arbitrati sunt
 animam non corpusculum illud, sed illius quendam
 qualitatem uel Complexionem quae illius particulae sparsim,
 ut Seno Criticis. Sunt et alij qui dixerunt Animam non
 eam esse qualitatem, seu Complexionem, sed tanquam ad eju
 punctum aliquam aetherae corporis partem, uel cordis, uel cerebri,
 residuam, et inde totum corpus gubernantem; ex quorum
 numero sunt Archelaus et Chrysippus. Sunt rursus alij
 qui ad haec libenter quoddam opinati sunt, Animam ut
 punctum aliquam liberam, nulli corporis partem alligatam,
 sed ab omni determinato loco seclusam, et totum Cuique

De Animâ, C. 2. ^{um} 679

Corporis de parti præsentem, quod siue completio-
gennerit, siue aliud produxerit, tamen ex materia
gremio eductum sit. Hujus opinionis fuerunt
Xenophanes, Colophonius, et Aristonemus.

Ægyptii animam esse dicunt vim quandam in omnia
Corpora transmeantem. Chaldaei vero, eam virtutem
absque determinatâ formâ, omnes tamen, extrinsecum
suscripientem: omnes quidem in hoc conveniunt, quod
anima sit vim quodam ad movendum agilitas; vel esse
partium Corporalium Subtilium quandam harmoniam,
sed tamen ab ipsâ Corporis natura dependentem.

Marcus Antoninus dicit animam esse exhalationem
ex sanguine, vnde alibi dixerit, Ita vitum vitu cuiusque
hominis habere, et halitum a sanguine sublatum, et
Aerem inspiratum. lib. 5^o cap. 59^o
lib. 6^o cap. 16^o

Sed et supra hos omnes, sunt alij, inquit Agrippa, qui
dicunt Animam esse divinam quandam Substantiam totam
ac individuan, ac tota, ac cuiusque corporis parti præsentem,
ab incorporeo auctore taliter productam, et in sola agentis
Virtute, non ex materia gremio pendere. ejus opinionis
fuerunt Zoroastres, Hermes Trimegistes, Orpheus,
Lumenius, Formionius et alij quidam. loco supra
crito

Hæc de anima essentia ac Substantia fixaverunt philo-
sophi, non minimum, et patet, inter se dissidentibus, ac de anima
sedes non minor est, inter eode contentis. Plato de Democritus,
et Plato tunc re fuit, præcipuan animam sedem in Capite
esse dixerunt. Plato superciliorum jurastibus eam contineri-

lib. 4^o di. 1^o p. 1.
plac. cap. 1^o

680 Tractatus

ait. Erat situatur circa membranam Epicranidem. —
Zerophylus in, Cerebri ventriculæ illam ponit. Parmenides
in toto pectore. Epicurus, Socraticus in toto Cordis ac —
Spiritu circa cor Visant. Diogenes in cordis artivato
ventriculo spiritibus re fito. Empedocles in Sanguine, alij
in Cordi Collo. alij in tunica cordis. alij in diaphragmate.
aliqui continui illam dicunt toto illo spatio quod a Capite
ad diaphragmate transursum usque intrajacet. Pythagoras
vitalium partem circa cor: Spiritualem vero et rationem
in Capite ponit. Aristoteles et deliqui Nobiliorum
Philosophi in toto Corpore. Galenus autem in quatuor
Corporis particulis suam esse animam putat.

Agr. cap. 51.

163

De Animarum origine, æque ridiculer dicitur. alij
putant eam Agrippa, a mundi origine factam in Cælo
omnium hominum animas putant. Inter Philosophos unus est
de multis doctissimus Origenes, Augustinus quoque primi
parentis Animum Cæli in ortam putat, corpore antiquiorum,
idque postea tanquam aptum sibi contemplantium domicilium
voluntario motu exisset: quanquam ne hoc quidem satis
constantur affirmare videatur. Siquis profecto opinionem

2^a timas

Origo ducta in a Platone fabulæ, Veniam mentibus est
Deum omnium rerum, originem, constructorem Condito
Universo, divisit eas animas æquali cum Syderibus
numero, et singulas singulis assignavit, ac veluti in
vesiculam impostitæ, uniuscuius naturam illis ostendit,
legesque fatales ipsas exposuit. Alii dicunt animas
ad similitudinem Dei affectas atque formatas, in Corpore

De Animâ Q. 2. ^{um} 681

ab illo inspirari, quam Sententiam Ploti et
Manichæi tuentur, inquit Charonius, alij ex traduce
animam propagari putant; sic animam ab animâ
generari, quemadmodum a Corpore Corpore, in quâ
opinionem, inquit idem Charonius, Aristoteles, Cyrillus,
Tertullianus et alij Christiani fuisse. alij etiam
affirmant illam a Deo Creari, et Corporibus in fundi,
Ita in Infundendo Creatur, et Creando in fundatur.
Hæcque opinio apud Christianos hodie viget, quatuor
quædam istæ opinionum affirmativæ sunt; sed, alia
quintæ quædam est istis modestior, quæ nihil tuetur,
nihil affirmat, nihilque definit. dicit autem rem
istam hominibus esse incognitam atque absconditam.
Cujus Sententiæ fuerunt Augustinus ipse, et
Gregorius Nazænzensis Episcopus. quæ quidem opinio
non tam rarissima quam prudentissima videri debet.
Ceterum enim est, partem illam Animalis, quæ animâ
dicitur, nobis cum Corpore advenire, quandoquidem
cum illo eam Crescere et Senescere videmus.
Ideoque ejus origo non omnino, hoc sensu, nobis in
abscondita et incognita; sed mortalem illam penitus
esse, constat, de quo Capite sequenti diffuse tractabimus.
Ex tam discordantibus super hæc re opinionibus,
Incomprehensibilem esse Animam quidam dicunt.
et Zenonem id de Animâ Sensitive hæc ut refert,
nunquam illam reperiri posse, quanta libet, quæ in
conficiat spatia, adeo profundam ejus esse rationem

lib. 1. d. 3. cap.
cap. 15.

Tractatus

Lug. 10^o

Plato vero scribit, Solus quidem corpore quemvis
 hominem videre; animam autem suam neminem
 videre, neque aliorum etiam corporum animalium,
 neque viventium, neque inorientium. quare cum nullo
 corporum sensu totum hoc genus percipi queat,
 intelligentiam solam comprehendendi posse spes magna est,
 item istam mentem solam concipi affirmare, negare
 priorum esse illam comprehendendi potest, cum nihil in
 intellectu sit, quod non prius fuerit in sensu, ut
 alibi disputavimus, et tunc non comprehendendi
 potest anima, igitur incomprehensibilem illam esse
 fatendum est. quae fuit Galeni quoque opinio, sic-
 cum dixi, inquirere autem de anima substantia, an
 sit corpora, neque cesset quando corpori aliquid accedit,
 quin animalis virtute afficiatur, aut sit potius
 conjunctum aliquid corpori adveniens, aut vis aliqua
 animi, cui, cum corpore gignitur, qualitativa
 ejus conveniunt, illis relinquo qui hoc se demonstrare
 posse persuadent. et Seneca, Nos, inquit, animam
 habere scimus; at quid sit animus, uti sit, qualis
 sit, et unde, nescimus, quibus adsignatur Cardanus
 dicens, Ceterum cum nullam juveniam opinionem
 efficienti demonstratione comprobatur, fatior me de
 anima substantia dubitare, nec habere probabile aliquid
 quod affirmem, sic, et res ita nihil comprehensum est, et
 veritate hominem de se. incomprehensibilem eam esse
 omnino sicutur superiorum contraria, quae, inquit, ille,
 cap. 5^o

2
 lib. de univ.
 manifest.

3
 Epist. vii.

4
 lib. de ani.
 immort.

5
 lib. 2^o de
 cap. 5^o

De Anima, Cap. 2^{um} 683

Hic ipsi qui de Anima disputaverunt, alij non esse
 Animam dixerunt, ut Dico antea intelleximus, alij
 esse, alij vero assentum retinuerunt. Hanc controuersiam
 si quidem indijudicabilem esse dixerim Dogmatici, eo ipso
 concedent animam incomprehensibilitatem. Hinc indijudicabilem,
 quo eam dijudicatum suam, dicunt. Sente enim non possunt,
 quod eam intellectu percipi, rationeque intelligi contendant. Sin
 etiam diuocata, id est, menti, seu cogitatione dijudicatum
 illi responderint; In Anima de nullo minuitur quam de
 diuocata constare dicunt. Neque, ut ostendunt hi qui de
 existentia quidem animam in se Confiteruntur; at de
 diuocata in Magna diffinitione versantur. Si ergo diuocata
 animam volumus Comprehendere, et Controuersiam quae de
 ea in iudicare, eo de quo maior in quaestio id dijudicare et
 confirmare de quo minor est quaestio volumus; quod absurdum
 est. Itaque ne diuocata quidem, ea quae de anima in
 Controuersia dijudicatur; atque ita nihil est quod
 dijudicetur. quod si in, animam incomprehensibilem
 esse necesse est.

Haec tandem Enarraui, ut Cum Latina Philo sopho in eadem hij Verissim.
Gentili.
 reconcudam, ut Controuersiam quae in Philo sophorum est
 opinionibus, pati facerem, et inquisitionem rerum quam
 suscipiunt in finem vagari, et nullo termino contineri,
 eorumque finem esse inexplabilem atque inutilem, quippe
 quod nulla res euidenti et ratione perspicua confirmetur,
 qua propter ridiculum omnino videtur affirmare animam
 immortalem. Cum ejus substantia prorsus ignoretur, An

9
Tractatus

Sic Corpora, an incorporea, in quo loco versetur, et
 unde procedat, si que etiam incomprehensibilitate
 existimata. quibus enim argumentis et rationibus
 stabiliri potest immortalitate, quae, cui rei tribuatur,
 adhuc incertum est. Nam, omnium dissidentium de
 illa opinionum regi potest quam alibi, fides adhiberi
 debere non videtur. Quoties si opinionum ista res
 Considerentur, nihil firmius, nihil futurius
 esse praesertur. Unde supra Citatur firmius haec
 omnia vident, si verbis, defatigatus jam sum
 sussum ac deorsum opinionibus jactatur, quousque
 tandem talia edoccor, vix tamen nihil addisco. Haec
 igitur quid aliud nominanda sunt, quam porositum,
 aut demencia, aut insania, aut haec simul omnia.
 Quod si aliquid inuenimus Philosopher, aut eadem
 profuturam, aut alia alij. Assentiantur, tunc vix illis
 libere obtemperabo; verum illi animum diuellunt
 atque in diuersa parte haerunt, alius in aliam
 naturam, alius in aliam essentiam, materiam ex
 materia, mutantem, sicut autem me crebra rerum
 Conuersionum molestia ferret, nunc immortalis sum et
 gaudeo, nunc contra mortalis fio, et plerumque in
 Individua Corpora saluo: aqua fio, fio aer, fio ignis,
 paulo post nec aërem nec ignem, sed firmam me. Facite
 pitrem etiam, itaque vicissim fratres habeo Delphinos.
 Cum igitur vana sint, quae de Anima profertur, res,
 nec quidquam in hac re certum sit, manet firmum est

1617

De Animâ C. 2. ^{um} 684

ejus immortalitatem esse signentium, & absque
in animâ eam affirmari non potes. quin, nisi quamvis
Certa & perspecta illius substantia esse potes; non
dubium est quin de ejus mortalitate potius constaret,
quam de immortalitate, nam qui illam immortalen
Assumunt, in corpoream dicunt, si que naturam seipsum
momentum illam esse affirmant, vel substantiam
spiritualem, vel mentem, vel nomen Registrum
momentum, vel actum primum corporis de organici, vel
aliud quod prae aequo obscurum, quod omnia sunt
profunde imperceptibilia, et inconprehensibilia, qui
Animam mortalem affirmant corpoream illam afferunt,
in hisque dicunt quod non facile Convicti possis. —
facilius enim multo est sibi persuadere animam
esse, V. g. Aerem ore Conceptum, de sine fuchum
in pulmone, temperatum in Corde, et per totum
corpus diffusum; quam numeros, Instabilitatem,
et similia verborum proteritas, praeterita cum
illam nasci, vivere, pati, atque affici cum
Corpore Certum sit, quid prohibet credere
eandem cum illo habere naturam simulque eam,
quae simul nascuntur, simulque vivunt. adde
quod cum sit cum Corpore per generationem
facta (Nam sol et homo generare hominem
dicuntur) et junctis componatur, et Capiti
sequenti ostendemus, non difficile est credere,
illam mortalem atque corruptibilem esse; quidquid

lib. d. Thunus.
uni. cap. 9.

animi generatur, corrumpitur quoque, Hinc anima
non est immortalis. Inque quid quid de eius affirmatur
immortalitati, figmentum esse manifestum est.

In his proxiimas animae definitiones, duae sunt
potissimum quibus immortalitati ejus augmenta
juntur, nempe illam esse Harmoniam, id est, Calidi,
frigidi, siccis et humidis partem contrarietatem, et actum
corporis organici, formamque per se existentem. Haec duae
definitiones in scholis celebratissime olim a Nunc primam
sententiam hinc. Primam Platonis; Alteram Aristotelis
sectatores hinc. Hanc secundam Christiana Religio admittit
verum, et si haec duae definitiones animae essent propriae,
non jure tamen illius immortalitatem induci potest. Primam
simis adhibere loca disputant. hoc modo refellit, in
Platone. Si Harmonia quaedam in anima, nimirum ubi
laxatum fuerit iudice Corporis nostrum, aut jure a
morbis et malis aliis, necesse est statim ipsam, etiam si
divinissima sit, perire, quemadmodum etiam alia Harmonia
perirent, tum in suis, tum in operibus operibus omnibus:
reliquae autem animaeque Corporis ad multum hinc
permanere, donec aut comburantur aut computrescant. Unde
igitur quod ad hunc sermonem sic dicendum, si quis celet
animam esse temperantem eorum quae sunt in Corporis
ipsamque partem in corpore, de Anima autem et de
Harmonia eadem dici posse; scilicet res mortales esse, paulo
superius idem sententias ostendit dicens, quod Harmonia, hanc hinc
ac anima, nec videri possit et in corpore et penitus peritura.

De Animâ Cap. 2.^{um} 687

atque Divina sic in Lyra adaptantur. ipsa autem Lyra
et Chorda, corpora ac corpora, et composita ac hinc inde sunt,
ac mortali cognata. Nunquam autem fregit quis Lyram,
aut incidit, et rumpit chordas, si quis affirmaret eadem
ratione quâ Socrates de animâ, quod necesse sit adhuc
esse Harmoniam, & non fuisse; non magis negotii esset
Contradicere, Lyram quidem adhuc esse ruptis chordis,
et esse adhuc ipsas chordas, quæ mortaliis speciei essent;
Harmoniam autem fuisse, & prius quam mortaliis inesse;
quæ cum Divino ac immortali ejusdem nature et cognata
esset. Harmonia igitur licet sic Anima, tamen eam
manescere necesse est, Corpore, cui inhæret, præstante.
Plato, hic, et multæ alii in locis, et affirmet Animæ
immortalitatem, omnium jugiter voce adhibet, sed e jusde
Argumenta neminem persuadere posse videntur.
quibus sane nihil aliud opponi velim quàm quod Cicero, ^{1^o in scul.}
sub alterius præfata dicit, nimirum, se Platoni libere
qui de immortalitate animæ sunt diligenter evoluisse, et
quidem sapienter; sed miris quomodo, ait ille, dum ego
Assentior; Cum patii librum de mecum cytes de
immortalitate Animæ meæ cepi cogitare, assentio illa
omnis et labitur. et paulo post, Credamut igitur, inquit,
Sanctis a Platone hoc dissentientibus: quem enim omnibus
locis Divinum, quem Sapientissimum, quem Sanctissimum,
quem Homerum Philosophum appellat, hujus hanc unam
Sententiam de Animæ immortalitate non probat.
Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit perire,

Tractatus

Nasci autem animos; quod declinat eorum Similitudo qui procreantur, quæ etiam in Anguilla, non solum in Corporibus apparet: aliam autem afficit rationem, nihil esse quod doleat, quin id æquum quoque esse possit, quod autem in Mortuum Cadat, id etiam esse iustum: Dolere autem

¹
in lib. quodammodo
mora de 7 cap 3^o
a 9^o dicitur.
Epocr. et Plat.

Animos, ergo et iustitiam. Galenus Item contra Platonem, Cum videret hominem ex nimio calore cerebri delirare, et medicamentorum frigidorum applicatione mentem recuperare. Item animam Savari a Corpore valde refrigerata vel exalefacta, vel exsiccata, aut humectata cerebro, omnino mortalem illam affirmavit. Nam, inquit, si immortalis es, ut Plato affirmat, cur hæc ita eveniunt? Sultit hic fecisset Plato, si causam fugerit rei, quemadmodum et reliqua Conscriptisset.

²
de immort. animi
cap. 9^o

Contra aliam de finitionem, animæ immortalitatem inducentem, Pomponatius dicit, in eo quod affirmatur, animam esse vere formam hominis, Imaginari est valde difficile, quod unum potest existere, qualis anima est secundum Aristotem, sic vere forma. quare D. Gregorius Nissanus, ut scribit D. Thomas de eo, Cum vidit Aristotem dicere Animam esse Actum Corporis, dixit Aristotem credere animam humanam esse Corruptibilem, quia forma potest existere non potest esse actus corporis organici. ³ Cum autem vere secundum eundem Aristotem, Anima sit actus corporis organici in omni opere dependat ab organo, sicut tanquam Subjecto, sicut tanquam objecto; nunquam ergo totaliter absolvetur ab organo. *Quibus*

³
id. cap. 4^o

De Animâ C. 2. ^{um} 689

ab organo. Hinc neque immaterialis neque immortalis
erit. ad concludendam materialitatem et inseparabilitatem
a corpore sufficit, secundum ipsum Aristotelen, quod si vel
virtus organica, vel si non organica, saltem quod sine objecto
materiali atque Corporali non possit exire in opus, dici enim
p^o de anima quod sine intellectu si phantasia, sine non si
sine phantasia, non contingit ipsum separari: cum autem
separabilitate inseparabilitati opponatur, disjunctivaque
affirmativa contradicte copulativa affirmativa facta de partibus
oppositis: si igitur ad Inseparabilitatem sufficit affirmativa
vel esse in organo tanquam in Subjecto, vel a se ipso dependere,
tanquam ab objecto: igitur ad separabilitatem conjunctionem
requiritur, neque dependere ab organo tanquam a Subjecto,
neque tanquam ab objecto, saltem in aliquo sui operatione, quod
cum ita sit, quomodo certi fixos posse animam esse
immaterialem atque immortalem præcipue cum dicat Averroës
quod necesse est intelligentiam Phantasmatæ speculati, æquilibet
somo hoc existit in se ipso, et lætis organorum
demonstrat, igitur ex adductis de functione animam im-
mortalem Conzertum esse, quod in supra capite sequenti
diffusius exponemus.

Alia jam pro anima immortalitate solent afferre argumenta,
quæ validissima sunt. Primum, quod videtur ratione, neque
enim aliud habere dicunt quo ab alijs animantibus distingui
posse credatur, aliud nempe fringere non contingit, sed
vide res dicitur in Cardano, quidnam si hæc, hinc quam præca-
rare? nam ratio nihil aliud est quam vis quædam resistendi ex

lib. de immort.
ani.

M. M. M.

and Imaginatione in aliam, tum ex cogitationes in cogitationem;
 Verum multiplicata, non sicut quàm ex simplici nodo retia
 constituuntur. omnia hæc conjungunt admirabilia, ars, consilium,
 scientia, prudentia, sapientia; augmento est, quod in vitiis,
 quibus non facile illa reperitur, quos ingenio laudare dicimus,
 nihil horum forme videtur. non igitur per hoc immortalitate
 animæ rectè probatur; neque enim in homine plus rationis
 aut intelligentiæ est, quam in ceteris animalibus; quod
 Plato animadvertit atque perspicere, etiam belluarum
 ceterarum, modo perfecti essent generis, animam dixit habere
 immortalam, & in illis aliquid esse divinum, ac bonum illum
 qui sub clauâ concidit, & gallinam que nobis singulis diebus
 ova parit, Dumquidam estis. sed vis scire in nobis nihil
 esse præter sentium, animamque nostram ab eo penitus
 dependere, nihilque esse, separatam a Corpore, hæud sicut ac
 ceterorum animalium animam. Cum dormimus quasi es,
 remittit omnem Cogitationem, ac denique Cum excitatur intelligit
 & animo omni caruit. An putas si tam leuis ille diffuset,
 in tanta perturbatione qualis morte accidit, non permanere
 posse. sed maneat; namquid Mundo existens æterno, numerus
 ille infinitus adhuc superest. omnia que animæ plena
 sunt. nec tamen sufficiunt, quoniam infinito Cupendo nullus
 est capacitas sufficit. Verum, hoc tolerabile, illud plane
 absurdissimum, quod Cum infinitus sit hoc numerus,
 accamen, in dies singulorum semper augetur. si et hoc
 credamus quod animæ ipse sit immortalis, hunc, qualiter
 hoc contingat, nemini Equo usque Computum. nisi qui potest

De Animâ C. 2. ¹¹⁰⁰ 691

voluntate quâdam ineptâ, quâ etiam regna & imperia
 solemniter optare, quam vllâ ratione, ad tantum ac adco
 inaccessam hinc ferimur. Quod si ja ist, quam iniqua in
 hoc partitio, Cum tot homines in Insulâ novâ hâ reperire
 hoc nesciant, nesciverint que: tum vero antiquo tempore
 gentes fore omnes hoc ignorabant. Ergo sic, ne solum
 nobis illudi, ac quasi prostrigere mentem juvulet, sed, ad
 alia pro animâ immortalitate argumenta, redeamus. Et
 Alarum immortalitate animâ argumentum adducunt; —
 quod fideliter, naturâ impulsu immortalia appetat, ut ostendant
 quicunque, procreationem liberorum, nominis propagationem,
 sepulchrorum monumenta, ipsa stlogia, et cetera, alia ad
 immortalitatem, rerum perpetuam, ardentia, curant, neque
 curam aut curâ, hoc homines curant, nisi curam futurâ, ¹ *in* *hunc*
 et postera scuta, ad se pertinere cogitarent, quod est
 Argumentum, parva ille, Naturam ipsam de animarum
 immortalitate tacitam judicare. Placita, inquit, Natura
 nihil facit frustra; ideoque animam immortalitate esse
 prædixam necesse est. Cum appetat immortalitas; appetit
 animâ istâ frustra datur a Naturâ non videtur, verum in
 hoc non minimum erratur, et ad id responsio facilis est.
 Nam qui talia proferunt, non vident in Animantibus
 appetitum esse aliorum ordinatum, aliorum inordinatum, sed a
 ratione & naturâ, hoc a Stultitiâ & infantiâ proficisci,
 rationique esse penitus contrarium. At, Natura Nullum
 hominibus tribuit appetitum qui ipsi contrarius esse possit.
 Appetitum autem impotibilem omnino naturâ aduifiter

692 *Tractatus*

et est plane inordinatur. Immortalitatem vero appetere
 est, quod testatur Aristoteles 3.^o 82. Dicens voluntatem
 quidem esse impossibilem, veluti in appetendo immortalitatem.
 Itaque ejusmodi appetitus est inordinatur et a Natura
 abhorretur. Igitur Stultum est talis appetere; tantum ergo
 abest, ut inde immortalitatis animam argumenta sumantur,
 quod stultitia potius et dementia iudicium. Ut, quare hunc
 immortalitatis appetitum, frustra in hominis voluntate
 esse, natura non reprobatur, ad hoc, absurdum penitus
 esse dicere, quod, quia natura nihil facit frustra, si
 desiderium adificandi, aut potentiam aut divitias acquirendi,
 aut aliud simile, in appetitu form. ingeneretur, ejusmodi
 desiderio, in hac vita non consecuto, necesse sit illud, non
 hanc vitam, in altera, affectum suum sortiri. Sed quia
 perpetuitatem nominis, sepulchris, monumentis, Elegiis,
 liberorum procreatione, et aliis ab infamia manantibus,
 natura quodam modo appetitur, Animam nostram esse
 immortalitatem donatam. si hanc persuasionem omnino
 Stultum est, qui suam vitam consequi non potest, magis
 se non esse. Consecuturum regis putaverit, et perpetuitatem
 nominis quis, in concepto illius desiderio, unquam in
 adeptus. Similiter ex immortalitatis appetitu, illam
 consequi posse nullus non infelix existimaverit. Itaque
 cum voluntas nostra non sit nisi in animam intellectivam,
 et appetendo immortalitatem, appetat impossibilem,
 anima humana non potest dici immortalis: et illius
 appetitus vanus sum atque peris. adde a ratio ejusmodi

De Anima Q. 2. ^{uno} 693

vera esse, ut, nimirum anima immortalis esse,
ex eo quod nominis perpetuitatem, & reliqua ejusmodi
inania appetiva, valere tantum proter qui ex
Laborum desiderio. quanti autem sunt, qui nullo
forum appetitum capiuntur. Multique istud non
ducuntur affectibus. At, istorum saltem hominum
mortalis anima necessario diceretur, quod absurdum.
Ergo absurdum etiam est argumenta immortalitatis
petere a pravis infanorum concupiscentiis.

Maximum certitudinis et veritatis argumentum
in obscuris sunt experimenta, quae reflectere, & possibile
est, ideoque ad probandam, imò, ad demonstrandam
Anima immortalitatem, solent narrare mortuorum
apparitiones, spectrorum, & haustasmatum, quia
etiam mortuorum resurrectionem futuram esse
constantur, & quam plurimorum jam resurrexisse
affirmant, et fabulosa ejusmodi narrationibus
peruadere volunt id quod ratione non possunt, quo
nihil quoquam ridiculius cogitari potest. Nam
primum, quae circa ejusmodi apparitiones fiuntur,
adeo sunt caeca & inania in mentis imbecille
solam ipsi decipi atque terri quae, apud omnes populos
ac nationes, ejusmodi fabulae aulicae semper vigent.
unde Venae fixae quaedam sinus, manes à Sepulchris
evocare dicebantur.

Vidi saepe animas juis exire Sepulchris.
Nupit poeta, jade falsa illa Lemurum, Larvarum,

Tractatus.

Lamiarum, cantharum, manium, spectrorum, —
 Phantasmatum, geniorum et Daemonum opinioniones prodiores,
 quae omnes fabulae absurdae olim ex Ethnicâ Religione,
 in quâ magnâ cum Superstitione vixit credere, et
 divulgatissima fuerunt, in Christianam cum pari
 insaniâ transiit, vel etiam cum majore: Nam
 Purgatori locum confictus est, qui in finitarum prope
 apparitionum fons et origo dici potest. Cum enim
 de functionum animae Purgatori, quibus tradi-
 fingantur, antequam ad perfectam consummatamque
 felicitatem perveniant, eas quae circumstantibus precibus
 solvi atque liberari posse credantur, datur locus huc
 opinioni, illas nimirum arduitate preces, vota et
 sacrificia continuo postulare, et Saevissime apparere
 non hoc exprocent. Infinita fabulae de haec fuorum
 excogitatae, quae non minus falsa sunt, quam quae
 apud Ethnicos pro veris habebantur, non enim
 alia sunt Spectra haec a Phantasmatibus quae
 Christianis, quam quae Ethnicis apparere nihil
 creduntur: de utrisque figmenta persuadere a se
 affirmare. Si quaedam illae apparitiones sunt, eas
 a sola vi imaginationis per timorem aut desiderium
 et solidâ credulitate, et anticipata opinione
 proficiscendum, mota, formari, recte crediderimus
 quod et ostendatur. Verum exemplum arguente erit

Plat. in vita
 Socr. cap. 9.

Qui, per se pro Platarchus, cum profundâ quâdam
 meditatione animus ejus detineretur, spectrum

De Anima Cap. 2. ^{um} 695

apparuisse dicitur, et cum etiam allocutum. Verum
si soli visum esse, a veniente autem visum, aut
conspicuum aut auditum. Cum vero Cassio narraisset
id quod se vidisse putabat, Cassius ejusmodi praevidens
illusiones, non videmus, inquit, neque patimur ea
omnia quae videmus et pati proclamare: sensus hominum
sunt fallaces et incerti, atque ab intellectu, quo nihil
levius, facile inveniuntur, et formas quascumque
recipiunt, haud secus ac in Cera varia et qualibet
figurae facile imprimuntur. Sic, animus, qui in se
omnem agendi et patiendi vim habet, facillime
potest, modo illam, modo aliam figuram suscipere,
quod manifeste ostendunt varia somniorum species,
quae sunt imaginativa aut intellectiva forma modo in
varias mutae figurae, quia intellectus proprietas
est semper motus: motus autem ipsius nihil aliud est
quam imaginatio. praeterea corpus curis atque vigilis
confectum, quasi perturbatum est sede sua directum
Animum suspendit ac detinet. Boni, et Pi. Demones, et
geniique, existere, nullo modo verisimile est, eos, aut formas
humanas habere, aut voces edere, aut alii quibusdam
pollere facultatibus, quae ratione humani percipi possent.
Erit neque apparere esse probabile; sistendum Cassij
rationibus mens Bruti quiescit. in quo licet conjicere,
spectum illud non vere apparuisse, sed Animum illationem
tantum patitur esse, vel potius Somnium: fieri enim
potest, ut tunc Animo Spiritus fuerit, ut saepe hinc multum

696 Tractatus

accidere videmus, qui ex meditatione vehementi et
 cogitatione valida, in Somnum jacti labuntur: hinc
 multa vident, vel potius videre putant, quae Somnia
 sunt: et exspecti, haec vera esse credunt, quia species
 ejusmodi imaginatio adeo firmiter confirmat ac retinet,
 ut, neque luctu, neque vigilia, illas delere possit, quod
 minime videri non debet, cum vis imaginativa tanta
 sit, ut etiam conceptam rei alicujus imaginem
 multum dum pregnans est, facti Imagines valeat,
 quia etiam Spectra et apparitiones quae ab Exemum
 jactantibus olim ritas esse dicebantur, (si forte vera sunt
 haec) ex ejusmodi Imaginatione rei procedunt erant
 illusiones, et haec omnia Solitudo ipsa, ut Cardanus
 illorum tam acere bellum oritur ut ex eo quod unus quisque
 horum vel a legibus, vel a secta alicujus dogmatibus atque
 preceptis pendunt, nec audent aliud de funderere quam quod —
 illis imperant et tradunt. Non vero qui legum hujusmodi
 executione, nullique sectae adhaeremus, nisi in quantum
 rationi consentiat ac naturali consensit, quid de felicitate
 sentiendum existimemus, declarabimus, non ex opinione,
 sed ex sapientum duce & magistra ratione.

Igitur felicitate vivere, est secundum naturam eius —
 convenienter vivere. hoc est finis ab omnibus sapientibus
 aequo peroptatus. Cleanthes inter primos, ut Clemens
 Alexandrinus testatur, convenienter naturae vivere, in recta —
 ratione ac ratiocinatione finem esse censet, quod in electione
 eorum quae secundum naturam sunt, positum arbitrat. opus
 auditur Antipatri, in iis quae sunt secundum naturam, —
 assidue & sine lapsu eligendis, abjiciendis autem contrariis.
 Archidemus eligentem vivere ea quae secundum naturam
 sunt maxima & praecipua; nec posse ea transire, sanatus
 vivere secundum appetitione iustitiae & naturae. Sed primus
 omnium, ait Laertius, Zeno dixit finem esse consentaneum
 secundum naturam vivere. & Diogenes etiam finem de finis
 rationi recte obtemperare in eis eligendis quae secundum
 naturam sunt.

Secundum naturam autem vivere, inquit Cato Laertius,
 est secundum virtutem vivere: ad eam quippe nos natura

1
 Stomat 11^o

2
 Thyrus 2^o

3
 Nid³

De Vita secundum naturam. Cap. 1.^o 915

acti. et secundum virtutem vivere, idem est, quod secundum
experientiam eorum quae secundum naturam accidunt, vivere.
Natura enim universi cum natura nostra, idcirco finit
facit consentaneum secundum naturam vivere: idque est, —
secundum suam atque universorum naturam, nihil eorum
faciendo, quae a communi lege prohibentur; quae ex recta ratio
in omnem pervenit, per naturam etiam, Christianus
Communem intelligit, non tantum humanam solum, quippe
particularem; sed communem, quam sequi oportere dicit.
Et quibus intelligendum est Naturae convenientiam et
finem, esse, vivere secundum virtutem; id est, secundum
experientiam eorum quae secundum communem omnium
tam brutorum quam hominum naturam, sunt; nihil
faciendo eorum quae ab illa communi lege prohibentur,
ex qua recta ratio a Natura unicuique animalium iudicat,
quae quid sit fugiendum, quid sequendum suadet. Hoc
autem referri debet ad supra dictam sancti sententiam;
vivere videlicet, secundum appetitiones a Natura iustas
quae haud dubie circa malum proprium fugiendum,
et circa bonum etiam proprium sequendum versantur,
appetitio enim est affectus in voluntate repositus,
qui virtute bonum, vel virtute malum proprium
illam movet et iustinat, prout ab objecto excitatur.
Hinc experientiam eorum quae secundum naturam
sunt, nihil aliud esse perspicuum est, quam —
appetitiones unicuique animalium a natura iudicatas,
ad bonum proprium amplectendum, et ad malum etiam

Tractatus

proprium deuitandum. experimur enim Vniuersis
 aque animantibus Gas appetitiones pressis: eorum
 nullius hęc priuatur extat, ut potè omnino ad
 animantium conseruationem necessariis; ad quam
 primo Natura respicit. Summa illius lex est, ut omne
 animal sui curam gerat, et conseruationi proprie
 prospiciat: quam legem omnibus animantibus habere. hoc
 fuit Zenonis hęcque Sectarum sententia, dicebant enim,
 ut re fert Laertius, Naturam omnibus animantibus
 ingenisse appetitionem unicuique seipsum seruandi
 atque tuendi: est istius rei commendationem et notionem
 primum esse proprium Cuiusue animalis, neque enim
 fas erat animal ipsum vel ab se alienum fieri, vel
 non maxime sibi propinquum fieri: dicendum ergo est
 naturam maximè concordia et charitate ipsum sibi
 deuinxisse, Sic enim et sibi noxia proppellit, et quo sunt
 vitia suscipit. hoc maxime ostendit bonum proprium
 sequi, et malum etiam proprium vitare, primam esse
 naturæ legem: hinc unicam et solam. nam quidquid
 desiderare aut facere possit animal, ad hoc duo pertinet,
 ut bonum amplectatur, et malum fugiat. quia videlicet
 ad eius conseruationem id omnino confert, et omne
 quod vitat sui curam maxime gerit. Primum sibi
 ipsi conciliatur animal, ait sententia; debet enim esse
 aliquid ad quod alia omnia referantur; voluptatem peti;
 Cui. mihi. ergo mei curam ago. dolorem refugio, pro quo

h, vna Zenon.

Epist. 171

De vitâ s'dum naturâ. C. 1.^o 917

pro me. ergo mei curam ago. si omnia propter
mei curam facio, aut omnia est mei cura. Fac
Animalibus jam cunctis: nec inservitur, sed innascitur.
producit factus suae naturae, non abjicit; et quia tutela
ex proximo certissima est, sibi quisque Commisus est.
Omne Animalium genus Fac Naturae lege stat
atque protegitur: sibi prospiciendo conservatur, et se
conservet sibi primum Consulit.

Primariae civilis Societatis Leges, quas à Deo manasse
latores illarum mentiri sum, videlicet, Neminem
ludere. Dilige proximum tuum sicut te ipsum:
alteri ne feceris quod tibi fieri non vis. non
hominum Decorum leges sunt, sed ipsius Naturae;
et ad supradictam illius legem, Animalium videlicet
conservationem, omnino referuntur. Nam, qui alium
ludit, ludendo vindictam provocat: sic, ludetur et
ipse vicissim, ludetur enim et ludi, conjunctum est, aut
hinc; et injuriam injuriâ rependere, vicique vi
repellere natura omnibus praecipit ac docet, quod
absque magnâ perturbatione accidere non potest.
quare sibi ipsi prospicit et consulit qui Neminem
ludit, bonumque sequitur quod ad se ipsum potius
pertinet, quam ad alium; et ad sui conservationem
proximum respicit. sui tutela requirit ut alii sua abs
se illati. sic neminem ludere, idem est atque se
ipsum Conservare. unde Sapienter dictum est, dilige
proximum tuum sicut te ipsum; quia, scilicet, Cum

918 *Tractatus*

Cum diligimus, non laedimus illum; nec nocendi locum ei praebemus; et hoc modo nos ipsos conservamus. illud jhm optime Constitutum est, alteri ne fecerit, quod tibi fieri non vis. nam alterum injuria afficiendo, cogitare debet unusquisque, cum qui laeditur, vicem repensurum. et quia nullus ceptus esse, qui laedi & affici injuria voluerit; recte praecipitur, ut quisquam faciat quod sibi fieri noluisset. quod si forte aliquis reperiretur qui injuriam sibi inferri velle; laedendo non peccaret, quia eidem injuria se se subiceret. venum nullum animal est, nisi ferissimum & insannum, in quod ejusmodi mende ac voluntate cadat; quia si sui cura & conservatione illi a natura iudicio recederet, quod secundum naturam esse non videtur. Imo ejus legibus id adversari omnino inani factum est, quae in sui ipsius Conservatione solummodo versatur. Eodem modo natura prosperis re omnium animalium staret societate; & singula etiam universis prospicere & consulere voluit, dum sibi unum quodque consulere jussit. et Conservationem omnium in uniuscujusque tutela Sapienter Constituit. hoc autem est ratio illa recta in omnium animalium perveniens; et Per communis, a Natura omniumque hinc Animalium ingenerata. hoc etiam est Summa equitate; et hoc nuncupatur nomine, quia omniumque animalibus aequae sunt. iustitia Consummata dici quoque potest; quia iustitia est unicuique suum reddere. At, nihil

De Vita secundum naturam. Cap. 11. 99

magis unicuique suum est, quam sui ipsius
conservatio. quidquid hoc finem transgreditur, naturam
desinit. nam omnium motus qui extra nos est, a
natura recessus est. idcirco Natura statuit, ut
tenusque in omnibus suis operationibus ad
bonum proprium sibi maxime conveniendum primum
respiceret; adeo ut sibi omne animal soli vivere
debere existimandum sit; et pro stultitia et insana
opinionem habendum omnino est quidquid ab hac
naturali lege nos remouet, ut, videlicet, illud est,
quod vulgo dicitur, non solum nobis sed etiam
aliis conueniendum esse. nisi forte id intelligatur,
eodem sensu, quo intelligi diximus, neminem esse
laudandum: et dicatur, nobis conueniendum, etiam aliis
nos conuenire; cum nobis prospiciendo et consulendo
aliis etiam prospiciamus et consulimus.
Certissimum enim est nihil aliud voluisse
naturam quam ut unum quodque animal sibi
consulere, et seipsum conservaret; et ideo omnia
propter se ipsum faceret. unde Aristippus, ut
Sextus refert, dicebat sapientiam sui ipsius
gratia cuncta facturum. alium quippe neminem
a quo ac se dignum arbitrari. Non vult natura
ut aliis nobis ipsa digniores et potiores arbitremur,
et eorum curam gerentes, nostri conservationem
relinquamus, et legi illius aduersemus, quae iubet, et
statuit ut primum ad conservationem nostram

Tractatus

respicimus, bonumque proprium amplectamur. qui
 hinc hoc agit et sequitur, secundum naturam vivit,
 secundum que appetitiones omnium animalium ab eâ
 ingeneratas.

Verum appetitiones istæ omnibus animalibus ingeneratæ,
 aliis aliis sunt: eadem quidem, sed diverso modo, plus aliis,
 minus aliis, vehementius quibusdam: quibusdam etiam placida,
 V.g. amoris appetitur, qui omnino naturalis est, non in vi
 vehementis æque fundet. quidam illo quasi furore quodam
 rapiuntur: Alij hunc placide tantum sequuntur, ita aliorum
 concitæ et inflammata, sæpiissime usque ad insaniam; alios
 vix movet quidem; alii intemperant, alij temperant,
 alii sobrii, alij ventri ac gula dediti sunt, et sic de
 ceteris naturalibus affectibus, que diuersitas
 appetitionum procedit a dispositione quam cuiusque
 animalium natura nascendo tribuit. Itaque prout enim
 quodque constitutum est, sic agit et operatur, ejusmodi
 autem dispositio est ipsum temperamentum quod quatuor
 primæ qualitatis constat, Calido nempe et frigido, sicco
 et humido. Itaque quatuor humoribus, sanguine, bili, et
 melancholicâ, prout qualitates istæ, humores quoque ordinantur,
 temperamentum ita ordinatum, et appetitus affectusque
 secundum hoc constituuntur. unde Aristoteles dicit, alios
 audaces et hincerricos: alios facinorosos, alios misericordes,
 alios timidos per naturam institui. Quia etiam
 sapientiæ quoque et intelligentiæ vim corporis constitutioni
 lib. 2. d. part. act. 1. et illius habitus quodam pendere facili

1
 Probl. det. 30

lib. 2. d. part.
 animal. cap. 2.

De vitâ solum Natur. C. 1.^o 92

Nam dicitur robore efficaciorum esse Sanguinem qui
Pvassior, calidiorque. Sic: sed qui tenuior frigidiorque
Et. vim sentienti intelligendi que obtinere pleniorum.
Et in ips quoque hoc videtur quæ Sanguini proportionem
Respondenti, quam obrem apes et hujusmodi Animalia
Exanguia juguentionora esse multum sanguine carentibus:
nec non inter ea quæ Sanguinem habent, juguentionora
Suis contrariis esse, quæ Sanguinem habent frigidiorum
et tenuiorum, sed optime Constare quæ Calidum,
tenuum, et Sincerrum habent, quippe quæ in à et
tenuior corporis et anima ingenio plurimum valeant
Plato quoque et uniuerso corporis habitu animam affici
putat. Sâtenur pariter Cum videret tantam esse
animi cum Corpore copulam, Animam non solum sui
corporis impericem equi, sed animam nihil aliud
esse putavit, quam aqua libentium humorum omnium in
corpore temperationem, ut animi mores hmprementum
omniño sequantur. hmprementum vero animum quodque
Animal sortiri secundum variorum humorum Sine atque
habitu; ut ex frigido, Calido, Humido, et Siccis quæ in
hocior dominantur ubi animalia nascuntur, et degunt. in hujus
et aqua quæ potant, et hujus quæ manducant, et hujus quæ
spirant, (nam et hoc ad Corporis habitum non parum
conferunt) nasci alios Stultos, alios Sapientis, alios fortis et
Audaces, alios timidos, alios misericordes, alios crudeliter,
alios auaros, alios liberales, alios mendaces, alios
vices, alios fideles, alios infideles, alios turbulentos, alios

in timore
lib. quod
animos. hujus
corp. constit.

Tractatus

alios quietos, alios Credulos, alios incredulos; et
 tandem quoscunque mores a temperamento oriri, et
 afferre à l'ennée infinitote prope locore ex Hippocrati,
 Platone et Aristotele de sumptore qui affirmant omnes
 homines inter se differre moribus ac consuetudinibus,
 et illa temperamenti diversitate, et hoc videmus in cunctis
 nationibus, quæ quia corporum habitu diversæ sunt, —
 moribus etiam differunt. Bolemon et Adamantius, et
 referre Ioannes apostata, dicunt, Arcto quicunque
 subjacent, corpore este proceros, colore albo, capillis colore
 flavo albicantibus, et mollibus, oculis glaucis, limi, crassis
 curvibus, et fragrantibus, carne laxa, et ventricosi, sed
 iugum simplicis, animoti, leuissimi consilii, et inmo-
 præcipiti, ac stolidi. Contra qui meridies subjacent, nigri
 et nigri capillis, nigri oculis, gracilibus curvibus sunt,
 et disciplinæ parum apti, multimoda sententiæ, menti-
 leuæ, mendaces, dolosi, furaces, ac magis in omni
 alij aliis, quos magis contiguas regiones his inuolunt,
 vel locorum intercapedine se junyuntur. mediæ vero
 Regionis incolæ, mediam quoque habent figuram, et iugum
 Orientales et occidentales, quo magis ad meridiam vel
 Aquilonem accedunt, eò magis ipsi inter se differunt,
 qui extremis Lybiæ ora insident, et Nomades, et fileni,
 et Lybes. Æthiopiæ similes sunt; et tandem et
 cuncta complectar, Austriæ quidem omnibus sicum
 dominantur et calidam. Arctis contra, humidum et
 frigidum. alia vero regionæ quæ ad utraq; harum

lib. 1. de geog.
 cap. 10.

De Vita Sdum Natur. Cap. 1^u 92

Accedunt temperamento, effigie & moribus Similes
ipsae producant. Sed Cur plurimae in locis hae
quarant, causa est, quod alii alio transferant Sedes,
& confunduntur nationes; ut, si Phoenices nauigarent
in Italiam, & Itali in Phoenicem: Bithy in, Assyriam,
Assyrii in Bithyiam, & sic de aliis. Ita vero morum
& temperamentorum diuersitas non solum in illis reperitur
provinciis & regionibus quae maximo interuallo sunt
distant: Sed, mirum est quantum illa & in ipsis etiam
locis qui contigui sunt; imo in hominibus ipsae
Regulibus qui eandem ciuitatem, eundemque locum incolunt:
quod quotidiana probat experientia. Quae de hominibus
& nationibus diximus, etiam in ceteris animalibus
videre licet. Nam Accipitres, Falcones, et Aquilae sunt
maiores & fortiores, in regionibus Aquilonem versus.
in frigidis enim terris magna Corpora nascuntur quae
copioso sanguine & spiritu abundant, unde Audacia et
feritas promittit. in aliorum vero regionibus, secundum
proportionem, vigor & audacia in eis spectatur. quam
diuersitatem diuersa loca efficiunt, stridit, quod montana
& Aspera sua bestia reddunt, & aspectu efferae
& viribus robustiores quam plana & molliora, ut author
est Aristoteles, igitur Cuncta Animantia temperamentis
& corporis dispositionum & locorum habitu sortiri est
manifestum. Animique affectus & appetitiones Sdum
istam naturalem constitutionem formari atque produci
constat. Quare, ut secundum Naturam, illiusq. legibus

1
lib. 8^o d. 1^o fist.
anim. cap. 28
& 29.

Tractatus

conueniunt vite ordine tur, unusquisque suam
 appetitionem, prout quomodocumque naturaliter constitutio,
 temperamentumque postulat, sequi debet; et nascitur,
 rite vivere potest; venereus, veniri vacare;
 Tracundus, ira motus sequi: timidus, timore
 affectibus duri: et tandem, omnibus affectibus
 atque appetitionibus suis indulgere: illudque in
 naturam sequi, et ejus legibus parere, sola
 animaliter prudentia, in hoc, modum aliquem status, et
 finem, considerando, quid illi utile sit, quidue noxium.
 Sed, utrumvisc eligat, naturam semper sequitur, quia
 ad bonum proprium et conservationem suam respicit.
 licet malum sequi videatur, tamen bonum est sub
 specie mali. Nihil enim ex omnibus quae ex
 natura proficiuntur, malum esse potest; hoc bonum
 semper inhæret. idcirco omnes animalium appetitiones
 bonae et optimae esse existimandum est; quia
 temperamentum et naturalem dispositionem omnino
 sequuntur.

Ex ista naturae bonitate quam in omnibus animalium
 appetitionibus inesse dicimus, effectum est, ut quidam
 arbitrentur, jure assenserint. Nihil naturam malum esse.
 Cyrenaici illud olim statuerunt, et dixerunt legibus
 tantum humanis, opinionibus, ac consuetudinibus,
 malum defini, non vero Naturam. Unde nihil
 quidquam esse secundum naturam illicitum ac nefas,
 sed cuncta esse licita, honesta, et optima. quod quomodocumque
 Argumento venim

100, Laetia
 rita arump.

De vitâ solum Naturæ? C. 1.^o 925

Argumento verum esse declarabant. Naturam
omniumque animalium sua Conservationis Curam et
Amorem ingeneravit, decrevitque ut quidquid facerent,
ad hanc potissimum respicerent, illudque tanquam
summum bonum prosequerentur. At, quod natura
Constituit, malum esse non potest; quia ad finem aliquem
utilem id haud dubie spectat. finis autem appetitionum
quæ omnibus Animalibus in sunt, est eorum Confirmatio.
igitur qualibet appetitione bona sunt; et bona ea
omnia ad quæ feruntur, quamvis mala videantur,
non sunt talia tamen, nisi respectivè. verum proprie
bona ea esse fatendum est, et primariò: V. g. alium
ludere appetitio quadam naturalis est, quæ, laud dicitur,
malum omnibus esse videtur, et ei præsertim qui
ludetur: sed, omninò bonum ei qui ludit. Cum autem
qui luditur, de injuriâ sibi illatâ vindictam sumit,
utrisque ludentium ludi: hinc et ludere, bonum esse
apparet: et respectivè solum, malum videtur: bonum
verò proprie et primariò. nam Cum verum et proprie
bonum illud sit ad quod primò natura respicit,
ludere autem sit prius quam ludi; sequitur,
secundum naturam, ludere bonum omninò esse, non
verò malum. bonum enim et malum unum idemq.
esse neutiquam possunt: ratio et hoc discrimen pla-
ponit, perpendendo, in animali bonum sit et utile, alium
ludere; tuncque ad sui confirmationem junctis appetitio,
illud inducet ad fugiendum aut sequendum, quod sibi
B. B. B.

Tractatus

esse bonum, vel non, perspenderit. Sed ad quodvis se
 applicaverit, id bonum esse secundum naturam esse
 existimandum; siue injuria, siue injuria vltro
 consideretur; et malum respectu tantum dici posse; At,
 non in moralibus solum id patet; sed etiam in
 Physicis. Nam, Aquae qui suapte natura bonae sunt
 omnino; multa tamen mala, inguita quae damna,
 illum interdum videntur inferre. Aqua Nam, Cuius
 furentis impetu tor et tanta vis commoda
 affere solet, bona tamen est, ventorum etiam
 valida vis, grandinum pondus, tribuli, Aspera,
 venena, et quidquid denique noxii et damnosum Natura
 generat: non, inquam, quidvis horum alio modo
 malum dici potest, quamvis mala facere plerumque
 videantur: Natura enim semper bonum intendit, et
 omnia ejus opera, sunt bona. animalia itaque,
 quae malum facere videntur, ad bonum hanc dubie per
 illud malum tendunt; videlicet, bonum proprium est, malum
 vero extraneum, et cum media sint ejusdem naturae et
 essentiae quam finis: istud malum, bonum dici debet;
 quandoquidem finis animalia sunt proprium sui ipsius
 bonum. quidam hominum dicunt, malum semper, quod
 malum hoc, sub specie boni, appeti. id est animalia,
 laedendo V. g. ad malum a Natura fieri, veluti malum,
 sed specie boni. verum, cur non a quo bonum quod
 bonum est, sed mali specie, appeti dicitur. Et laedendo
 ad bonum, tanquam bonum, sed specie mali, animalia

De Vita secundum Naturam. C. 1. 92

Impelli. potior quidem ratio est, credere, tanquam
bonum appeti sub specie mali, quam tanquam
malum sub specie boni; cum certum sit nullam
appetitionem, nisi bonam et optimam, Animalibus
Naturam ingenerasse, & justis ut cunctis in unum
ad bonum Cognatum atque Conveniens semper
ferrentur. Quare nullum naturam malum, nihil
illicitum, nihil inhonestum esse certo certius est.
quod quidem plurimi sapientissimi viri Satire
detestantur, Cum multa, quae legibus hominum
prohibentur, fieri permittunt. Et Theodorus, in
re sua Laestius, dicebat Sapientiam fuisse etiam
et adultis, & sacrilegio, Cum impetivum erit,
daturam operam. nihil, quippe, horum naturam esse
turpe, si auferatur de Graeco Vulgaris opinio, quae
est stultorum, imperitorum quae plebecula conflata est.
Quo Nam, Sapientiam gustatum etiam humanae
carnes, si ita case obtulerit; quod & Diogenes Cynicus
dixit non esse contra naturam. idem pro multorum
populorum etiam id ostenditur, qui hoc faciunt; unde
Antropophagi nuncupantur. vel etiam aliorum
ipsorum animalium, quae sua speciei carnem
manducare videmus; ut porcos, qui, dicitur, fardanus,
aliosque sui generis edunt, inoves Num. Cati: &
alia per multa animalia, nam haec non sunt
mala secundum naturam, sed juvenentium mala
sunt, & contra hominum Constitutionem, haec quidem

¹
In re
Anima

²
lib. 12. de
Sult.

Tractatus

1
Lact. in
vita Diogen.

Idem Candauo. Quide autem rei sane rationem
affert Diogenes, omnia in omnibus & per omnia
esse dicit; namque & in pane Carne esse, & in
oleo panem. Cum panis & corpora reliqua, in
omnibus per occultos quosdam meatus ac humores
ingenerentur, atque una euaporent. Zeno iam
Cum matre & filiatore concumbere secundum
naturam esse dixit. Item, Statuebat communem
esse debere uxorem. Porro, Demander, i septem
Græcæ Sapientibus, unum, in hæc etiam sententiâ
fuisse videtur, nihil, videlicet, naturâ malum esse.

2
in vita
Diogen.

Paestine enim refert, Matrem ejus Entrem
illius amore fementem, cum congrederetur, illo
non invito, tantoque flagitio acquiescent. Proterea
uxorem suam Melissam prægnantem, accipere in
calcibus percussit, ac accensu, pulicem pro sua
calumniâ, quos tamen postea igne cremavit, —
puerumque Lycophrona matri fletu iusto soluentem
abdicavit; atque in Corcyram agi præcepit: quem
Cum Corcyrenses invenissent, furiose accipere
eorum liberum ad Asiaticos præsecundum misit
quod si Sapiens ille, hæc mala esse putasset, non
dulcius est, quin ab illis se se abstinisset, et
ejusmodi appetitione coercisset.

Nihil autem est quod magis ostendat nullum
naturâ malum esse, quam varij & diversi cunctorum
Animantium more, qui ut, unicuique eorum quibus

De Vitâ. s. d. in Nat. C. 1. 11. 929

Ingenerantur maxime placent, & boni existimantur;
Ideò, mali nullomodo dici possunt: Natura enim unum
quodque horum sic constituit, ut ejus modi mores legi
debeant. Non solum species a specie moribus differre,
prout corpora habitus, & ingenium requirunt; sed
etiam eadem specie innumeras differentias experitur,
quod in hominum specie potissimum conspicitur: —
quorum mores & ingenia adeò varia sunt & diversa,
ut nulli fore populi inter se conveniant ac consentiant.
Sed ad mores quos sequuntur, non solum natura
illos inclinât; verum etiam leges quae condunt,
& consuetudines quae recipiunt, ad illos
amplectendos inducunt eos & impellunt, quo fit,
ut quae Naturâ bona omnino sunt, consuetudinibus
& legibus mala esse videantur. Unde etiam est,
ut, quod aliquando vitium inter eos fuit, modo virtus
habeatur; & quod hinc virtus est, alibi vitium sit:
quod uni populo honestum, alibi turpe, quod Nobili
justum, alijs injustum sit, pro cujusque temporis,
loci, Status, hominum opinionibus, vel legibus,
vel certum sit, his tantum, malum definiiri. —
naturâ virò nequaquam, apud Athenienses licuit
viro sororem germanam habere in matrimonio: at,
id quidem apud Romanos nefas habebatur. —
Quondam apud Indos, & nunc apud Turcos licet
viro plures habere uxores; insuper & pellicem
concupiscere: hoc apud Christianos, non tam nefas

Tractatus

quam damnabile scelus est. laudi dicebatur in
 Græciâ quam plurimum habere amatores adolescentulos,
 & maculâ vti venere, & id turpe non erat, apud
 Germanos, sed unum ex iis quæ usu erant receptæ,
 apud nos hodie hoc omnino nefarium est. Cum
 uxore palam congressi apud nos turpes; apud
 quosdam in judicâ non videtur esse turpe; Coram
 omni luce enim congregantur, quod Lycii Pæthi-
 olia absque ulla pudore faciebant; quia etiam
 cum qui luce libet mulieribus id fieri debere
 voluerunt, ut potè naturâ communibus, apud
 nos Mulierum corpore prostituere probrosum et
 omnino turpe est: ut, apud multos in Ægypto,
 honoratum, aiunt etiam eae quæ cum plurimum
 coierant, ornamentum sive solitas perispteryum
 sua gloriatiore iudicium, quibus etiam apud quosdam
 ex illis, puella ante Nuptias, dotum in arte meretriciâ
 colligunt; deinde, nubunt. Horum etiam audimus
 dicentem, a ratione non abhorreere cum meretrice
 congressi; aut quæstus meretricio vitam suam sustinere.
 Caspocratiam, ut refert Clæmus Alexandrinus, —
 hinc apud se moram sedebant, ad cœnas communibus
 viris simul & mulieres, postquam satietate Venere
 excitanti, & satiati erant, lumine amoto, coire quomodo-
 & cum qui luce velint: meditator in eorum
 congressione, communionem, interdum jam, a qui luce
 velint mulieribus, exigere Caspocratia legis obedientiam.

De Vita Sdum Nat. Cap. 1.^o 931

quod quidem apud nos proflagratissimum scelus esse putatur. Idem auctor in Pri., & antium dicit, quod magi eorum cum matribus & filiabus; lefas esse ajunt coire etiam cum sororibus: —
Communesque esse uxores, non vi aut claus, sed rotisque consentientibus, cum velis aliter, aliter uxorem ducere. Reno quoque, ut auctor est Sotus Impudicus, dicebat non esse a ratione alienum et abhorrens Matris Naturam sua affluere, — lib. 1. Hypot. 8. p. 1. c. 24.
quemadmodum nec aliam ejus Corporis partem immuticare malum esse ullus dixerit. atque ad id —
Chrysippus in politica sua hoc dogma ponit, patrem ex filia & matrem ex filio, & fratrem ex sorore liberorum procreare, quae apud nos infanda est —
abominabilia esse putantur. apud nos lex in adulterio animadverti jubet: at apud nonnullos cum aliorum uxores congruere indifferenter est: apud nos liberi parentum colere jubentur, apud Sicythas ipsos senectutis annorum spatium praetergressorum jugulant. Quia etiam solo legem Antia Atheniensibus, quae unicuique filium suum jure ficere permisit. & apud nos filium occidere vetant. leges. Draconia lex de re homicide puniunt: at gladiatores perpetuo homicidio, honore etiam saepe afficiuntur. proedari quoque apud nos quidem legitimum et celebratum habetur; at vero apud

Tractatus

multorum populorum infame non existimatur: jure
 vero, hoc fertur apud Pelicem gloriosum fuisse. —
 adeo ut eorum qui inter praedandum obissent, dignos
 esse quos honore prosequerentur, Judicarent, fuisse
 quoque apud nos legibus contrarium & injustum
 habetur: apud Laedemonios honorificum erat;
 et puniebant fures, non quod furati, sed quod in
 furto deprehensi essent. In ipsi etiam quae ad Deum
 spectant, varia sunt hominum opiniones et mores:
 Alij eorum non esse, & Religionem ipsam rem: Alij
 esse & Religionem optimam arbitrantur. Sunt tandem
 aliqui; Jure fore omnino, nihil bonum esse existimant
 quam id quod apud eos in usu est. Ita ut veteres
 Leges, & consuetudines pro profundis nefariisque
 rebus habeant. In tanta igitur morum discrepantia,
 & de una eademque re tam dissensu Judicio, qui fieri
 poterit ut bonum a malo dignoscatur & discernatur? id
 profecto impossibile est. Cum illi pro vitio sit, quod
 alibi virtute existit. At non poterit ratio est. Cur idem
 bonum illi existimetur, alibi vero malum, quam contra.
 Quapropter Confutandum est ea omnia quae sic se
 habent malo legibus tantum esse & consuetudinibus,
 quae ejusmodi opinionum hominibus a pueris infundant.
 Sed Natura cuncta esse bona, licita, honesta, quidquid
 prohibent leges natura permittit, quidquid docent ac
 praecipiant, illa rejicere. Secus in aliquam terram

De Vita S^uum Nat. C. 1^o 933

Angulum, nullius imperio subditum, ab omni lege solutum, & hominum consuetudini sua incitusque non infestum, in quo nulla praemia, nulla supplicia proponantur, ut se pens humanum arbitrium omnino relinquatur. hoc modo ea statu naturae constituta erit: Nunquid malum aliquid existimaverit? Ipsa esse quae leges diffundunt, non id quidem arbitror, ut inde certum sit, Legibus humanis, solum Consuetudinibusque Malum diffundi & Natui. Naturam vero cuncta esse bona, jure optima, & id quidem existimare, est, secundum naturam, mentem suam et animum dirigere.

Quamvis autem ea omnia quae legibus prohibentur, mala naturam non esse, sed bona dixerimus; Non ideo tamen illa esse penitus sequenda affirmavimus; sed tantum in ipsa considerandum esse, quid bonum & quid utile sit; atque pro certo habendum id nullomodo malum esse naturam, si appetitus animalis ad ejusmodi bonum & utiles fertur. sed Cum ex isto bono & utili, mala oriri possint, ut, ex injuria illata, colligitur: idcirco ab eo omnino abstinendum esse existimavimus. Nam felicitas quae diffunditur & constituere volumus, non solum ea, secundum appetitionem a natura ingenerata vivere, sed etiam ab omni perturbatione vacare, ac, aliquid perpetrando horum quae legibus consuetudinibusque prohibentur, non dubium est quin perturbationem

Tractatus

multae plurimaque incommoda ad nos inde
 perveniunt, quae felicitatem lae factarent, prudentis
 vero et sapientis est prosequi bonum, quod absque ulla
 perturbatione esse possit. quia ad bonum proprium
 natura appetitione premium respiciunt, si aliquod
 appetiremur unde incommoda perturbationesque
 occurrunt, non utique naturae mentem sequeremur.
 felicitatem naturalem constituimus maxime in
 voluptate et indolentia, cum Corpore, cum Animi:
 Haec, quantum poterit, voluntate nostra ad illam
 ferri debeat, & hanc omnino removere: filius enim
 non est, qui ullo modo dolet: dolet autem
 perturbatur; idcirco non omnia voluptas, id est
 appetitio sequenda in eam inde perturbationes
 oriri possint. Haec est Epicuri doctrina. et scilicet
 omnino, voluptatem sequi, dolorem & perturbationem
 fugere, & sapissime etiam voluptatem fugere, ne
 illam dolor & perturbatio sequeretur. Nihilque
 voluptatum modum sic statuebat, & dicebat voluptatis
 aliud esse naturalem & necessariam: aliud naturalem
 et non necessariam; aliud vero neque naturalem, neque
 necessariam, sed circa inanem opinionem in fieri.
 naturalem & necessariam existimat quae dolores sedant,
 ut in, si non potest, Naturalem vero non necessariam
 quae voluptatem solum variant, non autem dolorem
 tollunt, ut sunt pretiosi cibi, neque naturalem
 autem neque necessariam putat eas, quae sola opinione

Laetitia in gratia
 Epici & Epicuri
 ad Manicium

De Vita solum Nat. C. 1^o 935

stant, quales sunt corona, stultiarum Ornamenta,
et cetera hujusmodi. quae propter hanc remouet, et
ad naturalem ac necessariam Solum se Conuertit;
quod omnino amplectitur tanquam ad felicitatem,
Corporis animique tranquillitatem, et ad ipsam vitam
Solum modo necessariam. In ijs enim sine errore
speculatio est, ait ille, et nouerim quid eligendum,
quid ue fugiendum sit, ad bonam Corporis huiusmodi
ualetudinem et ius quietum. Sic enim finis est
bene beatique uiuendi; et cuius gratia omnia
agimus, et neque doleamus neque perturbemur,
ubi uero semel id consecuti erimus, soluitur omnis
tempestate Animi, cum non possit. Animal hinc
quasi ad inuicem aliquid et aliud querere quo animi
Corporis que Coniunguntur bonum, quo circa
voluptatem finem dicimus ac principium beate-
tutis. Hanc enim primum bonum atque iussum
nouimus; atque ab hac electionem omnem ac-
dentationem inchoamus atque hanc occurrimus,
perturbationem, tanquam norma, bonum quod uicem
discernentis. quamuis autem primum istud bonum
iustum sit, non idcirco tamen, omnem voluptatem
eligimus: ac enim, saepe plenasque transgredimur;
quando, scilicet, et sic maior molestia sequitur,
doloresque nonnullas voluptati huius pro stare
arbitramur: nam et ex diutina dolorum toleratione

Major uero voluptate sequitur. omnis itaque voluptate eo quod Naturam propriam habet, bonum est; non tamen eligenda omnis: Sicut et dolor malum est; non tamen semper quia dolor est repudiandus. Commensione itaque Utilitatis in utilitatemque respectu hoc omnia iudicare conuenit. utimur enim bono iudicium, ut malo: contra et malo tanquam bono. V. g. fame, dolor est et malum: fame tamen iudicium gaudendum est, et illam colendum, ut suauior de jade cristallibus, et nos majori voluptate afficiat. contra, cibus voluptas est et bonum: sed inimum cibum iuuentibus, dolor acerbissime iueneratur: proinde acerbior etiam abstinendum est. quae omnia prudentia moderantur atque reguntur, prout animali bona ut uoxia, sequenda vel fugienda esse cognouerit. ad hominem enim pertinet modum rebus imponere, et felicitatem perficere, quod sit cum omni perturbatione vacat. Haec uero felicitate naturalis, non ad hominem tantum pertinet, sed ad uniuersas aequae animalia; hi, inquam, quae bruta uocamus, sicuti et hominibus, ejusmodi felicitate competit. Naturam enim similes illis appetitione, similem rationem, similemque sua conseruatione curam omnibus aequae concessit; nec uoluit ullum esse discrimen, inter cuncta animalia, quantum ad conditionem; sed solummodo quantum ad speciem; Deoque

De vitâ s'dum Nat. C. 1.^u 937

Speciem; Neque facultate omnibus eadem
tribuit, qualiter sunt intelligere, sentire, ratiocinari,
agere, moueri, et omnia tandem quae uiuere et esse
significant. species differunt inter se, ad ornatum
Mundi, quemadmodum et plantae, et lapides. species
etiam, et formâ, ne, scilicet, confundantur, sed
ita dignosci et discerni possunt; Veluti etiam lapides
et plantae. sed quemadmodum lapides et plantae
cujusdam generis, ab alterius generis, lapide vel
plantâ, conditione non differunt; nec aliud aliis, respectu
naturae uniuersae ~~est~~ praestantius est. Tunc, nullae
animalium species, ab alia conditione differunt, aut
praestantiores. omnes sunt aequales respectu naturae.
omnia igitur animalia felicitatis naturaliter sunt
participantia, Tunc, quia hominis legibus et
opinionibus, quas Constituent, omnino perturbantur.
Ceteris animalibus multo infeliciores dici possunt.
unde Cicero ex Maximo dicit, omnia animalia
esse beatissima, et mentem habentia hominibus multo
magis. si igitur ad naturam legibus et opinionibus
conculcatâ reuocentur; non dubium profecto est, quin
ipsi Confessuri sint formam ceteris animalibus
nullo modo praestare, aut ab illis differre, sed inter
ea speciem tantummodo esse, veluti, Equus, Canis,
bos, Elephas, et aliae species; inter quas si quaedam
differentia existit, hoc conditionis esse non potest,
sed alterius cuiusdam rei, de qua in sequentibus

KKKK

Tractatus

differemus. Omnium quidem maxima perturbatio
 qua homines jura serit, illa est, quod, in iure, se
 ceteris animalibus praeferunt, quasi aliud alio
 praestantius produxerit, ut Dominum patris
 animalia aliquem Constituisse voluerit. profecto si
 dominum aliorum aliquod animal esse videret, videret
 imperium fortiori et potentiori tribuisse, id pro non
 homini, qui innumeris aliis multo debilior est; sed
 potius Elephanti, vel alijs ejusdem roboris animalibus,
 in Cathra dominari contingeret. Cum igitur intolerabilis
 omnino et ejusmodi hominum superbia, debilitanda,
 jura penitus frangenda est, ostendendo illos a ceteris
 Animalibus nullo modo nisi specie differre:
 neque praestantiores alijs habere dotem, ad rationem
 potissimum respicendo: nec in Cathra sua ullum
 aut imperium habere a Naturâ; sed aequalitatem
 et Communitatem hominibus esse cum ceteris
 Animalibus. vita utronumque olim, eandem
 sequi Constitutionem, par similisque erat, ut
 et omnia communia haberent; sed aequalitatem
 et Communitatem jam Legibus, Artibus, disciplinis,
 et alijs opinionum monstris homines dissecuerunt,
 qua cum ad felicitatem naturalem beatamque vitam
 proorsum sunt inutiliter et vana; non obstant,
 quominus ad aequalitatem et aliorum Consortium
 homines reuocentur, ut inde dicant non aliter de
 se sentire quam de illis a quibus se se distinxerunt.

De Vita Sdum Nat. C. 1. 939

quod omnino necessarium est. i. de qui ad naturalem
modum se se reducunt et ad felicitatem continentur,
quae omnia in sequentibus declarabuntur. /

Caput Secundum

In quo

hominum a ceteris animalibus
non differre, nisi specie, declaratur:
neque dotibus et facultatibus,
illis esse potioribus; nec ratione —
magis pollere; aut juxta illud
in illa habere: sed aequalitatem
et communitatem inter cuncta
animantia esse.

Vim opinionis potentissimam esse
necessarium, quae hominem a ceteris animalibus
ad id dissociarent, et non in mundo cum illis esse,
sed multo supra, et in ea potius dominari videatur.
Ejusmodi autem opinio non aliunde proficiscitur, quam
ab extrema stultitia et juvenili aperia, contra
quam ipsi, si ratione recte utantur, pugnant, et

Tractatus

lect. 30

Sapienter insurgere coguntur, saltam hanc omnino esse opinionem animadvertunt. Nam, quæ so, — quid habet homo jumento amplius? ut Salomon loquitur; Unus jumentum est jumentorum et hominum; et æque utriusque Conditionis: sicut moritur homo, sic et illa moriuntur: Similiter spiritus et progunt ad unum locum; de terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur. Istos porò hominum et cæterorum animalium tanta similitudo, experientia quotidiana omnino probatur; et hanc Solus non agnoscit, Cui anticipata opinio ratione ademit usum. Nihil ex æquâ cunctorum animalium Conditione, sit manifestam nullam esse inter eos differentiam: æque omnes a natura sunt; illorum omnium, tanquam communis parente, cumque sint absque ullo discrimine, apud eam nullius alio potior aut præstantior habetur: et quemadmodum secundum naturæ legem ac mentem Elephas cane non præstat; sic, homo Elephanti Vel Cane non potior est, et idcirco & absurdum apud homines videtur differentiam ullam inter cætera animalia admittere, nisi quam anaquaque species a Natura privatione sortita sit; Aquamvis equus, Canis, Asinus, bos, lepus, Ovis, gallus, et alia ejusmodi, multò utiliora homini sint, Enicæ, V. g. vel muscæ, formicæ, leones, viperæ, aut aliis hujusce generis; aut alia alijs ipsi præstantiora videantur; Non

De Vita Sdum Nat. C. 2. 3. 791

Idco tamen illa in his se naturæ conditione differre
dicunt, animamque habere diuersam, nam forum
animalium irrationalem animam esse prædicant
Ira, quamuis homines sibi ipsa carnisque
Animalibus rutilioræ, & pulchrioræ, perfectioræ
videantur; non profecto causa in car ab ijs
differre illi existiment: & æque id Catræ
animalibus ridiculum videri posse, si hominibus
gratiâ discrimen admittitur; quam homini, si non
admittitur. Nam, quare huius potius, quam gratiâ
catronum, iusmodi discrimen fieri existimatur? et
Cur hæc homini non præferuntur? horum enim
unaquæque specieræ, sicut & homo, proprias et
privatas a naturâ dotæ Perfeciores, quibus alia
præ se ferri se posse præsumat. Elephas Corporis
vastitatem, iugumque docilitatem in medium
adducet; Leo fortitudinem; Equus et Cervus
pernicitatem; aquila oculorum acumen Lynceus
Ira, & Capra: Lupus auditum; Mustelum:
Canis odoratum: Vulpes astutiam; fennica prudentiam:
Apis intelligentiam; et sic de Catris que sunt
innumeræ: et nulla specieræ est, que has privatas
dotæ non multo perfectius habeat quam Catræ,
que iisdem feruntur; dicunturque idco private et
proprie. V. g. homo videt; alia iam animalia
vident; sed non æque acuti ac aquila: audiunt
etiam, sed Lupus catræ auditu præstat. quod si

Tractatus

Alicui animalium Tunc quoddam atq' imperium
 supra Cetera habendum est, ob prestantiam quandam
 excellentiam; certum omnino est id nullo modo posse
 determinari, cum non possit affirmari quoddam
 omnium prestantissimum respectu Naturæ universæ,
 idèque Omnia, & conditione similia & æqualia,
 secundum eandem Naturam, dicendum est, et aliud
 ab alio nullo modo differre. Sono igitur, inquit, se illis
 præferri, Cum præsertim eum a Ceteris in multis
 vinci et longe superari videamus, tum viribus
 corporis, tum sensibus exterioribus, cum etiam
 interioribus, ut mox declamari sumus. Elephas,
 Leo, Equus, Procydæ, Ceteri, et innumera
 alia viribus, corporisque præstanti, multo sunt
 homine superiora. Sensibus exterioribus quoque a
 plurimis superatur, Aquila enim acutius videt,
 quippe quæ plura ipsum intueri valeat, Cujus
 conspectu homo obæcatur. Lupus sagaciori
 præstat auditu, tactu, Araneam prestare videmus,
 quæ mirabili dextritate, & tactu quicquillo contractat
 ac hinc retia sua ad Cæstandæ murem: apes vero
 mel & ceram subtilitate multo tractant, ea
 distinguunt, ac cellas mirifice fabricant. Gustu
 vero præpollere ea videntur, quæ rerum sapores
 discernunt non appposito Sale, & igne alibi
 naturæ sapores. multas autem illis videntur
 dulcia, nobis vero amara, & multa nobis factunt

De vitâ solum Nat. C. 2 ¹¹ 949

odorata stupido præditis, quæ Camillus sagacissime
odorantibus olent. Quin etiam habere videntur
plures sensus quàm nos habemus: unde enim
cum ægrotam ad salubres plantarum herbis confugiunt
Cervus, Elephas, et alia, nisi illa peculiari quodam
sensu prædita dicamur, quo talia cognoscunt et
discernunt. præterea omne fere animal, præter
fœminam, a liquâ potest præ sagittione, aliud pluvias
prævidet, ut Canis et boves: aliud moris tempestatum,
ut Alcyones: aliud hyemem, ut formice, hyrundines
regionis apricitatum. galli diei adventum longe anti-
canta pronunciant; et hyeme tardius canunt quàm
æstat, quia sol tardius tunc exoritur. antiquam
ullo experimento nociturum hostem esse dicant, a ne-
notum quidem, Gallina Accipitrem se formidant, Non
avis auferrem aut pavorem, quamvis potiorior
et fortior sit. Pulli, felum timeant, et ab eo
præcauant; non vero a Canis et aliis fortioribus: —
formice, mures, crabrones, maturiores temper-
fectius rodunt, quæ omnia homines penitus ignorant,
nec quidquam horum facere possunt, quia illis sensus,
quibus hæc aguntur, fortasse desunt; vel minori
intelligentiâ, quàm ista animalia, possunt. quod si
factum rerum quasdam illarum interdum consequi
videmur, longâ id sit experienciâ; et disciplinâ,
quæ ut plurimum iuncta et erroribus plenior est, qualis
est, videlicet, Astrologia, cuius ope verum euentus

Tractatus

prædici dicuntur; quod falsum omnino est
 mani festè perstricimur: Nā ut quæ homines arte
 et disciplinā consequuntur, in cætris animalibus
 longe sunt certiora. quod Cum ex illorum sensibus
 exterioribus procedere Constet; in hoc, hominibus
 multò Superiora, et faciendum est. Sensibus etiam
 interioribus cætris Animalia homini præstare.
 omnino affirmare possumus. nam ex sensuum
 exteriorum perfectione, oritur interiorum perfectio;
 Nā ut qui acutiùs videt, meliùs intelligat, quæ
 cæderit, de his certius ratiocinetur, et Constantius
 firmiusque ea velit cupiatque: Cum enim sensus
 sunt totius cognitionis duces, ut alibi jam retulimus,
 non dubium est quin meliùs iudicium et discrimen
 rerum faciat. Et cætri sensus subtiliores sunt et
 purpicatores. quantum Oculis Sæuis lippis præstat,
 tantum v. g. Aquila homine. et illa certius de
 sole, quem fixis intuetur oculis, iudicare potest,
 quam homo qui illum aspicienda caligat. At, intellectus
 et ratiocinatio per phantasiam seu imaginationem
 informantur: Imaginatio vero per sensus exteriores
 cuncta apprehendit. Itaque quo acutiore et
 purpicatori sunt sensus, phantasia rectius
 apprehendit, et intellectus perfectius informatur:
 adeò ut si fieri posset ut aliquis sensibus
 exterioribus omnino privaretur, impossibile esset
 ut quidquam intelligeret, aut cognosceret: lapidi-

De vitâ s'dum Nat. C. 2^o 945

provisior simile essent; nec illi remum discernere
ac judicium ullo modo competret: venum pro ut
sensu exteriori formarentur, interiori etiam
in formarentur, et intelligentia perficeretur. quare,
constat exteriorum sensuum perfectione perfici quoque
interiores sensus. Cum vero illi sint in quibusdam
Animalibus multo perfectiores, quam in homine;
hoc pariter, interiori inquam, longe et illud esse
perfectiore venisimile omnino videtur, idè quoque
et intelligentiâ multo magis hoc poltere, quam
homines, Confundendum est.

Oratrix nihil est propter quod hominis intellectus
et alij sensui interiori, perfectiore Cætronum
animalium sensui dici possint, nisi quod
Sennone intrinseca et enunciatio, id est, ratione
et abstracto, id est, loquela, utitur: et ista quidem in
homine præcipua creduntur esse naturæ munera,
quibus cætra animalibus præstare tantopere
presumit, ad id in insolentia ex his Superbiat:
venum ob id etiam potissimum ad aliorum consortium
reducendum est, quia cætra animalia æque ac illum
sua dotibus prædita esse constat: quia juro, quantum
ad rationem, recte affirmari potest, multo præstantiorem
eam esse in aliquibus ex his que brutæ vocamus,
quam in quibusdam hominibus; si que magis
differre hominem ab homine, quam ab imbecillo; et

quosdam homines minus rationaliter bestia,
 respectu aliorum hominum magis rationalium,
 bestiarum numero reponendos esse. Consequenter.
 Nulla enim in Animalibus ratio est, nisi quae a
 sensibus proficitur: Nam ratio nihil aliud est
 quam discursus quo verum a falso, et bonum a
 malo discernitur; et quo falsa notiaque, et vana
 ac inutilia amplexanda esse inferuntur. Discursus
 autem ista per veram cognitionem acquiritur: verum
 vero cognitio per sensus. Nulla autem inficitur in
 Cunctis animalibus. Istam aequae esse facultatem,
 huncque discursum, naturam illam vobis ingenitum,
 et similibus possent ad sui conservationem. Noxia
 fugere, et utilia amplecti, ad quod primo Natura
 respicit, et superiori cogit. Declaravimus. at,
 id absque ratione fieri nullo modo potest; Nam
 convenit judicare, apprehendere, memoria tenere,
 optare, sperare, timere, eligere, rejicere, et ea
 tandem omnia, quae ad rationem pertinent, facere.
 Quod si Cetera animalia ratione quis privare voluit,
 et quoque illa existimaverit privanda facultatibus
 his quibus ratio formatur, tactu, videlicet, oculis,
 auribus, et aliis Sensibus, quia etiam his rebus
 propter quae ratio animalibus a Natura tribuitur,
 illa quoque privanda sunt, sui, nempe, conservatione,
 quod absurdum est: tunc enim non est Animal,
 quia non sensitivum. Itaque Sensitivum tantum

De vitâ Bui Nat. C. 2^o 947

valet quantum rationale, cum non nisi sensibus
mediantibus ratio generetur: nec ullus aliud
eorum sit usus, quam ut rationem animalibus
ad sui tutelam atque conservationem formem
et Constituant. Igitur intelligere, ratiocinari et
sentire unum idemque sunt; nec ullum ab
alio ullo modo separari potest: qui intelligere
et ratiocinari dicitur, sentire dicitur: intellectus enim
nullus est absque sensu. Similiter, qui sentire
dicitur, is etiam et intelligere dicitur, cum absque
intellectu sensus nihil proficiat. Quapropter
cum animalibus sensus iuste omnino certum
est, non dubium quidem est quin ratio et
intellectus illis quoque iustis. sed concedamus in
brutiis non esse intellectum et rationem. Sensus
tamen illa habere nullum dubitauerit, et supra
diximus, nisi qui ipse omni sensu privatus
fuerit: namque eorum oculos, aures, odorem,
tactum, deprehendimus, itemque gustum, quamvis
de hoc non ita certum esse dicam. Verum cum
unum quodque horum aliquod peculiare pabulum
appetere, et illud inter cetera eligere videmus,
illis etiam gustum iuste existimandum est, neque
enim, si non esset, alium alii proferrent
pabulum, et Canis aequo voraret gypsum ac panem.
Cum igitur sensus habeant, officiumque et
operatio sensuum tantummodo sic dignoscere et

Tractatus.

discernere quae utilia et quae noxia sunt; quæro, quid in illis utilium noxiorumque memoriam tenet, quæ omnino necessaria in ad appetenda utilia, noxiaque fugienda. quid in illis cupit et prosequitur utilia cum absunt. quid in illis prosequendæ artem, industriam, sagacitatemque, quibus illa uti videmur, habuit. nomines hunc comprehensio, memoria et consilium illis inest. quæ tria sunt vera rationis et intellectus, et iudicia. At, Enimvero id declarandum omnino est, ^{lib. 1.º Pyrr. hyp. cap. 14.º} Canide, videlicet, quem, Inquit sextus Empiricus, sensu ipsoe homines antecellere omnes fatentur: nam odoratu magis percipit, per hunc feras quas non rades indagant, et oculis eas celerius cernens, quam homines. Acuto etiam sensu aurium præditus est. Itaque ad sermonem præsertim et in animo situm veniamus. Sic certi in eligendis quæ sunt commoda et utilia, atque in illis fugiendis quæ Noxia sunt, versari quæstio videtur. Nam in cognoscendis, quæ ad hoc conferunt, artibus, et in præcipiendis iis, quæ ad propriam naturam pertinent, virtutibus, quæ circa affectiones versantur. Canis autem hæc omnia habet. Nam, Eligit, quæ sibi sunt commoda, et fugit quæ noxia: quæcumque sibi esse oculis cognoscit, quærens et persequens, inhibito autem flagello recedit. Sed, et artem habet commodorum sibi comparativam, — nimirum venatoriam. nec vero, virtutis in corpore; Nam cum iustitia à ea, quæ unicuique id quod dignus est, tribuit: Canis ipsi quidem de se ipso bene meretur, velut asserunt, eosque custodiendos

De vitâ Idum Nat. C. 2. u^o

949

Etque Custodiens, atrox autem à eorum qui injuriam
ei inferunt reliscens, justitia ex parte non est. Quod si hanc
habet, Cum virtus una ab alijs separari non possit, —
etiam cetera habet virtute, quae ipsi sapientis et
vulgus hominum habere negant. Quia etiam et
in magnanimum istum esse videmus in propulsandis injuriis.
videmus et prudentem: ut etiam testatur est homerus, qui
telyssem omni lae domesticis ignotum inducit, a solo
autem argo cane agnitum: Cum nec immutatione
corporis ipsius hominide deceptus esse canis, nec a
comprehensivâ phantasiâ descivisset, quam ipsum
magis quam hominem habere apparuit, et id quotidie,
non in fabulâ sed in veritate et ipsâ manifestum
fieri. Nam canes maxime dominos suos agnoscunt, —
etiam a longo tempore intervallo non Conspicit, quod absque
memoriâ et facultate comprehensivâ nullo modo fieri
potest. Chrysippus autem dialectice participem Vult esse
Canem, et hinc mentis operationis notitiam per multa
Anapodica, id est, demonstrativa Consequi, Cum ad hincum
venit; et exhibet illa Cum jam duae indagantur, per
quas non transferit fera, tertiam ne indagantur quidem,
Station per eam magno impetu fertur; perinde hoc
realere dicit Chrysippus, ac si radicicaretur hoc modo,
aut hâc, aut istâc, aut illâc transiit fera, non autem
hâc, neque istâc, neque illâc: sed à mortali qualiter sine
percipit, et leniendo dolori curam adhibet. Si quis enim
illi palum impigerit, ad hunc extrahendum properat,
L.L.L.L.

constantiâque beatus est, dum nullo metu. Nulla
superstitione, aut alia quâvis perturbatione agitur.
Et Democritus interrogatur, quoniam illi felicitatis
finis esse videretur, respondit, solum cum esse
felicem qui liber esset. illo autem subiecit: multum
esse liberum. Atqui hunc ego, inquit, solum esse
liberum existimo, qui neque sperat aliquid, neque
pertimescit.

²
Lucian. in
vita Democ.

³
Senec. trag. in
Thyest. act.
3^o

3 Rex En qui metuit nihil
Rex et qui Cupit nihil
Sic Regnum quisque sibi dat.

Et nostrum Seneca, beatus profecto vita, inquit, Naturae
sua committitur est, quae si depulsa sit quae
hinc aut praeterit: qui ad hoc virtutis fastigium
peruenit, securus est. In ejusmodi virum fortuna
nihil potest, sed illi imperat, omnia sibi subiecit,
se vero nulli; semper rectus, semper firmus;
rebus adversis non succumbit, prosperis non
superbit, moram non horret, nec Deorum Nec
hominum, nec fortunam, omnia contemnit, ad
utrosque Casus paratur et bonorum rector et
malorum victor. Tu illum putare malis premi, vitium,
ait Seneca, Non

De Vita s'dum Nat. C. 3. ¹⁴ 109

Ait Seneca. Non ex eboræ tantum Sphydriae Epist. 85
Sciebat facere simulacra; faciebat ex Ceres:
Si marmor illi, si adhuc vilivrem materiam obtulisset,
fecisset quale ex illa fieri optimum posset. Sic,
sapiens animum suum, si liceret, in prosperis,
si minus, in adversis explicabit, quamcumque
fortunam acceperit aliquid ex illa memorabile
efficiet. Diogenem cynicum, omnium qui unquam
fuerunt, Natura legem pristinissimam Philoctetum,
hoc animum suum composuerat modo, Ita ut nullus
magis liber, nec rectior nec purior, et
quorundam fortuna statu arbitrio, id ostendunt magnifica
et animosa ejus in adversis dicta. Cum aliquando
captus et venditur rogaretur quid sciret agere,
respondit se scire vivere; atque ad praecentum,
praedica inquit, qui nam dominum tibi amere velit,
dicebatque Xenocrati Emptori suo, ipsum sibi, quamvis
esset Seneca, obtinere oportere. Nam et medicus
et gubernator, etiam si Seneca, utique sibi parere,
et cum parente ejus illum redimere vellent, ille
eum fatuor esse dicebat; neque leones esse Senecae
Nutrientium; sed è contrario, illas Senecae Leonibus;
Nam, leoni timere ut: feras vero homini timore
esse. Perdicca comminanti, nisi ad se veniret, illum
se occisurum, ille ejusmodi minas magnam cum
Animi magnitudine contemnit; nihil, inquit,
magis facio, Nam Cantharus et Phalangium id
V. V. V. V.

Laet. in
vita Diog.

Tractatus

facerent. Cumque illi aliquis diceret, Sinopei
 h' exilio Condemnant; & ego, inquit, illos mansione,
 Divitiarum potentia non magis exhorrebatur, quam
 fortuna inclementia, Ita ut Cum Alexander Rex
 Macedonum illi assisteret & diceret, ego cum
 Alexander ille magnus, Diogenes ejus fastum
 contineret, at ego, inquit, sum Diogenes cynicus;
 Item, ad Solum Sediti in Coanos, idem Alexander
 Assistor, Diogenes, ait, peti a me quoduis. at
 ille, noli, inquit, mihi umbram facere, illius
 Animi libertas, & tranquillitas tanta erat, ut,
 vel ipsa ei vitia contineret, ne aliquo modo,
 ea optando, perturbari posset, Itaque cum conu-
 ejus Manes fugitivus esset, Confulerentque amici,
 ut illum quereret, ridiculum eni inquit, si Manes
 absque Diogene vivat; Diogenes absque Mane non
 potest. peti bar aliquando Statuam, quam Sciebat non
 esse impetraturum; rogatur cur hoc faceret; ut
 me, inquit non potui a stue faciam. adeo indifferens
 erat, & paratur ad omnem fortuna luentum. atque
 etiam rogatur quid ex Philisophia esset Consecutus,
 et si nihil aliud, inquit, vel hoc ipsum quod ad
 omnem fortunam paratur sum. Gaudium autem
 summam animi libertatem, quam ubique prae seabat,
 se Consecutum esse dicebat, obijciendo quidem fortuna
 Confidentiam; Legi Naturam; perturbationi rationem;
 atque hic ex fructu illius qui nihil timet, qui que

De Vita solum Nat. C. 4^{ta} 1059

nihil cupit, nulla res illum minorem facit,
tenet summas, & ne ulli quidem, nisi sibi, —
injuriat. aliena seponit & facit sibi pacem
nihil timendo: & diuitiarum nihil Concupiscendo.
quibus affectibus libera mente, Aox est, Inquit
M. Antoninus, nihil enim Manente Homo lib. 8.º cap.
sabet, quò se fugiende superari non potest. id qui 29
non vidit indocuit esse: qui vidit, neque eo refugit,
infortunatus.

Secum Scientiarumque opinionione magna
quidem Animo hominum perturbationes infundunt,
& maximorum affectuum causa sunt. Sed
Cupiditate quæ ex avaritiâ & diuitiarum
opinionibus oriuntur, non minores tumultus et
perturbationes in illis excitant. quæ propter ad
Cupiditate fugandæ & timore ejiciendos
multum conferre frugalitatem supra diuitiarum,
& diuitiarum contrarium; quem sequitur Avaritiâ
despectus. avaritiâ enim & diuitiâ ad luxuriosum
latus pertinent, non vero ad eum qui in frugalitate
vivit. Nam frugalitas est paupertas voluntaria;
ait Seneca, si vis ergo vacare animo, aut
pauper vis oportet, aut pauperi similis. paupertas
autem contrita est desiderii instauratio
satisfacere, et quævis famula constare; magno
fastidium; & facile est ventrem bene institutum

Practatus

^{1^a}
in
parta
epic.

pascere, & nihil aliud desiderantem quam
 impleri. Scio illum precepta non audire, proci,
 appollat: sed non est molestus creditor, parus
 dimittitur, si modo daret illi quod debet, non quod
 potest. Epicurus, Magister ille voluptatis egregius,
 vilissimae & simplicissimae cibae vivebat, ut
 Paetrius refert, aqua tantum et cibario pane
 contentus: Cumque aliquando pretiosius epulari
 voluisset, petiit ab amico paululum Casei
 Cythridi. Venio quoque ista simplicissimi victus erat,
 ut crudis tantum uteretur Cibae, edebat modicos panem,
 et mel, paululumque iustum vini & de eo dicere
 solebant, quod doceret esurire. mirabilis quoque
 est Menedemi frugalitas qui aliquando vocatus ad
 divitum Cuiusdam mensam, nihil lautus est, sed
 tacite eam luxuriam convulsit, dum solas oleas
 in cibum sumptisset. Crates thebanus Sectus
 Cyricus, Demetrio Chalereo qui panem et vinum
 uni solum convitiabatur dicebat, utinam et fontem
 panem ferrem. Cunctis Cyricis, istum, et Horicem,
 ait Laertius, placet simplex et parvilibus victus,
 quippe qui cibaria solaria utuntur. Diogenes illorum
 princeps, hoc institutum laudat, exemplo suo id
 docente, et cunctas divitiarum aded continerebat, ut
 Platoni illum olea lavantem aliquando conspicienti,
 et in aurem illi dicenti, si Dionysio obsecutus esset,

De Vita. Dum Nat. C. 4^{ta} 1061

olea non lauiffere. Si lauare olea, inquit, non
esse Dyoniſio obſecutur. Diſcipulorū etiam
fuere, Xenocrato domini libere, docebat Cibolei et
vili atque aqua eſſe contentorū. Socrati quoque in
facilitate victuæ maxime gloriabatur et agebat homines
alioſe viuere ut edere, ſe vero idē edere ut viuere.
dicebat etiam qui ſuauiſſime Comederet, eum miſiſſime
obſeruo egere: et qui Cum voluptate libere, eum quod
proſe non ſit, poculum non, quare, nec expectare.
delectare proſe in hoc admittendū non eſt; qualiſcunque
ſunt Cibus, vel potus, Aqua ſcilicet, et panis ſiliginis, modo
ſatis hoc appetat ſitque, optima erunt. quamuis non
ſint multum ſuauia, ſumma tamen voluptas eſt,
poſſe capere ex his etiam voluptatem, et ad id ſe reduciſſe,
unde nullas fortuna iniquitates eripere poſſit. Pythagoras
animatū idē abſtinere iuſſit, inquit Laertius, ut
aſtue faceret mortales ad faciſſimum victum, et ciborū
ſemper habere parabilem qui bene igne ad Conquendum
non opus eſſet, et ſimplicem aquam in potum illos
ſumere voluit.

2 Saccit mortales dapibus hincare ne ſandis
Corpora, ſunt fruges, ſunt deducuntia ramor
Dondere poma ſuo, humidæque in vitibus Vitis.
ſunt herba dulces: ſunt que mitare flammā
Mollisque queant, Nec vobis lactea fumor
Inſipitur, nec mellæ thymi redolentia florent
Prodiga diuitias alimentaque mita hinc

qui d. in. hinc.
15.

Tractatus

Suggent, atque Epulæ. Sine cæde & sanguine præbet.
 Ipsum etiam solo melle, Sive fævo ac pane contritum
 coxisse ferunt, vinumque non gustare solitum. Olfonium
 vespertinum illi esse Cunda vel elixæ Olera; hinc
 Sanitatem corpori, & ingenij acumen provenire dicebat.
 Porro omnes isti Sapienter viri paupertatem semper
 summopere Coluerunt, & in illâ nihil mali esse
 voluerunt, Divitiarum omnes Contempserunt.
 Locutur adeo pauper fuit ut pecuniarum ex suo
 Ministerio ad necessarium victum comparare solitum
 fuerit; et Crito cum ab emendicandâ quotidiana Stipe
 subduxit. Sed quis pauper & fugi, ut Diogenes Cynicus.
 qui ut magnam esse suam paupertatem declararet, facti
 dicere solebat, Imprecationes tragicarum sibi occurrisse,
 esse enim sine domo, sine Civitate, privatum patriâ,
 palatium, & vitam in dies habentem. Cuius Thebanus,
 ad hanc Cynicam sectam opulentiarum venerat, sed vendito
 patrimonio ad paupertatem se rediit, constantique
 Amplexu ac lectura est. pecuniam autem quam ex
 patrimonio Collegit, a ^{Apollonio} Trapezitum, eâ conditione,
 ut si quidem filii ejus disto essent, eam illis redderet;
 si autem Philotophi, plebi distaberet; nihil cui in
 eger Philotophorum. privatam admodum est, idem magis
 mirandum Sapientiam istam in feminis reperire.
 Hipparchia igitur alij sui sexus exemplo erit, quæ
 etiam hanc Cynicam sectam amplecti voluit, et
 paupertatem profesto a sumpto in conjugem Crito,

De Vita S. dum Nat. C. 4.^u 1069

quamvis de formi viro: sed illius vitam amabat:
a quo nulla proconum excellentia potuit luelli, Non
opibus, Non nobilitate; sed haec omnia sibi (satis)
erat: Minabaturque parentibus, scriptam, nisi quis
tradideretur, necaturam. illum tandem Confecuta istis:
Sumptoque Cynico habitu, paupertatem atque Omnia
Sujusce Sectae instituta servabat, in vel etiam, In
aperte sicuti Catini congrederetur. Innumeri sunt qui
divitiarum abiecerunt, et paupertatem Amplexi sunt,
tandem faciliorem ad tranquillitatem viam, et Omnis
mali exitum. Si autem vir scire quam nihil in
paupertate mali sit, ait Seneca, Campana jure sed Epist. 90
pauperum ac divitum vultus. Saepe pauper et
fidelior videt: nulla sollicitudo in, Alton: etiam si
qua incidit cura, velut nubem levis transiit. Horum
qui felices vocantur, hilarior ficta in, aut levis,
et suppressata histia, et quidam grauior, quia interdum
non licet patam esse miseror. sed jure Accumna
cor credentis necesse in agere felicem. 2 Epist. 104.
igitur opes et divitiae, Auctoramenta sunt Sinitum
Aurum et Argentum, et quidquid aliud felices domos
Queras, relinquatur; non potest gratiae confutare libatus.
hanc si magno aestimare, omnia parvo aestimanda
sunt. 3 magna divitiae sunt Leges naturae composita
paupertas. Lex autem illa naturae scis quos Nobis
terminos Statuit? non Esurire, non Sitire, non algere,

Præfatux

Ut famem sitimque depellat, non est Necesse
 superbia assidere limini luce, Nec supercilium grave,
 et contumeliosam etiam grati humanitatem; Non est
 Necesse maria lustrare, nec sequi Castros. parabile
 est quod Natura desiderat & expositum; ad superbia
 cadatur. ad Manum est, quod fas est. Nihil ex his
 quæ vulgò divitiæ habent, Necessarium est, ad Legem
 Natura revertamur, divitiæ parate sunt. panem &
 Aquam Natura de fideat. nemo ad hæc pauper est; —
 Virtus quæ quisque desiderium suum claudit, Cum
 Non ipso de felicitate contendat. divitiarum modus
 prius est habere quod necesse est. Secundus, quod
 fas est; Necessaria deesse non potimus; Natura
 enim minimum petit. Naturæ autem se Sapiens
 Accommodat

1
Socr. Ep. 25

2
Cicero. Saty.
14.

----- mensura tamen quæ
 sufficit cœpes, si quid me Consultat, edam:
 In quantum Sitis, atque fames, & frigora poscunt.
 Quantum Epicure tibi parvè sufficit in sortire.
 quantum Socratici capere auti generare.
 Nunquam aliud Natura, aliud Sapiens dicit,

3
Socrus. 30

Salomon hoc tantum cuncta sua de fide implerat
 & nihil aliud petebat mendicitatem, Inquit, ne
 dedere mihi; sed tribue tantum victus & vestitus —
 meo necessaria. quidquid hoc superat, Naturam excedit.
 At si ad Naturam vivas, nunquam eris pauper: si ad opinionem;

De Vita dūm Nat. C. 4.^u 1063

Nunquam diuere. Exiguam Naturā desiderat: opino,
iumentum. Occidat quid quid ante Luxuria laborauit,
& quid quid a fortuna quae stari potest; maiora Cupere
ab his discere. As

1. Vixit paruo bene, cui patrum
Splendet in mensa huius salinum:
Nec leues somno timor, aut Cupido
fodidit. Aufr.

1
Horat. cat.
lib. 2.
ode. 16.

Qui Naturalibus tantum desideria intrudit, difficile
omnino est, ut is exeat, aliquid ex paruo etiam temper
supererit. Et Cleanthum quidem in summā paupertate
constitutū, ut mendicare cogere; coactū aliquando
Stipem, in medium familiarium attulit, dixit, &
Cleanthum, si velle, posse et alium Cleanthum
nutrire. et Diogenes in illā vilissima quam profitebatur
paupertate, muribus ad eandem mensam subrepentibus,
faceti dicebat, quod etiam parasitum nutriet; adeo etiam
multum in iure, quibus semper Satire est. profecto
opinio sola et consuetudo nobis necessaria multa
esse persuadem; quae si dessem, superflua esse
Comperimus. Multa, ait Seneca, quam Sypnucua Epist. 113
essent non intelleximus, nisi cum dessemus. illis
cuius uti sumus, non quia debebamus, sed quia habebamus.
quā multa autem paramus, quia alii parauimus. quia
apud plerosque sunt. Nihil Causa malorum nostrorum
est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimus,
sed consuetudine abducimur, quod si pauci facerent

Tractatus

Nollemus iurari: cum plures facere capimus,
 quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur: et
 recti ad nos locum hinc eror, ubi publicus factus
 est. Hoc modo, a necessariis recedimus, quae nullis
 fere placent; et opiniones ac consuetudinem
 sequimur, quas omnes homines amplectuntur.
 Haec vero superflua tantum confectantur, trique
 semper iuriam, cupiditatem gressu turant, —
 nihil unquam illis satia est, et post oia asecuta,
 habent adhuc quod concupiscant; neminem satiam,
 et diuitiarum nihil esse declarant, cum nullis possint
 expleri: magis aestimant superflua; necessaria
 pario. Unde Diogenes eiusmodi opiniones hominum
 mirandus dicebat, quae essent preciosissima, ea
 minime vanire; vilissima autem, multo. Nam
 statuam tribue millibus uni: farina vero et panem,
 duobus decem. Et superflua ad eum contumeliosas,
 ut ne domo quidem uteretur sed dolio; quod pro habitaculo
 habuit Commodissimo, et illud secum undique ferebat,
 praeterea omni loco ad omnia utebatur, et praecedens
 et dormiens, et loquens. quo Cicero Athenienses dicebat
 condidisse illi palatium, ubi viveretur, ostendens
 turis porticum. aliae domus erant illi superfluae. —
 quantum a superfluo abhorruerit et necessariis
 studuerit, delectant id, iuratur aliquando primum
 concava libentem manu, Cylam à parva productam —
 projecit dicens, primum me utilitate superavit. abiecit

De Vita Dum Nat. C. 4^{ta} 1067

Et Catinum eodem studio, Cum vidisset quorundam,
vasculo fracto, concavo pane Lenticulam suscipiente.
Cunctis tandem illius diuitiæ erant dolium ad habitandum
Ballium Duplicatum, ut illo se obdormiens obvolueret,
& peram in quâ Tibor de ferebat. Cætera illi erant
superflua. Cum ejusmodi viuo diuitiæ animum excollem,
firmum, inconcussum, nec Deos, nec Homines, nec fortunam
timentem ferebat. Hoc autem viuendi genus Instituit
Diogenes existimando illud plane naturæ Conuenire,
quod Cum aliquando conueneret murum discurrantem,
qui neque cubiculum inquireret, neque tembus reuolueret,
neque aliquid eorum quæ ad uiscendum idonea viderentur
appeteret, Arbitratur ea non difficilius esse homini
ab omni curâ liberum, & rebus Superfluis Solutum
& exemptum vivere quam vilissimis etiam Animalibus.
Nec iumentis; diuitiæ enim quæ Superfluis penitus constant,
& innumeræ sollicitudines afferunt, secundum Naturam
nullæ sunt. Nemo nascitur diues; quidquis exit in lucem
nussus est lacti & panis esse contentus; Nis nudus
prodit, & nudi profecto iucederemus, nisi Corporibus
reclamata opinio adiecisset. Consuetudo & opinio ut
superiâ diximus, in hoc omnia possunt. idque etiam
docebat Diogenes, & dicebat quod Cum repudatis
inutilibus laboribus, per summam dementiam sumus
infelices, Namque ipsius etiam Voluptatis contemptus,
si nos assuefecerimus, nudus audistimus fr. & Sicut
si qui voluptate vivere consueuerunt, molesti inde se

Tractatus

Quelli patiuntur: Hi qui aliter exerceantur sunt, —
 facillime ipsa continent voluntatis, igitur non
 ejusmodi vitæ institutum adeo horrendum videri debet,
 ut, vulgò improbitate à improbitate videatur, astuefacienti
 omnino facile erit. à ipsa consuetudo quæ homines à
 Naturâ abduxit, Sapientem nostrum ad illam etiam
 facillime reuocabit, et cuncta superflua esse —
 ostendet, quæ naturalia desideria excedunt, quibus
 sapienter omnino Satisfaciet. Neque enim præcipio,
 ait Seneca, ut aliquid Natura Negat: contumare est,
 Non potest vinci, suum proscit: sed, ut quidquid —
 Naturam excedit, scias præcarium esse, non necessarium.
 Esurio. Videndum est. Vtrum hoc pauper sit plebeius,
 An filiginosus, ad Naturam nihil pertinet. illa ventrem
 non delectari vult, sed impleri. Sitis. Vtrum hoc aqua
 fit ex lacu proximo excepta, an ea quæ multa iuis —
 clausa, ut rigore refrigeretur alieno, ad Naturam nihil
 pertinet. illa hoc unum iubet, Sitis extinguatur: Vtrum
 sit aureum poculum, An crystallinum, an Murginum,
 An libertinus Calix, An manus concava, nihil refra-
 finem omnium rerum spectat, et superuacua dimittit. famem
 me appollat, ad proxima quæque tendatur manus, ipsa
 mihi commendat quodcumque comprehendero. Nihil
 continuit Esuriens; qui ad Luno se Naturæ modum
 composuit, nullo modo pauper est: Nec tantum extra
 paupertatis seipsum est, sed etiam extra metum. igitur
 igitur Continuat —

De Vita secundum Naturam. C. 4.^o 1069

igitur Continuat diuitias Sapientiae, & Cetera
ejusmodi, quae opinio sola Commendat, quaeque
Aerata dicebat non solum in terribili honestate
habere, verum & omne malum ex ejus oriri. Voluptas
et indolentia felicitatis naturalis comites sunt perpetuae,
absque his enim tranquillitas Animi & Corporis
scire non potest, neque absque tranquillitate, felicitas
At ad voluptatem & indolentiam non superflua diuitiae, sed
necessaria tantum requiruntur: non deliciae magno
sumptu quaeruntur, sed Naturaliter solum modice.

Licet. lib. 9^o

1. Omissa hominum mentis, opebra caca
Qualibet in similitudine, quantaque periclitae
Degitur hoc aui, quodcumque in. nonne videre n
Nil aliud sibi Naturam latuisse, nisi in Cum
Corpore. se junctus dolor absit, menti fruatur
Tucundo sensu, cura remota, metuque.
Ergo corpoream ad Naturam pauca videmus
Esse opus omnino, quae demant quemque dolorem.
Delicias quoque vti nullae abstrahere possunt
Gratiam invidum, neque natura ipsa requirit.
Si non aurea sunt Iuuenum Simulacra per aedes
Lampades igni fixae manibus retinentia dextris
Lumina Nocturnis Epulis, ut suppediuntur.
Nec domus Argento fulget, Auray? renidet,
Nec citharae reboant laqueato auratae. hupta:
Quin tamen iube se prostrati in gramine molli
Propter aqua riuum, sub ramis Arboris alte

XXXX

Tractatus

Non magnis opibus lucunde corpora curant:
 Praesertim cum tempestas aridet, & anni
 Tempora conspurgum aridantur floribus herbis.
 Nec calida citius decidunt corpore febres
 Tixilibus si in iactura, Astroque rubenti
 Lactaria, quam si plebeja in vestibulum
 Quapropter Nil nostrum in Corpore gaza
 Proficium, Neque nobilitas, neque gloria turpi:
 Quod superest, Animo quoque nil prodeste putandum.

Quae vero de Coniuncta diuitiarum hic dicimus, —
 Non intelligi volumus adeo absolute, ut Sapienter
 secundum Naturam etiam viventi, necesse sit, omnes
 possessiones suas vendere & dare pauperibus, secundum
 Evangelii praeceptum, vel eas in mare projicere. Sed
 illas iam habere & possidere Sapienter invenimus, et
 absque perturbatione sit, & omni sollicitudine vacui, —
 penitusque necessariae non esse existimet ad beatam
 vitam. illis dum habet, utatur secundum Naturam, sed
 abeuntur eade hilariter & letitia aspicit, necessariaq;
 oblium protequatur, & ad ea imperturbatus se se reducat.
 Magna est, inquit Seneca, qui fictilibus sit utitur
 quem ad modum argento; Nec ille minor, qui sic argento
 utitur quem ad modum fictilibus. infirmi animi ea pati
 non posse diuitiarum, Luxuriosi vero & delicati paupertatem
 ferre non posse. id intelligebat Aristippus cum dicebat
 diuitiarum vel paupertatem, nihil ad voluptatis rationem
 valere: Neque enim aliter voluptatem diuitiarum, quam —

Epist. 50

Laert. ii. p. 111
Arist.

De Vita Solum Nat. C. 4.^a 1077

pauperior afficit. modo Sapiens omnes Cupiditatum
radice ex Animo suo luellas, diuitiis non inhians, —
paupertati non extrinsecus, maximam ex utroque statu potest
Voluptatem praeferere. Sollicitudinem etiam Sapienter amplecti-
monemus, Ne multorum diuersosque Cibo in Ventrem —
ingrediendo, Morti interdum sequantur, Doloresque Corporis &
Animi tranquillitatem perturbent, aliter enim, Cum edere,
bibere, & alia Voluptatum Naturalium delinimenta nullo
modo sunt illicita, non maius malum esse disto ventri-
usque ad os impleri, & faveri, quam sicum & Solium a
mensa discedere. Delitiae igitur Virtus Sapientis, Gaudiosus
Atque frugalitatis, si ille non magno labore, multisque
Curiis comparantur Nec illum his privari volumus, sed
perturbationibus vacare, quaecumque Vina potare, quoscumque
Cibores edere potest, sed absque sollicitudine comparantur,
Diogenes Cynicus, quamvis maxime frugi, rogatur. An
placuit Sapienter vesceretur: omnibus, inquit, sicut &
Somites ceteri. ad tranquillitatem nihil propter ciborum
genere conpro, sed unicum, modum quo comparantur
Cibi; si, videret, non magno parabilis sunt, si-
faciles & absque affectuum humulhi. quod semper
Virtus habendi difficultior. impemita quam circa
Voluptatum abstinenciam versari dicunt, prava &
Iuavis virtus est, contra Naturales appetitiones excoisita.
Cetera Animalia intempere, non solum utque ad
extremam satietatem se se implent: venim etiam utque
ad vomitum: Nec modum edum in hoc illis Naturam

Tractatus

Constituit; sed, ut appetitu & libidine fruentur, —
 Comedunt & ventrem faciunt: quae vero illis —
 occurrunt, edunt, & vichum magnam cum facilitate et
 absque ulla labore comparant, eodemque modo exfatis
 Cibum relinquant: sola prudentia quae a Natura
 omnibus animalibus ingenerata est ad omnem consuetudinem,
 illa docet quid sit Noxium, quid Utile, quaeque modus edendi,
 illis esse debeat, ut incommodum, quaeque in salutem
 sequuntur, omnino vacent: ex quibus perturbatio oriri
 potest, & propter eiusmodi perturbationum vacationem,
 frugalitas apud Epicurum magnum bonum esse
 existimatur. Non ut semper, cui ille, sed, ut nisi
 multa habeamus, utamur paucis; Excedunt autem istum
 illorum magnificentiam sui suavitissimum, qui illa minimum
 indigent: quodque Naturale sit, id omnino esse parabile;
 verum vero difficile parari posse: dapes enim simpliciter
 aequam magnificentiam luxui afferre voluntatem, quando omne
 quod dotes per invidiam ablatum est. Panis & aqua
 & aqua summam voluptatem afferunt, cum egens quae
 illa in Cibum sumit. Itaque simpliciter & non
 magnifice paratis cibis assuevere & salubritate, et
 hominem ad vitae usque necessaria impigrem reddere, ac
 splendidior, si per intervalla sumantur non Commodius
 aptae, atque ad usum fortunam non invidiosae facit. —
 Cum itaque dicamur voluptatem frui esse, —
 intelligimus non dolere Corpore, animos tranquillum
 esse, & perturbatione vacare, quod si ratio sobria

Lact. i. i. p. 1072
 Epic. p. ad
 Men.

De Vita secundum Nat. Cap. 4^o 1073

causasque perturbant, Cur quoque eligenda, vel
fugienda sunt, opinionesque expellunt pro quas animos
ut plurimum tumultu occupat.

Futuri sollicitudinem ad Cupiditatem Exterminationem,
deponendam profunde esse diximus. Nam ad futurum illa
omnino respiciunt, nihil sperant, nihil timeant, quod
a futuri expectatione non pendeat. Vtrumque pendente
Animi est: Vtrumque futuri expectatione solliciti. Itaque
futuri sollicitudo, omnium fere, aut saltem plurimarum
perturbationum fontem recte appellaverit, quarum ut
absolutam vacationem consequamur, id primum volas
imperandum est; Ne, videlicet, a futuro illo modo
pendeamus, nec cogitationes nostras in longinqua praemittamus,
sed ad praesentia astringamus. Calamitosus semper est, ad
futura, Animus futuri Anxius, & auti miserias miser, Epist. 98
qui sollicitus est, ut ea quibus delectatur, ad extremum
usque permaneat: nullo enim tempore Conquiescet, Et
Expectatione futuri, praesentia quibus frui poterat,
Amittet: in aequo autem est Amissio rei, et timor
Amittenda. omnes quidem Sapientes ad veram
tranquillitatem respicientes hanc profus futuri
sollicitudinem, ut magnarum perturbacionum causam,
epiciendam esse docuerunt; Et Christus ipse nihil
magis praecipere videtur, ne solliciti sitis Anima
vestra, inquit ille, quid manducatis, neque Corpori
vestro quid induamini; respicite volatilia caeli, quoniam
neque erunt, neque metent, neque congregant in horrea

Matt. 6^o

Inclutus

De vestimento quod solliciti estote. Considerate blia
 agri quomodo crescant, non laborant neque tent. dico
 autem vobis quoniam nec Salomon, in omni gloria sua
 cooperatus est sicut unum ex istis. Nolite ergo solliciti
 esse in crastinum: Crastinum enim dixit sollicitus esse
 sibi. Sufficit diei malitia sua. Seneca etiam Gaus-
 futuri curam omnino deponi vult, et ad felicitatem
 per contemptum diuitiarum, a futuro temper pendendum,
 Sapientiam vocat. Tolle, inquit, istas occupationes, quantum
 satis, nondum habeo; si ad hanc summam pervenero, hunc
 meritum Philosophiae dabo, atque nihil prae, quam hoc
 parandum; quod tu differre, et postea hinc parare, ab hoc
 incipiendum est. parare, inquit, unde vitam volo, simul et
 parare dices. si quid te vetat bene vivere, bene non
 vetat. Itaque siue aliquid habere, jam philosophare;
 unde enim scire, At, jam vixis habeo. Quae nihil,
 hoc prae quaere, quam quidquam, at necessaria deorum
 inquit? Primum deesse non possunt, quia natura
 minimum petit: Naturae autem Sapiens accommodat.
 Sed si necessitate ultima incidant, iam dudum exiliet
 vita, et molestus sibi esse desinet. Quod tu, eodem etiam
 Animo, si quid proficere studeas, inquit, istius modi
 cogitationes missas facito, si mea neglexero, non vit
 unde vitam: praestat enim quare fame, hincis ex
 molestia existens, quam Copiae rerum omnium
 circumfluentibus, Animo vivere perturbato. Itum
 penica, Inopia remedium accipe; famem famem finire.

Epist. 17

Epist.
110

De Vita solum Nat. Q. 4^a 1075

Quæ si voluerit cogitare, id agere, ut sibi felix, non se
videarior: & ut tibi videarior, non aliis. id autem nullo
modo fieri poterit, nisi futuri sollicitudinem deponendo,
& omnes Cupiditates ad futurum respicientis, eradicando.
Non ejus modi curâ perturbabitur Sapiens, hoc ad
Multos maxime pertinet, quorum vita semper ingrata
est, trepida est, tota in futurum fertur, & illorum
Cæca Cupiditas, ait Seneca, in nocentibus, extra Epist. 15.
Nunquam Satiata percipitur: quibus si quid Satire
esse posset, fuisset: qui non Cogitant quam jucundum
sibi nihil potest, quam magnificentissimum sibi plenum
esse, nec ex futuro, nec ex fortuna pendere. ejus modi
Multorum numerus est Numerus. ² & cognosce Singulos, Epist. 45.
Confidit in vinctis, nullius non vita spectat An
Constantium. sic non vivunt, sed semper victuri sunt.
Multis ³ Cætra cuius mala, hoc quoque habet Multitudo
proprium, semper incipit vivere. quod a fixâ hominum
lenitate procedit, quotidie nova vitæ fundamenta
ponentium, novam sperat, etiam in vitiis inchoantium: spe
futuri, adversus præcepta ingratorum. ⁴ illi Corpore tam pectore
Sortiti in hominum æterna proponunt & in quantum poterit
Humana ætas protendi, tantum spero occupant, nullâ contenti
pecuniâ, nullâ potentia, quid hæc re Multitudo fieri poterit
nihil Satire est morituræ; jure quotidie morientibus; hoc
vitium Empedocleus improbat Aquigentibus, quod nimirum
delinque ita se dederunt, ac si post dies morituri: domos
verò ipsæ ædificarent quasi perpetuo victuri; jureque ne

Tractatus

In stultorum vitia labatur sapiens, futuri sollicitudine
penitentia ex animo effundet, et praesentibus illum omnino
aptabit; sic, praesentibus tunc multum occurrat. Dixit,
Inquit, M. Antoninus, id tantum vivere quod vivis, hoc est,
in praesentia. Sic fiet ut, quod, ad finem usque vitae tibi
superest, postea absque praesentibus generose dirigere.
Et Horatius hoc etiam dicit

lib. 11^a
cap. 3.

2
Cav. 3^o
od. 19.

..... ille potius sui
Latusque deget, cui licet in diem
Dixiste, vixi, cras vel atra
Nube potum patris occupato,
vel sole puro, non tamen iratum
Quodcunque rebus est, officia, neque
Diffinget, in seculumque reddet
Quod fugiens semel hora venit.

3
Sui. ep. 12.

Quamvis qui Syriam usum suam fecit, cum vivo et
illius funeris epulibus sibi parentaverat, sic in cubitulum
ferebatur a Caena, M. iure praefatus exoleto hoc ad
Symphoriam caneretur $\beta\epsilon\beta\iota\omega\chi\epsilon$, $\beta\epsilon\beta\iota\omega\chi\epsilon$, nullo non se
die extulit. Nos idem faciamus, et in bonum iuri, lati-
filarisque dicamus

Vixi et quum decesserit cursum fortuna peregi.

Crastinum si fortuna adjecerit, lati recipimus. ille in
beatissimus, et securus sui possessor qui crastinum sine
sollicitudine expectat. Omnes ergo horum complectamur,
sic fiet ut minus ex crastino pendeamus, si hodierno
manum injecerimus.

Ad summam

De Vita dum Nat. C. 4.^o 1077

Ad summam felicitatem pertinet, non solum futuri sollicitudinem abjicere, et presentibus frui, verum etiam id cum gaudio et letitia fieri debet.

1. Letus in pretore animus, quod ultra in
odere curare, et amare lato
Temperet risu.

¹
Sov. car. 2^o
ad. 16.

2. . . . Sapias, vino liques, et patio brevis
spem longam reterece, dum loquimur fugit invida
Aetas; Carpe diem quam minimum credula postero.

²
id. car. 1^o
ad. 17.^o

felicitatem in tranquillitate, tranquillitatem in otio et
perturbationum vacatione, et haec omnia in voluptate et
indolentia consistere dicimus, ad quam Musicam, somnum,
Lacrima, potum, multum confire Aristoteles docet, haec
enim omnia cum illo, cum cessare faciunt, et potentiam
afferunt letitiam et voluptatem: neque ea a sapienti
nostro aliena sunt, quem secundum naturam vitam suam
dirigere volumus; illa autem nihil magis quam
voluptatem et indolentiam appetit. Cuncta Animantium
omnium desideria huc spectant, ut voluptatem amplectantur,
et dolorem fugiant. haec non Epicuri, ut aiunt, sed Naturae
ipsius vita est. Naturae autem et sapientiae eadem mens
est, idem Consilium

³
8^o Polit.
cap. 5^o

Nunquam aliud Natura aliud sapientia dicit.

hae suadem et monent de futuro non esse curandum, et
ab omnibus laboribus esse abstinendum, sed praesentibus
Commodis esse fruendum. de his statuit Sisy industria
meam, inquit Salomon, qua sub sole studiosissime laboravi

⁴
lect. 2^o

XXX

Tractatus

Habituor heridem par me, quem ignoro utrum
 sapienter an stultior futurus sis, & dominabitur in
 laboribus meis, quibus defudavi & sollicitud fui, et
 en quid quam tam vanum. Unde cessavi renuntiareque
 cornuum ultra laborare sub sole. Nam cum alius
 laborat in solitudine, homini otioso que sita dimittat, &
 hoc vanum & magnum malum. nonne melius est
 comedere & bibere? Si Seneca, quanta demencia in,
 inquit, heredi suo procurare, et sibi negare omnia, —
 et tibi in amico inimicum faciat magna hereditate?
 Plus enim gaudelic tua morte, quo plus acceperis. et

Ep. 123.

2
 Savat. lib.
 1. ep. 5. a

2 Quomodo fortuna si non conceditur uti.

Savus ob heredis cumam, nimiumque severus

Assidet iufans, potare & frangere flores

Incipiam, patriaque vel inconsultus haberi.

Patandum etiam in Convivio Naturae & Sapientiae
 fortantur. Zeno sectae illius tum severae Stoicae Princeps
 hilariter etiam convivebatur. Cum autem rogatus
 esset, Cur cum tam severus videretur, in Convivio
 tamen sic hilaresceret. Et Lupini, Inquit, Cum
 sine amari, quod fusi tamen aqua dulcescunt. Latabatur
 ille in sua frugalitate, aequae ac alii in deliciae; nihil
 enim, ut supra diximus, refert, an in paupertate, an
 in divitiis, an in frugalitate, an in luxuria, modo sine
 cura, modo sine solitudine sit. Patere igitur
 invenire in adolescentia tua, ait Salomon, & ambula
 in vira corda tua, et in iustitia oculorum tuorum.

3
 Luc. 11. 10

De Vita secundum Nat. P. 4^{ta} 1079

¹ hoc visum est mihi bonum, ut comedat quis et bibat, loc. 5.^o
et fruatur letitia. Laudamus igitur letitiam, quod non ibid. 8.^o
esse homini bonum sub sole, nisi quod Comederet,
biberet, atque gauderet: et hoc solum secum auferret,
in diebus vite suae. ³ deprehendi nihil esse melius
quam letari hominem, et fano esse partem illius. Et
annum certum esse videtur, ait Cardanus, nihil ad
felicitatem magis conducere, ejusmodi Epicurea vita, lib. 4.^o de var.
quae cum moribus corruptis conjuncta est. Bere, bibere, m. cap. 4.^o
ludere, nihil de successibus rerum cogitare, sed tantum
Commodis Computare,

⁵ quid tu futurum cras fuge querere, et
quem sordidum diem cunque dabis, lucro
Appone nec dulces amores
Sperne puor, neque tu choros
Donec viventi canities abest
Morsus.

⁵
Savat. lib.
1.^o Car. ode
9.^a

Sub hac letitia blandimenta ad mortem semper est
respicendum, sed intus et intus animo, tanquam rem
nullomodo malam. Nunquid enim sic furor est ait
Seneca, quod nemo nostrum se mortalem esse cogitat? Epist.
quod nemo imbecillum. Nihil tamen, aequo ad felicitatem
tibi profuerit, quatenus frequens cogitatio brevis tui, et
siquid jaceat. et haec profecto sapientiam afficere debet.
illi enim omnium futuri sollicitudinem adiungit, et
Cupiditatum radicem hucellit. qui cogitat se quotidie
esse moriturum, nec spe, nec metu multum perturbatur,

1080

Tractatus

1
lib. 2^o Sat.
8^a

Sed tranquillo gaudio fruatur, genio indulgens et
foratium illud subinde sibi subiciens

----- Terrestria quando

Mortales animae vivunt sortita, neque ulla in
Aut parvo, aut magno leti fuga, quo bene civra
Dum licet, in tribus jucundis vives beatas
Vive memor quam sis brevis Aui. . .

2
1^a Cor. 15^o

Quod D. Paulus etiam suadere videtur dicens, si
mortui non resurgunt, manducemus & bibamus,
Etiam moriemur. At mortui non resurgunt, ut
declaramus in tractatu de Anima. igitur omne
studium ad nos non manducare, bibere, & cito non esse
moriturore, cogitare.

3
Sen. tuag. 5^o
fur. act. 1^o

3 ----- Dum fata sinunt
Vivisti leti; propere Curte
Vita citato, volucis que die
Nota praecipitis vertitur Aui.

4
in Antiqua
5
in Comui.
7. Sapi

Aegyptii hunc semabant morem in Comuiis, ut
refertur ⁴ Herodotus & ⁵ Strabonibus, Scelerum, id est,
mortui hominum imaginem ex ligno factam, ad venum
expressam, cubitali longitudine, inter Comuias hinc
circum ferebant, illudq. singulim ostendebant, & se se
juvicem fortibantur; monebantque ut potarent,
& oblectarentur, nec curae & sollicitudinibus, a deo
breve vitam, longam & molestantem redderent.
Sardana pater aethyriorum Regis versus Goretiam recti
suadent,

De Vita Sdum Nat. C. 4.^{u.} 1087

1 Ede, libe, lude, &

Caed. lib. 2.^o
d. Cons.

Cum mortale vite nomine presentibus exple
Delitias Animum, post mortem Nulla Voluptas.

Exiguam profectio, & Cum laqueo esse tempore vite
nostre, ut in sapientia Salomonide dicitur, nec esse
refrigerium in fine hominis, & non esse qui agitur
fit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus,
& post hoc enim tanquam non fuimus: quoniam
sumus flatus est in nati lude nostre, & sermo
scintilla ad commouendum Cor nostrum: quia extincta
cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur
tanquam mollis Aer, & transibit vita nostra tanquam
vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, que
fugata est a radiis Solis, & a Calore illius aggregata,
et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempore,
et nemo habebit memoriam operum nostrorum.
Vmbre enim transibit in tempore nostrum & non est
reuersio finis nostri, quoniam conuoluta est et nemo
reuertitur. Venite ergo & fruamur bonis que sunt
& utamur Creatura tanquam in iuuentute Celestis.
vino pretioso & vnguentis Noe impleamus, & non
procreet nos flore temporis. coronemus nos rosee
Antiquam Maerescant: nullum pretium ut quod non
pertranscat luxuria nostra nemo nostrum in ore. In
luxuria nostre. ubique relinquamus signa Latitiae.
quoniam & haec pars nostra est, & haec est Sors. —
virtus, Philotophia, & iustitia ut dicitur in Seneca, —

2
Cap. 2.^o

3
Epist. 123

Tractatus

Verbum inanium Cœpitur est. amo felicitate in
 bona vita, facere omnia libere, sine patrimonio;
 hoc est vivere, hoc est mortalem se meminisse. Fluxum
 dies, et irreparabilem vitam decurrere. Mortuorum et
 superciliosæ alienæ vitæ censores, suæ formæ, publicos
 pedagogos, Assire ne feceris, nec dubitaveris bonam
 vitam, quam opinionem et famam bonam malle.
 Atque hæc est vera secundum Naturam vita,
 hæc libertas absoluta, hæc tranquillitas Secunda, hæc
 voluptas exquisita, hæc demique felicitas est consummata,
 ad quam sapientiam perveni volumus, qui sic vivit, —
 vere homo est, quia veram Naturam sequitur, et
 omnes homines sic viverent, nisi ab opinionibus,
 legibus et consuetudinibus avocati fuissent. quo
 omnia monstrum quoddam, non hominem profecerunt.
 Nullus enim vere homo est nisi qui his omnibus
 privatur, secundum Naturam vivit. et sic homo
 est quem Diogenes Cynicus, interdiu lucernam
 accendens, quærebat. Et talem esse unumquemque
 hortatur M. Antoninus, Cum dicit, Nuncpe tandem
 homo esse dum vivit. /

lib. 11. cap.
16.

1083

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

1084

Opus per Oratio

Operis peroratio.

1085

Peroratio Operis
Ad
Sapientis sæculi
 tandem Naturalis rationis

opificium ad metum perduximus, eincunctum
Scientiam humanam atque solentiam ad verum
redegimus. Ut autem constet, hoc ipsum esse verum
quod in hisce nostris tractatibus scripsimus de Dijs,
de Mundo, de Religione, de Animâ, et de Inferis,
de continentia mortis, et de vita secundum Naturam,
sufficit declarare illa omnia quæ huic veræ Scientiæ
adversantur, nempe, Deum esse, Mundum ab illo ex
nihilis creatum fuisse, Religionem ab illo etiam
fuisse traditam atque præceptam, Animam esse
immortalem, quæ reliqua humanarum opinionum
monstra commendant, sola si religionis fide constaret,
non vero naturali ratione; quid quid garriant, quidam
Theologastri, qui ratione et humano discursu atque

Seruatio

Intelligentiâ, hæc se demonstrare, præsumunt, et
 comprehendere posse affirmant. At, cum fides penitus
 opus sit, ut credantur: Nihil illa esse falsa magis
 declarat, imò demonstrat. Nam fides est tantum de
 inperceptibilibus, incognitis, et indemonstrabilibus.
 Nam si demonstrari possent et cognosci quæ docet
 fides, non amplius esset fides, sed cognitio certa et
 euidentis; quæ cum hanc rerum nulla sit, ut
 probauimus. In tractatu de Dijs, sequitur non omnino
 incomprehensibiles, indemonstrabilesque sint, et
 incognita. Nam profecto fides, certa et cognita non docet
 nec præcipit. V. g. Solem esse, Lunam, Stellas,
 aliaque similia naturæ miracula, sensibus nostris
 omnino subiecta, nobisque ideo cognita, fides non docet,
 sed oculi demonstrant. At, docet Deum esse qui
 penitus incognitus, indemonstrabilis, et
 incomprehensibilis est, qualem illum leges fingunt.
 Nam animam immortalem, Inferos et Paradisum
 proponit; quæ omnia nullâ verâ ratione probantur,
 neque sen suam vlli subiciantur: imò ipsa ratio
 falsa ea penitus esse arguit. quod si sunt
 indemonstrabilia, et incomprehensibilia, frustra
 pro veris præcipiuntur: verum enim certissime
 probantur, demonstrantur et comprehenduntur, adeo
 ut nullum de his dubium esse possit; Ergo quæ
 de Dijs, et ceteris ejusmodi figmentis dicuntur, vera

Seroratio

1097

Non sunt veluti ea leges fingunt, quia sunt incomprehensibilia et indemonstrabilia. oppositum autem veri, est falsum. ergo haec omnia sunt etiam falsa, et fides nihil aliud quam falsum praedicat. praevidetur una quaeque Religio suam habet fidem privatam et propriam. Christiana, Iudaica, Mahumetana, et Ethnica, fidem suam separatam praedicant, et diuersam. quodque una illarum proficitur ab aliis pro monstris, portentis et falsis habetur. At haec omnes Deum, et Religionem, animae immortalitatem, inferos et Paradisum praedicant. Inque si ea quae nobis credenda sunt, a fide Religionis pendere debent, nec aliud ~~nobis~~ nobis persuadere debemus, quam quod Religio docet, eueniet ut falsa proorsus simus amplexuri, potuitque et monstrum, in una quaque Religione praedicato, aliarum videlicet respectu. In Christiana V. g. haec omnia creduntur; et quidem tanquam verissima. At, cum ista Religio catholica esse falsa affirmat; eadem quae ipsa praedicat tanquam vera, falsa omnino esse, etiam affirmat in Catholica. Similiter aduersus Christianam catholica insurgunt; et omnes inuicem se arguunt, igitur quod in una quaque praedicatur, aliarum respectu, falsum esse, consequens est, quia pro falso ab aliis habetur. At, quemadmodum veri oppositum falsum esse. Supra

Seroratio

diximus; sic oppositum falsi verum esse omnino dicendum est. quæ propter eum ea omnia, quæ hinc nostris tractatibus continentur opposita sunt. Ipsa quæ Religionum fides prædicat; illa vera et certissima esse existimanda, non dubium est.

Quæ cum ista sint, quam ridicula, absurda, et inanis Religionum omnium opinio est, quæ —
 Ambrosiam & funem, Imò nihil amplectitur et sequitur. quanta credulorum spes inanes. quanta vota inrita. et quàm omne hoc devotionis vanum suppellectile. hæc omnes pietatis rugæ, quæ —
 spectabant. et tam assidua et penitens pro felicitati cura, quid proderit. Nescio quanti piæ charitatis affectus, qui naturales humanitatis affectus esse debent, quid proderint. Semen est in mare projectum; et cuncta quæ in Religionibus bona opera vocantur, cum ex nihilo nata sunt, in nihilum etiam revertuntur: nonne enī —
 melius est, ut ait Salomon, comedere, bibere, atque gaudere. non est enim aliud homini bonum sub sole, nisi quod omnibus relictis occupationibus, in otio consistat, finem vitæ expectans; namque vita in occupationibus quibus vulgò detinetur, tota molestia est, in otio ad quod attrahimur inclinatur et inruitur, gaudium, pax, tranquillitas et felicitas. /

Deroratio

1089

Ad Fideles et Vere Sapientis Religionis Christianae Sectatores

Atque haec sunt, Christiani Viri,
quae a Philosophis, et huius seculi Sapientibus,
contra diuinam Majestatis et sacrae Religionis fidem
impurius proferuntur. Sed cum Deum esse
apud nos certo certius sit, ut nostra docet fides, cum
D. Paulo nobis dicendum est, quod hi profecto multu
evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum
est insipiens cor eorum, dicentes enim se sapientes
esse, stulti facti sunt, et mutauerunt gloriam Dei
incorruptibilis in similitudinem imaginis hominis
corruptibilis, et volucrum et quadrupedum. et
Sicut probauerunt Deum non habere in notitia,
tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut
faciant ea quae non conueniunt. Ah! quantis
periculis et miseris premuntur, qui sic erroribus
abducuntur. quam pessime cum illis agitur qui
ad. Rom. 1.

Peroratio

vitam perpetuam nocte et tenebris oppressam
 tra ducere. cæci in tam claro lumine. Sturdi in
 tam per tonanti bus Numinis vocibus. et in suam
 perniciem precipites per Scientiarum abrupta ac
 devia ambulantes, ignorantibusque veritatis viam,
 perfectæque felicem omnium finem. Deum. Stulti
 et impij qui post habentis dona Spiritus Sancti,
 laborant ut a perfidis Philosophis discant quæ a
 Christo et Spiritu Sancto solum percipi possunt, hæc
 prorsus nobis ingerenda sæpius sunt, et repetenda, et
 frequentibus ejusmodi admonitionibus, in fide nostrâ
 corroboremur et confirmemur. Si qui forte nobis arma
 argumentorum quæ in proæmio hujusce operis
 postulauimus, subministrauerit; ejusmodi auxiliotuti
 aduersus impiorum conatus, non firmiores quidem in
 fide erimus, cui nullum, præter diuinum, necessarium
 est auxilium; sed fortiores et ad illos oppugnandos
 audaciores efficiemur, ut potè fide et ratione naturali,
 id est, diuino et humano subsidio, aduersus solam
 naturalem et humanam rationem, decertaturi simus
 ad maiorem Dei gloriam, et ad infidelium confusionem.

Soli Deo Laus, Honor et Gloria

Finis.



